

## PLANTÆ PETALODEÆ.

## CLASSIS VIII.

## POLYSTEMONES (a).

C Lassis ista multos naturales ordines comprehendit. Ei nomen est a Staminum numero, qui petalorum numerum ter, quater, demum septuagesies quin- quies superat. Omnibus flores sunt polypetali, paucis difformes.

## I. VASCULIFERÆ.

His unicum feminum est conceptaculum, in cujus uno, pluribusve loculis femina continentur. Petala præterea rosaceo more in circulum disposita sunt.

## I. ASCYROIDEÆ.

TILIA (b) TOURNEFORT. t. 381. LINN. gener. n. 660.

Calyx coloratus, deciduus, ejus foliola firmula, cava, ovata, obtusa, quina (c). Pe- tala totidem elliptica (d). Stamina circa fructus basin, quasi triginta (e). Fru- ctus ovatus (f), si perfectus fuerit pentaspermus (g), ut etiam sex femina maturasse visus sit: plerumque vero eorum feminum aliqua abortant (h), & sæpe unicum (i) maturatur. Americana species habet nectararia quinque (k).

1030. TILIA foliis cordato lanceolatis, spongiolis ad nervorum folii angulos sessilibus.

α Varietas foliis amplioribus mollioribus, subhirsutis, *Sativa*.

*Tiliæ spectacle de la Nature* II. p. 461.

*Tilia* BLAKWELL t. 469.

*Tilia vulgaris platyphyllos* J. B. I. P. II. p. 133.

& *Tilia maximo folio* EJUSDEM ibid. p. 137.

*Tilia foliis molliter hirsutis, viminibus rubris, fructu tetragono* RAI *Synops* P. III. p. 473. (tetraspermo).

β Folio exiguo, glabro, firmulo, *sylvatica*.

*Tilia sylvestris* TRAG. p. 1111.

*Tilia Tiocensis foliis glabris, sed majoribus* J. B. I. c. p. 137.

*Tilia Bohemica foliis minoribus glabris, fructu oblongo, utrinque articulado, minime costu- lato (monosperma)* MICHELI apud GILLI hort. Pisan. t. 49. p. 165.

& *Tilia Ulmi folio, semine hexagono* MÉRRET & c. (hexasperma).

α β *Tilia floribus nectario destitutis* LINN. p. 733.

Varietas α circa *König* & in monte *Muteto*. Fructu pentacocco circa *Aquilejiam* legi. Varietas β in sylvis nostris, quam borealibus, rarior. *A la Combe de Beau- fond* GAGNEBIN.

Ex procerissimis arboribus, non tamen longævissimis. Nostræ enim in altissimo illo pensili horto ante templum majus consistæ, circa annum 1410. decrepitæ erant anno 1720 excavatæ, etsi frondebant hætenus, & 36. pedum erant ambitu. Ob gratam umbram antiqui Germani ad templa & in foris eam arborem cole- bant, ut celebratæ (l) *Tiliæ* passim supersint: nunc parum posterorum studiosi, *Hippocastanum* præferimus, sub cujus umbra confideat, qui plantavit.

Folia

(a) Staminosi flores JUNG. c. 22.

(b) *Tilia* femina crassior, materie candida, folio- rum, & corticis, succo dulci, fructu nulli bruto eduli. Hujus *Philyræ* fuit membranæ inter corticem & li- gnum PLIN. L. XVI. c. 14. Enarces *tiliæ* (ϰουρνε) fronde vaticinantur HERODOTUS IV. p. 242. *Philyra* est *Tilia* J. B. contra COENARUM.

(c) TOURNEFORT. D.

(d) A. B.

(e) A.

(f) E. F. *Quinquevalvis* LINN.

(g) CONF. TOURNEF. E.

(h) Duo pingit TOURNEFORT.

(i) LINN.

(k) KALM. *berättelse*. p. 5.

(l) *Brest. Samt* & c. In *Insula Co* *Tilia* est, sub qua 1500. homines steterunt MYLLER. *Iter. Palest.* p. 322.

Folia prima laciniata, reliqua cordata, mucrone longiori, ferrata, dentibus aristatis, nervis subtus villosis, cum fulvis ad nervorum (*m*) divisiones spongiolis. Hæc sterilia. Sed alia florifera folia, seu stipulæ, petiolo suo nascuntur (*n*) ex nervo foliorum sterilium, nervosa ipsa, caduca, elliptica, & ligulata. Medius eorum nervus solet aut unum triflorum petiolum, aut tres petiolos trifloros edere, aut unum novem florum. Flos albidus, grati odoris.

Undique utilis est. Flores placent apibus, ut ex Tiliis in Polonia frequentibus (*o*) eximum mel parent, cujus melicratum (Liepiz) pretium habet. Odorata particula aquam dant subacidam, blande odoram, quæ medicamentorum cephalicorum frequens vehiculum est. Sic spiritus per fermentationem paratus, qui aromaticis plantis pro menstruo est. Extractam florum gummofum, mucilagineum est & subfalsum, spirituofum amarius, & stypticum (*p*). Dant etiam falem volatilem siccum. Aquam, ut ex Betula, de terebrata arbore in Prussia educunt (*q*). Folia blanda, viscosa, cataplasma dant ad inflammationes, ad tenesimum utile. Fructus dulces, aliquantum adstringentes, ad dysenteriam laudantur.

Lignum album, leve, ad opera torneatorum, adque scrinia minora, eorumque divisiones utile (*q*\*). In Belgio lignum deterius (*r*) est. Ex cortice Tilie vincula ad firmandas vites fiunt, deinde telæ rudes, ad merces tuendas (*s*). Etiam funes ex macerato cortice fabriunt (*t*).

CISTUS (*a*) LINN. n. 673.

CISTUS TOURNEFORT. t. 136.

& HELIANTHEMUM TOURNEFORT. t. 128.

Calycis tria folia (*b*) ex ovatis lanceolata, cava, venosa, quibus duo (*c*) minora folia accedunt. Petala quinque (*d*) rotunda, tenera, flaccida, expansa. Stamina numerosissima, longis filamentis. Fructus in Cistis multilocularis, quinque ad 10. loculorum (*e*): in Helianthemo TOURNEF. triangularis (*f*), trivalvis (*g*), unilocularis, tribus receptaculis (*h*), ad quæ numerosa femina. Tuba simplex, sine globofo (*i*).

\* 1031. CISTUS fruticosus, foliis petiolatis, ovatis, rugosis, ferratis.

*Cistus femina* CLUS. hisp. p. 140. 141. bene.

*Cistus femina, salviae folio* C. B.

*Cistus arborefcens exstipulatus, foliis ovatis, petiolatis, utrinque hirsutis* LINN. I. p. 738.

*Cavenna* in rupibus, & circa Ripam.

Frutex humilis, cortice puniceo, hirsuto. Rami, folia, & flores, per paria opponuntur. Folia ovata, rugosa, superne hirsuta, inferne pene incana, subtiliter ferrata (*a*), fere Salviae. Petioli floriferi, præter duo parva folia, nudi, prælongi, quatuor unciarum, & ultra. Calycis foliola tria e teiora, duo interiora fere æqualia. Flos flavus in nostris, & in Hispania, alias albus, ut in Gallia (*b*).

Vis styptica.

1032. CISTUS foliis duris, confertis, linearibus, petiolis unifloris, calicibus glabris.

*Chamaecistus l. angustifolius* CLUS. Pannon. p. 59.

*Herba fumana* BARTHOL. miscell. med. p. 93. *Aff. Hafn.* III. obs. 63. *Gal. di Minerv.* VI. p. 61.

*Cistus*

(*m*) SEBA thesaur. I. t. 5. f. 4.

(*n*) DU HAMEL arbres II. p. 333.

(*o*) Et Lichuania NEUMAN edit. ZIMMERMAN

p. 940.

(*p*) CARTHEUZER. mater. medic. II. p. 466.

(*q*) FISCHER von der Natur n. 664.

(*q*\*) DU HAMEL arbr. p. 334.

(*r*) IDEM exploitat. II. p. 538.

(*s*) DES SERRES du PRADEL. p. 594.

(*t*) DU HAMEL arbres. I. c.

(*a*) Cistus ramosus frutex non procerus, foliosus, foliis rotundis, acutis, hirsutis. Flos masculo, ut puniceæ, femineæ, albus: vis adstringens DIOSCORID. I. c. 109.

Panaces Chironium folio amaraci simili; flore aureo DIOSCORID. L. III. c. 50. Addit THEOPHRASTUS L. IX. c. 12. folia Lapathi esse. Sic PLINIVS L. XXV. c. 13. Id putatur esse Helianthemum.

(*b*) TOURNEFORT, t. 128. C. t. 136.

(*c*) Tria non bene TOURNEFORT t. 128. C. t. 136.

(*d*) T. 128. 136. A. B.

(*e*) Decem loculi t. 136. H. Quinque J.

(*f*) D.

(*g*) F.

(*h*) F.

(*i*) t. 136. D.

(*a*) CLUS. integra.

(*b*) IDEM.

*Cistus minor*, brevi vermiculatoque folio Hispanicus BARRELIER ic. 286.

*Cistus* &c. LINN. Oelanska resa p. 177.

*Cistus suffruticosus*, procumbens, exstipulatus, foliis alternis, linearibus, marginis scabris, pedunculis unifloris LINN. p. 740.

Locis calidis & lapidosis vulgaris. Circa Montcharan, Fontaney, Tombey, Bex, Ivorne, Bonneville. Genevæ circa Champé.

Fruticulus humilis, lignosus tamen, sensu subrectus, ramosus, pedalis. Radix prædura reptans. Folia crassa, carinata, sicca, alterna, sæpe in unum latus coniecta, & curva, minute punctata. Flores in petiolis unifloris, cernuis, brevibus. Calyx conicus, glaber, aut leviter hirsutus, foliis accessoriis longis, lanceolatis, venis purpureis amat variari. Petala sulfurea, exigua, raro expansa, calyce majora. Tuba de more globoso apice. Fructus trilocularis (c), manifestis septis divisus. In hoc Helianthemo autumnali tempore multas plantas totas rosis foliosis tectas vidi, alieno quodam Sedi habitu, ut aliam stirpem esse putares.

Elatiorem Cistum, cætera similem, Cl. FABRICIUS (d) separat & LINNÆUS (e).

1033. CISTUS foliis conjugatis, ellipticis, hirsutis, integerrimis, petiolis unifloris, subhirsutis.

Icon GESNERI lignea 143.

*Hysopus campestris* TRAG. p. 221.

*Flos solis*, seu *Panaces Chirimum* MATTHIOL. p. 744. CAMERAR. Epit. p. 501. cum caractere.

*Helianthemum Germanicum* TABERNEMONT. p. 1062.

*Chamaecistus vulgaris*, flore luteo LOESEL. ic. p. 43. ic. 8.

*Cistus suffruticosus*, procumbens, stipulis lanceolatis, foliis oblongis, revolutis, subpilosis LINN. Spec. I. p. 744.

OEDER. For. Danic. ic. 101.

β Flore pleno SCHEUCHZER Bresl. Saml. ann. 1726. m. Jul.

γ Foliis latioribus, in Gemnio a nobis lecta, SEGVIER. Suppl. p. 193. t. 6. f. 1.

An *Helianthemum venetum erectum*, elatius & fere glabrum, foliis oblongis, atroviridibus, quasi lucidis, flore luteo minori MICHELI hort. Flor. p. 48. t. 6.

Vulgo ad viarum oras.

Cauliculi decumbentes, pedales, ex radice ramosi, geniculati. Folia conjugata, petiolata, elliptica, aut longo & obtuso acumine, aut brevia lata, & ovata, sicca, subhirsuta, aliquando tota hirta. In foliorum alis duo folia minora, angusta, initia novi rami. Calyces lineati, duobus foliolis accessoriis perexiguis. Flores patuli, splendentes, aurei, petalis angustatis, subrotundis, in petiolis brevibus, unifloris, numerosis, in plantæ summitate confertis. Nutant, antequam explacentur. Fructus unilocularis, cum septorum levibus vestigiis.

1034. CISTUS caulibus duris, procumbentibus, foliis subhirsutis, ellipticis, conjugatis, petiolis unifloris, confertis, calycibus tomentosis.

*Chamaecistus serpyllifolius* CLUS Pannon. p. 62. 63. non vero JACQUIN. obs. n. 45.

*Chamaecistus serpylli folio nigricante & hirsuto, flore aureo & odorato* J. B. II. p. 17. add. SCHEUCHZER It. VII. p. 503. An SEGVIER Suppl. p. 195. t. 6. f. 2. folio valde rotundo.

Non est *Cistus suffruticosus*, stipulatus, foliis oblongis, calycibus levibus LINN. p. 743.

An *Cistus serpyllifolius* CRANZ p. 70 t. 6. f. 3 ?

In omnibus Alpibus & montanis altioribus. Im *Sisgati* (a).

A præcedente Cisto modice differt. Minor est, vix dodrantalis, radicibus lignosis, ramosis, caulibus lignosis, ramosis, prostratis. Rami vetusti lignei, novi molles, lanuginosi. Folia conjugata, inferiora elliptica; superiora ovata, juniora tota hirsuta, per ætatem calva & laurina, non perinde minoribus foliis comitata, neque subrus alba. Flores in petiolis unifloris per summam plantam, ut in prioribus, dispositi, subumbellati. Calyx sericeo villo tectus: minoribus foliolis oblongis, perangustis, ægre apparentibus. Flos minor, luteus, femuncialis, & fructus, ut in vulgari.

Annon

(c) Sexlocularis CRANZ.

(d) Hort. Heinsf. II. p. 196. 197.

(e) Spec. p. 739.

(a) Basler Merkwürd.

Annon etiam *Cistus alpestris* CRANZ p. 73. t. VI. f. I. ?

An *Cistus Oelandicus* LINN. *ölandsk. ref.* p. 66. 71. *Flor. Suec.* n. 473. Huc refert Cl. GERARD. p. 397. & GOUAN p. 263. Negat LINNÆUS, cum glaber sit: sed calvescere adnotavi.

1035. CISTUS caulibus duris, procumbentibus, foliis ellipticis, hirsutis, inferne tomentosis, petiolis confertis, unifloris, calycibus tomentosis.

*Helianthemum alpinum*, folio *Pilosella minoris Fuchsii* J. B. II. p. 18. RAI *synlog. exter.* p. 101. SEGUIER *Suppl.* p. 196.

An *Cistus oleæ folio villosus*, *Italicus* BARRELIER *ic.* 365. ?

*Cistus suffruticosus*, *exstipulatus*, foliis oppositis, oblongis, petiolatis, planis, subtus incanis.

In montosis Juræ, la dent de Vaulion, Dolaz, Falconario, Thuri. RAJUS in *Salezas.*

An haut de la Charrière neuve du côté du droit de Renan; à Pertuis GAGNEBIN.

Habitus idem, durus, fruticosus, ramosus, nodosus. Folia ex ellipticis brevius acuminata, ad caulem pauca & exigua, ad terram conferta, hinc viridia cum longiusculis pilis, ut in *Pilosella* solent; inde pene tomento albicantia. Flores in petiolis brevibus, tomentosis, confertis, exigui, flavi; omnia ut in vulgari specie. Calyx tomentosus, ut in priori.

In catalogo SCHEUCHZERI M. S. duo alia *Helianthema* reperiuntur, folio *sampsi-* *chi*, capitulis valde hirsutis J. B. & *alpinum myrtifolium hirsutum*, quorum neutrum mihi notum est.

\* 1036. CISTUS foliis crassii, tomentosis, ellipticis, linea exaratis.

*Helianthemum montanum* Polii folio incano, flore candido Hort. *Elbham.* t. 145.

*Cistus humilis* H. CLUS. *hisp.* p. 152.

*Cistus humilis alpinus durior*, Polii nostratis flore candicante PLUKNET. p. 107. t. 23. f. 6.

Conf. GERARD. p. 396.

Circa *Leucam* absque flore reperi, certam tamen civem. Etiam inter plantas montis *Pilati* est, a M. CAPPELER lectus, cum nomine *H. Saxatilis*, foliis & caulibus incanis, floribus albis MENZEL *pugill.* t. 8.

Radix lignosa maxima, multicaulis. Caules lignosi, prostrati, foliosi: folia tota tomento albo obducta, inferne magis albida, oris contractis, nervo inferne emittente. Florentem non legi, sed ex Gallia & Italia habui, caule pedali, tomentoso, floribus rarioribus in petiolis unifloris, magnis albisque, calycis foliis lineatis, minoribus, perangustis, fructu tomentoso.

H Y P P E R I C U M (a). TOURNEF. t. 131. LINN. n. 902.

Calyx expansus, profundissime quinquefidus (b). Petala quinque patula, elliptica (c). Stamina (c\*) quamplurima (d), filamentis longis, latiusculis, in nostris ægre connata. Fructus conicus (e), in nostris trilocularis (f), polyspermos, in aliis quinquelocularis. Tubæ tres in nostris.

— *perforatum* — 1037. HYPRICUM caule terete, alato, ramosissimo, foliis ovatis, perforatis.

*Hypericum* BLAKWELL. t. 15.

*Hypericon* DODON. p. 76.

*Hypericum floribus trigynis*, caule ancipiti, foliis obtusis, pellucide punctatis LINN. II. p. 1105.

β Foliis latioribus, in subalpinis, inque montanis.

γ Guttis sanguineis BOCCONE *mus di piant.* p. 25. t. 11.

δ *Hypericum alpinum humilius*, magno flore punctato Ferdinandi BASSI *Comm. Acad. Bonon.* T. IV. p. 293. 294. t. 3.

An *Hypericum maculatum* CRANZ p. 65 Foliorum ora sericea, sed negat ei puncta esse pellucida.

Nihil frequentius in agris, sylvis parum frondosis, arvis requietis.

Caulis quidem teres, sed duabus alis eminentibus punctatis percursus. Folia (& rami), ut in plantis verticillatis conjugata & cruciata, varia illa, sed perpetuo quasi

(a) *Hypericum* frutice furculoso, rubescente, drantali, folio ovato, flore luteo, Leucoji simili, qui digitis adtritum sanguineum succum fundit. Siliqua subhirsuta, in rotundo oblonga, femine intus nigro racemoso DIOSCORID. III. c. 153. Videtur nostrum, ut recte MATTHIOLUS p. 45. Neque ei albus flos, ut ait BRASSAVOLA *exam.* p. 222. sed *modice* tribuitur.

(b) TOURNEFORT C.

(c) A.

(c\*) GREW t. 57.

(d) TOURNEF. A.

(e) E.

(f) G.

quasi perforata, numerosis nempe pallidis vesiculis (g) punctata, per oram vero punctis nigris adspersa: summi rami nigris glandulis ornati. Flores in umbellas, quæ ramos terminant. Calyx non maculatus. Petala flava, parte extrema nigris punctis adspersa, ut alias etiam margo punctatus sit, alias univèrsa superficies. In singulo antherarum septo punctum nigrum seu glandula (g\*). Tubarum apex purpureus.

Tritæ summitates rubrum colorem (h) exhibent, qui totus ex resina fit odorata, quæ ipsa de floribus ad ignem stillat, terebinthinæ similis, ex gummi tamen & resinæ natura mistum (i). In ea resina vis est, quæ contra aliarum plantarum morem aquosi extracti copiam superat (k). Oleum de floribus abunde stillat (l), ad unciam ex libra, & ipsum terebinthinæ simile. Sal cinerum alcalinus est (m). Ex radicibus acidus spiritus, quasi melleus, prodit (n).

Pro remedio vulnerario eximio passim habetur, quo sine potissimum oleum adhibetur cui flores infusi (o), dum purum & a ranciditate liberum sit, ad ambusta perinde utile (p). Mihi quidem succus expressus, ex tuso Hyperico (q), in vino infuso, præstare videtur. Balsamum ex succo & expresso oleo M. Dux Hetruriæ parabat (r). Ob eandem vim vulnerariam florum theiforme infusum laudant, ad vasa, post dysenteriam, consolidanda, postque menses nimios (s). Ad ulcera interna renum decoctum in usu est. Morbis etiam nervorum vi adstringente hæcenus medetur, & hypochondriacis (t). Vires febrifugas in essentia summitatum alii ponunt. Veteres aperientes (u) vires & diureticas (x) Hyperico tribuebant, istas ob resinofam naturam non improbabiles. Fauces inde rauescere BOERHAAVIUS, ut a balsamis sumtis solent.

Siccum cum lana, in alumine macerata, coctum, fatis pulchro flavo colore tingit (y).

1038. HYPERICUM caule quadrangulari, foliis ovatis, perforatis, punctatis.

*quadrangulorum*

*Androsænum* CAMERAR. Epit. p. 677.

*Hypericum minus*, caule quadrangulo, foliis non perforatis C. B.

β *Flore minore*, perforatum VAILLANT.

γ *Non perforatum alpinum*, caule terete PONTEDER Compend. tabb. p. 114.

*Hypericum floribus trigynis*, caule quadrato, herbaceo LINN. p. 1104.

In fossis & palustribus, & in alpes ascendit.

A præcedente modice differt. Alæ caulis altiores, ut evidentius quadrangularis videatur, idemque minus, nisi ex radice ramosus est. Folia majora, ovata, breviter ad verticem contracta, aliqua cum varietate, perforata, sed obscurius, per oram nigris punctis adspersa. Flores minores, pro foliorum ratione; petala ochrea, raro punctata, ut tamen subinde unum propius apicem punctum sit, duo etiam rarius (z).

1039. HYPERICUM caule prostrato, foliis ovatis, calycibus ferratis, punctatis.

*humiformum*

*Hypericum minus* DODON. p. 76.

*Hypericum minimum supinum* J. B. III. p. 384.

*Hypericum floribus trigynis axillaribus*, solitariis, caulibus ancipitibus prostratis, filiformibus, foliis glabris LINN. II. p. 1005.

Inter stipulas. Bernæ *um den Buchsacker*. Basileæ prope *novam domum* C. B. Basler *Merkw.* p. 707. Mühlhufæ.

Nostratum

(g) De glandulis Hyperici GURTARD *mémoire*. p. 1745. LISTER in LOWTHORP *abridgm.* T. II. p. 696.  
 (g\*) SCOPOLI p. 318.  
 (h) De immaturis tantum BUCHNER *Miscell ann.* 1710. p. 1141. Cum oleo vituli lateritium colorem fieri, cum spiritu nitri clarescere GADD.  
 (i) GADD. *K. Svensk. vetensk. handl.* 1762. Trim. 2. Hinc & aqua & spiritus succum florum extrahit.  
 (k) NEUMAN T. II. P. 3. p. 136.  
 (l) HILL. *mater. medic.* p. 446. GEORGI III. p. 607.  
 (m) GMELIN *Comm. Petrop.* T. V. p. 205.  
 (n) WEDEL.

(o) LÖBEL. *advers.* p. 172. 173.  
 (p) AGRICOLA AMMON. p. 146. 147.  
 (q) FALLOP *vuln.* p. 186. Sic LUDOVICI.  
 (r) PENICHER *embaton.* p. 298. Conf. si placet, oleum Venetianum rubrum NEUMAN l. c. p. 140.  
 (s) RUDOLPHI p. 102.  
 (t) Angelus SALA.  
 (u) RHazes ad Mansor. III. c. 32.  
 (x) PEATEAR in NICOLAUM p. 179.  
 (y) K. *Svensk. vetensk. Acad.* 1745. p. 250.  
 (z) Conf. CRANZ *Fasc.* II. p. 66.

Nostratum minimum, prostratum, vix dodrantale, teres. Folia ovata, obscure perforata, per oram punctis nigris adspersa, in lineam dispositis, aliquando tota punctata. Petala prope apicem nigris punctis adspersa; sic antheræ tubaque; sed calyx ferratus, punctis nigris passim adspersus, potissimum per oram. Flores non umbellati, in petiolis unifloris, ex alis foliorum, tamen versus summam plantam congesti.

— *coris*

\* 1040. HYPERICUM foliis linearibus quaternis, calyce ferrato, dentibus glanduligeris.

*Coris* (a) MATTHIOL. CAMBRAR. *epit.* p. 678. MATTHIOLI LOBEL. p. 402. *Hypericum floribus trigynis, calycibus serrato glandulosis floribus subverticillatis.* LINN. II. p. 1007.

Nova civis, quam CLAR. FUESLI reperit abunde in rupestri via ad pascuum alpinum Montis *Wiggis* Glaronensium, & mecum ILL. GESNERUS communicavit.

Planta durior, dodrantalis, caule tereti, foliis glaucis, linearibus, angustis, quasi Linariæ, quaternis, quibus duo alia perminuta, non perpetua accedunt. Flores in spica laxa per summos ramos, in petiolis unifloris. Et petioli, & exigua folia, petiolis subjecta, plena magnis glandulis nigris. Calyx evidentius ferratus, ferrarum dentibus maximas nigras glandulas sustinentibus. Petala pro plantæ portione multo majora, lineata, ut in ficcis plantis video, vix punctata, sed antheræ utique.

— *pulchrum*

\* 1041. HYPERICUM foliis amplexicaulibus, cordatis, calycibus ovatis, ferratis, glanduligeris.

*Hypericum pulchrum* TRAG. p. 74.

*Flor. Danic. ic. 75.*

*Hypericum floribus trigynis, calycibus serrato glandulosis, caule terete, foliis perfoliatis, cordatis, glabris* LINN. II. p. 1106.

In Helvetia rarius. In nemore Wylensi STÆHELINUS. In sylva *Kirchbols* prope Mülhusiam Cl. HOFER. Cl. DIVERNOI habuit inter plantas ex *Creux du vent* relatas.

Caules erecti, teretes: in summitate ramosi, sed non brachiati, foliis etiam distantibus, & paucis foliis floralibus. Folia quasi triangularia, cordata, oris contractis, caulem lata basi amplexa, dura, perforata, non punctata, glauca. Flores in paniculas spicatas, pene nudas, rariores. Calycis folia ovata, subtiliter ferrata, dentibus nigras glandulas sustinentibus. Petala saturati coloris, pene aurantia, ad apicem frequentius punctata; antheræ miniatæ, & tubæ puræ.

— *montanum*

\* 1042. HYPERICUM foliis ovatis, per oram punctatis, calycibus lanceolatis, ferratis, globuligeris.

*Androsæmum* FUCHS p. 76. *Campoclarensum* COLUMN. *ecphras.* p. 73. 74.

Pinxit C. HILL. in *hist. natural.* T. II. t. 19.

*Icon Flor. Danic. t. 173.*

*Hypericum floribus trigynis, calycibus serrato glandulosis, caule tereti, erecto, glabro, foliis ovatis* LINN. II. p. 1105.

β Varietas trifolia in *der Hardt* Basileæ (b).

Abunde in dumetis Helvetiæ. In Gubernio Aquilejensi fere ubique. Sic in Neocomensi, & in vicina ditione Episcopi Basileensis. Bernæ in *Ofermundiger Grosbols* circa lapicidinam, in *der Hundziker Au*; in sylvis montis *Belberg*. Circa antrum prope *la Mottaz*. Basileæ passim in montosis.

Caulis sub floribus longe nudus, minus ramosus, erectus, teres, cubitalis. Folia rariora, venosa, maxima inter nostratia Hyperica, ovata, non perforata, sed grandibus glandulis nigris per purpuream oram insignita (c). Flores pauciores, in spicam brevem dispositi. Calycis folia lanceolata, ferrata, ut cuique denti glandula resinifera insideat: sub quavis etiam anthera globulus niger. Petala rarius (d) punctata, & versus apicem.

1031.

(a) Corion frutice oleraceo, tenui, cubitali, flore Rutæ, odore acri, semine in filiqua nigro. PLIN. L. XXVII. n. 53.

(b) *Merkwürd.* III. p. 270.

(c) Conf. Cel. WILlich *disp.* p. 1.

(d) Nunquam Cl. CRANZ.

1043. HYPERICUM foliis ovatis, hirsutis, calycibus lanceolatis, ferratis, glanduliferis. — *hirsutum?*

*Androsæmum alterum, hirsutum* COLUM. p. 745.

*Hypericum androsæmum dictum* J. B. III. p. 382.

*Hypericum floribus trigynis, calycibus ferrato glandulosis, caule tereti, erecto, foliis ovatis, subpubescentibus* LINN. II. p. 1105.

Vulgare, in sepibus, & dumetis.

Habitus magis ramosus, quam priori. Caulis hirsutus. Folia perforata, non punctata (a), ovata, tota mollia & villosa, viridia. Paniculæ florigeræ multo magis multifloræ. Calyx lanceolatus, ferratus, dentibus glanduligeris. Petala pura, nisi quod ad apicem unicum punctum nigrum sit. Stamina pura; tubæ purpureæ, per maturitatem nigra. A præcedente abunde differt.

## II. NECTARIFERÆ.

TITHYMALUS (b) TOURNEFORT. t. 18.

EUPHORBIA LINN. n. 609.

In nostris calyx campaniformis (c), plerumque quadrifidus, cui in segmentorum fessu addident, in segmentorum intervallis, petala paulum succulenta, totidem, ovata, aut semilunaria (c\*): in Africanis speciebus manifestiora, magis colorata, etiam tridentata. Stamina ex calyce nata, per plures se consequentes ordines, ut alia aliis succedant, Numerus in universum ter & quater petala superat. Apices gemelli. Fructus trilocularis, tricoccus (d), emittit tres tubas bicornes, & ex petiolo de flore exit, atque dependet adultior (e). Omnibus natura succulenta & lactescens stipulæque nostris bivalves, latæ, ex quibus petiolus floralis (f) erumpit. Nomen, cur novetur, non video.

## I. PETALIS BICORNIBUS.

\* 1044. TITHYMALUS foliis ellipticis, stipulis umbellaribus quaternis, petalis bicornibus succiferis.

*Lathyris (f†)* MATTHIOL. p. 1259. CAMERAR. *Epit.* p. 968. cum caractere D O DON. *purg.* p. 162. bene.

*Esula major* RIVIN. *tetrap. irreg.* t. 114.

*Euphorbia umbella quadrifida, dichotoma, foliis oppositis integerrimis* LINN. p. 655.

In Helvetia transalpina. Inter *Bellitionem* & *Ossogne* ad viam. Circa *Crivola*. Etiam *Rupe* legi.

Speciosissimus nostratium, totus levis, & glaucus. Caulis fistulosus, bipedalis, ex summo brachiatus & ramosus. Folia sessilia, longe elliptica, obtusa, nervo conspicuo, in aristam educto. Stipulæ sub umbella terminatrice quaternæ, ex ovatis lanceolatae, magnæ. Sic omnia folia floralia, conjugata. Ex ala earum stipularum quatuor rami floriferi prodeunt, quintus flos solitarius ex suo petiolo erigitur: ejusmodi divisiones in nostris Tithymalis frequentes sunt. In ramis stipulæ duæ sunt, ramuli floriferi duo, cum flore solitario. Calyx floralis albus, purpurascens, quinquefidus, & quadrifidus. Petala bicornia, corniculis obtusis. Stamina numerosa, ut omnino triginta & octo numeraverim. Fructus levis. Si accurate requisiveris, reperies, petala hac in specie vera esse nectararia cava, succum continentia, quæ utrinque corniculum exferunt.

Vis purgans in plerisque Tithymalis valida; in ista specie ad flagitium usque intensa. Infelices mulierculæ solent, ad fetum abigendum, semina adhibere, frustraneo fere conatu. Et tamen tutum ad vomitum movendum medicamentum esse ab aliis proditum est, si grana duo, vel tria deglutiantur (g). Eadem Lathyride *Hieronymus* BOVIUS (h) utebatur, empirico propior, ut alvum sursum & deorsum moveret.

(a) Nec Cl. CRANZIO p. 61.

(b) Tithymali genera se tem DIOSCOR. IV. C. 149.

(c) TOURNEFORT C. A.

(c\*) C.

(d) H.

(e) C.

(f) E. D.

(f†) Lactucæ similis PLIN. L. XXVII. n. 71.

(g) Theodor. MAYRNE *cur. gravid.* c. 3. etiam HORIUS *atripl.* p. 93. Decem Lathyridis grana RUFUS *purg.* p. 18.

(h) FLAGRELL. *med. method.* p. 27.

ret. Succum in aere siccatum, ad grana triginta in diem sumtum, luem veneream tollere IDEM (i) auctor est. Etiam panis purgat, in furno coctus, qui hoc Tithymalo incenso calefactus fuerit (k). Mihi omnino ejusmodi remedia displicent, cum tutioribus non destituamur. Nam etiam animalia, plerumque homine robustiora, semen Cataputiæ vehementer (l) seorsum deorsumque cum magna ægrimonia purgat. Ex Tithymali floribus nimis avide pastas apes interire olim PALLADIUS (m). Externo usu succus in plumbeo mortario cum mercurio dulci præcipitato (n) & plumbo nigro intritus ad cancrum laudatur (o).

1045. TITHYMALUS foliis ellipticis, hirsutis, stipulis umbellaribus obscuris, floralibus connatis, petalis lunatis.

*Tithymalus lunato flore* COLUMN. *Ephraf.* II. p. 56. 57.

*Tithymalus Characias* CAMERAR. *Epit.* p. 260. cum GESNERUS characiam in Helvetia nasci dicat *hort.* p. 284. b.

*Tithymalus Characias* H. DODON. *purg.* p. 140.

*Euphorbia umbella quinquefida, bifida, involuclis perfoliatis, subcordatis, acutiusculis, foliis lanceolatis, integerrimis* LINN. p. 663.

Plures alii tithymali huc pertinent, sed nolo hic me litibus immergere.

Nostrer ubique in sylvis, & in sepibus locisque lapidosis provenit.

Foliorum ad radicem copiosus cespes: obtusa ea, elliptica, subtus modice, etiam evidentius, lanuginosa, ad caulem similia. Ad singulas alas ramus unus alterve. Cymba duarum stipularum triflora. Summus caulis in umbellam ramosam dividitur, verum sub ea divisione stipulæ obscuræ sunt. Stipulæ sub floribus cordatæ, obversæ, connatæ, ut levis nota divisionis superfit. Flos profunde quadrifidus, petalis acute lunatis; per dorfa sibi obversis. Stamina circiter quindena. Fructus levis. Odor plantæ fetidus.

Adfinis huic *Tithymalus hibernicus* Macamboy adeo acris esse dicitur, ut etiam manu comprehensus alvum ducat (a).

1046. TITHYMALUS foliis linearibus, petalis emarginatis *Cat. hort. Gotting.* p. 35.

*Aenea* icon GESNERI n. 132.

*Esula minor* DODON. *purg.* p. 159.

*Tithymalo Cyparissia similis pityusa multis* J. B. III. p. 665. RAJ.

Accedit *Euphorbia foliis oblonge ellipticis, obtusis, glabris, ramis alternis, supra interdum umbellatis, petalis florum lunatis* GMELIN. *Flor.* II. p. 231. t. 95. f. 2.

*Euphorbia umbella multifida, bifida, involuclis subcordatis, petalis subbicornibus, ramis sterilibus, foliis uniformibus* LINN. p. 660. ut videtur.

J. B. ad Rhenum prope *Haltingen* haud longe Basilea. Ego meum circa *Tilleda*, & *Langensalza* in Thuringia reperi, in Helvetia nondum.

Planta, quam volo, caule est pedali, ex una radice multiplici, ramoso, foliis angustis, cis finem latefcentibus, ad decem lineas, sine lanceolato, obtuso. Undique ex totius caulis alis rami floriferi prodeunt, ut sæpe stipulas & umbellas non distinguas: alias tamen, & in plantis junioribus, stipulæ numerosæ, aliquanto latiores, reflexæ, sub umbella octonæ. Umbella laxa. Stipulæ florales latæ, cordatæ, aristatæ. Petala obscuri coloris emarginata, corniculis brevibus, qua nota a sequente, cæterum fatis simili, plantam distinguas.

Video nunc Cl. la CHENAL circa *Haltingen* *Tithymalum* paraliolum reperisse, ut probabile sit, hanc plantam non veram civem esse: Nolui tamen delere, cum auctoritatem I. BAUHINI elevare nolim.

Ex *Tithymalo* *Linariæ* folio, ad ignem siccato, remedium ad febres paratur, quod SENACO viro summo non displicuit.

1047. TITHYMALUS foliis linearibus, stipulis numerosis, floralibus cordiformibus, petalis lunatis.

Icon

(i) p. 43.

(k) *ibid.* p. 44.

(l) SPROEGEL *venen.* p. 12.

(m) L. IV. c. 15. Etiam PURCHAS p. 122.

(n) Ex dulci mercurio, cum duodecupla aqua calcis misto, ut sponte subsideat.

(o) Conf. CRANZ *mater. medic.* III. p. 41.

(a) BIRCH III. p. 423.

(a) *Febr. intermitt.* p. 181.



Icon aenea GESNERI 130.

*Tithymalus cyparissias* (a). FUCHS p. 812. CAMERAR. epis. p. 964. DODON. purg. p. 146.

*Efula* RIVIN. t. 113.

β Scabiosus ob insectorum morsus GESNER. tabull. coll. p. 76.

*Efula degener* RIVIN. ibid.

γ Ex eadem causa folia breviora, & rotunda vidi in floris rosacei speciem coaluisse (b).

α - γ *Euphorbia umbella*, multifida, dichotoma, involucellis subcordatis, ramis sterilibus, foliis sessilibus, caulinis lanceolatis LINN. p. 661.

Ad vias ubique, inque pascuis macilentis.

Radix multicaulis; caules pedales, foliosi, foliis Linariæ obtusis, subtus carinatis Umbella obscura. Stipulæ sub ea numerosæ, ad denas Florales stipulæ cordiformes, trifloræ. Petala lunata, cornubus brevibus. Fructus levis. Stamina pauca, ad decem.

Hæc, ut vulgatior, in medicinam cum nomine *Efulæ* minoris recipitur, radix potissimum, lacte plena, cujus cortex ad viginti grana (c) in hydropse exhibetur, tanto futurus mitior, quo vetustior. Aceto aut vino incoctus etiam mitescit; neque a BOERHAAVIO repudiabatur, dum viscera integra essent. Succus cum sale tartari digestus, & spissatus, scammonio a CHOMELIO (d) præfertur, & extractum ad 12. grana dabat HILDANUS (e). Feli succus intrusus non nocuit (f). Sed in homine ab ejus remedii usu delapsa & renovata cutis faciei (g), & oculus inflammatus, cæcitasque secuta est, cum ad clausi oculi palpebram succus admotus fuisset (h); & femina a fumta radice intra triginta minuta occisa (i).

Ad febrem ab ægrotis (k) passim propinatur, damnosum pharmacum, & ad integram drachmam radix (l). Unguentum facilius ferres, quod cum sulfure aliisque medicamentis CARDANUS ad scabiem adhibebat (m). Et tamen tritus & abdomini impositus *Tithymalus* tumorem & sphacelum produxit, inque alio exemplo enormem scroti tumorem (n).

1048. TITHYMALUS foliis linearibus, stipulis lanceolatis, aristatis.

*Efula exigua* TRAG. p. 296.

β Foliis obtusis C. B. Prodr. p. 133.

γ *Tithymalus exiguus*, saxatili MAGNOL. botan. Monspel. p. 359.

α β γ *Euphorbia umbella trifida*, dichotoma, involucellis lanceolatis, foliis linearibus LINN. I. p. 654.

In agris & hortis, exeunte ætate abunde.

Minimus & humillimus nostratium, caule brachiato, ramosissimo. Folia ad caulem alias rara, obtusa, quasi resecta, etiam tridentata, alias conferta, & acuta, ut duas plantas esse putares, nisi summæ stirpis partes consentirent In junioribus umbella conspicua, in adultis plantis ob longos ramos obscura Stipulæ tres, longe lanceolata, argute mucronata. Stipulæ florales cordatæ, sed longe mucronata & acutæ. Petala argutissimis corniculis lunata. Fructus levis.

1049. TITHYMALUS foliis rotundis, stipulis floralibus cordatis, obtusis, petalis argute corniculatis.

*Peplis* (o) DODON. purg. p. 163. TABERNEMONT. p. 597.

*Efula folio rotundo* RIVIN. t. 118.

*Euphorbia umbella trifida*, dichotoma, involucellis ovatis, foliis integerrimis, obovatis, petiolatis LINN. p. 653.

Caulis ramofus, decumbens, pedalis. Folia subrotunda, ovata. Stipulæ sub divisione umbellæ tres, ejusdem figuræ: in adulta planta umbella obscura. Stipulæ sub floribus bifoliæ, de more, sed obtuse cordatæ. Petala argutissimis corniculis.

In

(a) *Tithymalus Cyparissias* caule dodrantali, subrubro, foliis pini mollioribus, tenerioribus, candido succo DIOSCORID. ibid. PIN. L. XXVI. n. 43.

(b) Ad 20. quasi petala FRANK. Sauml. n. 42.

(c) POTERIUS.

(d) *Plantes usuelles*. p. 25.

(e) *Epist. inedit.* & *Cent.* VI. obs. 81.

(f) *Brev. SPROGEL* p. 14.

*Tom.* II.

(g) ENEHARD. *Occon. Hist.* T. VII. p. 292.

(h) TIMÆUS *Casus* I. p. 21.

(i) BUCHOZ *plant. Lotbar.* II. p. 315.

(k) *Brev. Sauml.* 1721 m. May.

(l) BUCHOZ *plant. Lotbar.* I. p. 319.

(m) *Conf. pro mantuano* p. 127.

(n) SCOPOLI p. 415.

(o) *Peplis alvum solvit* PLIN. L. XXVII. n. 93:

10 PLANTÆ POLYSTEMONES I. VASCULIFERÆ

In Holfatia hæc species in medicinam recipitur, ejusque cortex in hydrope drachmæ pondere propinatur (o).

II. PETALIS INTEGRIS.

1050. TITHYMALUS foliis petiolatis, subrotundis, ferratis, stipulis rotundis, ferratis.

*Tithymalus helioscopius* (a) CAMERAR. *Epit.* p. 963. DODON. *purg.* p. 145.  
*Euphorbia umbella quinquefida, trifida, dichotoma, involuclis obovatis, foliis reniformibus, ferratis* LINN. p. 658.

Ubique in hortis & ad vias.

Caulis erectus, brachiatus. Folia late petiolata, in femicirculum expansa, circumferrata. Stipulæ sub umbella quinæ, ovatæ, ferratæ. Stipulæ sub floribus ovatæ. Petala subrotunda, non cornuta, viridia.

Sapor lactis non acris, subsalsus: tingit chartam cyaneam.

Acrem esse & carnes boum ingrato sapore inficere LINNÆUS (b).

1051. TITHYMALUS foliis ellipticis, ferratis, stipulis umbellaribus quinis, floralibus cordatis, fructu peraspero.

*Pityusa seu Esula altera minor, floribus rubris* LOBEL. *ic.* p. 358.

*Tithymalus non acris flore rubro* J. B. III. p. 673.

*Tithymalus nemorosus alter, foliis latioribus & firmioribus* BARRELIER *ic.* 840.

*Esula folisæqua* RIVIN. t. 117.

*Euphorbia umbella quinquefida, bifida, involuclis subovatis, foliis lanceolatis, obtusis, integerrimis.* LINN. p. 656.

Abunde in Helvetia circa Roche au Prepouy, aux Gauges, à Echarpigny, en Jorogne. Bernæ im Engewald. Basileæ, in M. Muteto &c. In valle Jurana abunde.

Caulis erectus, pedalis. Folia elliptica, obtusa. Radix ex bulbillis squamosis, per latera sibi adnatis, composita. Folia elliptica, obtusa, subtiliter ferrata, ut tamen margo sæpe dentes abscondat, nervo albo. Stipulæ sub umbella quinæ, tamen etiam ternæ, quaternæ: stipulæ florales cordiformes, subtiliter ferratæ, latis basi- bus sibi obversæ, totæ, cum summa planta, flavescens. Petala rotunda, flava. Fructus purpureus, asper, ex convexitate media loculorum prodeuntibus majoribus aculeis, minoribus in valleculis. Totus dulcis est.

1052. TITHYMALUS foliis ellipticis, ferratis, stipulis umbellaribus quinis, floralibus obtuse quadrangulis, capsulis undique exasperatis.

*Tithymalus verrucosus* J. B. III. p. 673.

*Tithymalus myrsinites, fructu verruce simili* C. B. MORISON S. X. t. 3. f. 3.

*Euphorbia umbella quinquefida, subtrifida, bifida, involuclis ovatis, foliolis lanceolatis, serrulatis, villosis, capsulis verrucosis* LINN. p. 658.

In agro vaudensi, abunde circa Grandchamp supra Molendinum; etiam circa Basileam, Genevam: reliquis tamen rarior.

Radix inutilis. Caules cubitales, parum ramosi. Folia juniora subhirsuta; in adulta planta calvescunt, ovata ceterum, & ferrata. Similia quinque folia, latiora, sub umbella. Iterum quini ex iis stipulis petioli, ut fere in Tithymalis solent: rami trifidi, sic ramuli. Stipulæ sub floribus ovatæ, subquadrangulæ, non cordiformes. Petala flava, rotunda. Fructus totus minutis spinulis undique exasperatus, nulla parte nuda. Non reperio villosum esse.

Differt a paulo priori tithymalo fructus minoribus spinis & numerosioribus, stipulis floralibus non cordiformibus, lacte acris &c.

1053. TITHYMALUS foliis lanceolatis, ferratis, stipulis floralibus cordatis, capsulis asperis, lineis levibus divisis.

*Tithymalus platyphyllos* (c) FUCHS p. 813. Fuchsii J. B. III. p. 670.

*Tithymalus arvensis, latifolius, Germanicus* C. B. MORISON. l. c. f. 1.

*Euphorbia umbella quinquefida, trifida, dichotoma, involuclis carina pilosis, foliis ferratis, lanceolatis, capsulis verrucosis* LINN. p. 660.

Nihil

(o) BUCHWALD.

(a) T. Helioscopius foliis Portulacæ tenuioribus rotundioribus, dodrantalis, lactis plena, capite Anethi,

viribus minus validis DIOSCOR. debilissimus omnium RUFUS, purgat tamen, add. PLIN. L. XXVI. n. 43.

(b) Flor. Suec. n. 425.

(c) PLIN. L. XXVI. n. 44.

Nihil vulgatius ad vias totius pene Helvetiæ. Bernæ in *Bodenacker*, &c.

Habitus rectus, pedalis, etiam tripedalis. Folia patula, ex lato petiolo lanceolata, hirsuta; circumferrata, sub umbella quina, ut tamen in adulta planta umbellam stipulasque vix adgnoscas. Divisio fere solita. Stipulæ florales cordiformes, transversim latæ. Petala in transversum lata, viridia. Fructus tenuibus spinis adspersus, ut tamen convexus loculorum semicirculus liber sit. Tota planta fætet.

1054. TITHYMALUS foliis ellipticis, ramis umbellam superantibus, capsulis exasperatis.

*Efula major* DODON. *purg.* p. 158. Sed cur ait in montibus crescere?

*Tithymalus palustris, fruticosus* C. B. MORIS S. X. t. 2. f. 1.

*Efula palustris* RIVIN. t. 116.

*Efula umbella multifida, subtrifida, bifida, involucellis ovatis, foliis lanceolatis, ramis flexilibus* LINN. p. 662.

Frequens in paludosis littoribus fluviiorum lente manantium, ad Brojam præaltus; tum in pratis udis; circa *Michelfeldam* in pratis, circa *Roche* abunde.

Radix crassissima. Caulis latissimus. Folia circumferrata, obtusa, elliptica, lente crescunt. Ex omnibus alis rami foliosi & florigeri. In junioribus stipulæ sub umbella quinae, etiam plures. Rami amant umbellam floralem superare. Sub floribus stipulæ ovatae, non cordatae. Petala flava, obtusa (a). Fructus totus verrucis obfitus.

Purgandi fine perinde adhiberi potest.

1055. TITHYMALUS foliis linearibus, aristatis, imbricatis, stipulis umbellaribus ovato lanceolatis, floralibus cordatis.

Icon lign. GESNERI n. 149.

*Tithymalus paralius (b)* DODON. *purg.* p. 144.

*Tithymalus amygdaloides angustifolius* TABERNEMONT. p. 591.

*Efula candidior* SCHEUCHZER It. IV. p. 342.

*Euphorbia* &c. GMELIN II. p. 234. n. 7.

*Euphorbia umbella subquinquefida, bifida, involucellis cordato reniformibus, foliis sissiam imbricatis* LINN. p. 657.

α Foliis magis congestis, marinorum littorum.

*Tithymalus paralius* MATTHIOL. p. 1292. CAMERAR. *Epit.* p. 962. J. B. III. p. 674.

Noster passim ad vias totius Valesiæ; etiam aux *sles de Lavey, Michelfeldæ, &c.*

Ex radice plures caules cubitales, erecti, parum ramosi, foliosi. Folia imbricata, non tamen æque arcte, ut ad mare congesta, glauca, firma, glabra, linearia, mucrone brevi, aristato. Sub umbella quinque ovato lanceolatae, aristatae, stipulæ; florales ovato cordatae, pene quadrangulae, ut semper binatae. Petala subrotunda, obtusa. Fructus levis.

RESEDA LINN. n. 608.

RESEDA TOURNEFORT. t. 238.

& LUTEOLA TOURNEFORT. *ibid.*

& SESAMOIDES TOURNEFORT.

Non amo pugnare contra receptas opiniones, quando de generibus sententiam ferre oportet. Ergo character Resedæ erit fructum habere unilocularem, sed divisum, trifidum, in apice patentem: petala inæqualia, quorum aliqua incisa, ad flabelli modum, unum succiferum.

1056. RESEDA hexapetala, foliis pinnatis, undulatis, calyce sexfido.

*Reseda Plinii Neotericorum Belgis Eruca peregrina Italica vel Cantabrica* LOBEL. *advers.* p. 76. *ic.* p. 722.

*Reseda vulgaris* C. B. *lutea* Icon *Reg.*

*Reseda foliis omnibus trifidis, inferioribus pinnatis* LINN. p. 645.

β *Reseda*

(a) Flores alios mares esse, pentapetalos, alios tetrapetalos, androgynos LINNÆUS p. 127. n. 47.

(b) Rami subrubent, palmam alti, & quini fenive a radice exeunt: folia Lini angusta, parva, oblonga

in versus quosdam digesta, capitulum in cacumine, orbiculatum, in quo semen, ut ervum; flos albus DIOSCORID. IV. c. 149. PLIN. L. XXVI. n. 41. L. XX. c. 19.

β *Reseda Gallica crispa* BOCCONE *plant. Sicul.* t. 41. f. 3.

In glareosis fluviorum lacuumque oris, & ad vias. Ad *Birsam*; ad lacus *Thunensis* suprema littora: in viis publicis ab *Aventico* in *Valesiam* usque.

Caulis cubitatis, semiprostratus, non valde ramosus. Folia plicata & undulata, nervo lato, pinnis conjugatis, ad radicem & ipsis bilobatis, ad caulem simplicibus. Flores in spicam aphyllam. Calyx profunde & paulum inæqualiter sexfidus. Petala possis sex numerare. Suprema duo (a) fiunt scuto crassulo, transversim lato, ferrato, cui ad acutos angulos duæ erectæ ellipses inferuntur. Scutum aliud spongiosum, semicirculari, sub petalis supremis. LINNÆO nectarium. Petala duo lateralia scuto sunt minori, non ferrato (b), quod majorem aliam bracteolam, & duo capillaria quasi fila exigit. Duo petala infima (c) exigua, quibus duæ ligulæ capillares ex ipsa bractea continuantur. Stamina circiter viginti, ex inferiori floris parte sursum curvantur. Fructus prismaticus, inferne trilocularis, superne unilocularis, & hians (d), in tria breviter cornua erecta exit, tribus tubis terminata (e). Semina nitida, ex ovatis acuminata, compressa.

Sapor oleraceus fere Brassicæ, vires nullæ cognitæ.

\*1057. RESEDA foliis radicalibus integris, caulinis integris & semitribus, calycibus sexfidis, florem superantibus.

*Reseda affinis* *Phyteuma* C. B. *Prodr.* p. 42. bene.

*Phyteuma* J. B. III. p. 306. quod ad ic.

*Reseda foliis integris trilobisque, calycibus sexpartitis maximis* LINN. p. 645.

β *Phyteuma Monspeliensium alterum, folio minus laciniato* LOBEL. *illustr.* p. 146.

γ *Reseda minor vulgaris* J. R. H.

*Phyteuma Monspeliensium* LOBEL. *ic.* p. 718.

*Erucago apula* COLUMN. *Echbr.* I. p. 267. 269. *Planta* COLUMNÆ foliis caulinis vulgarem referentibus recedit.

Novam civem sub molendino papiraceo pagi *Dardagny* in agris, & in *Rhodani* arenis reperit Gen. de SAUSSURE.

Nostræ radix longa, simplex. Caulis semi rectus, cubitalis, aut humilior, angulosus, ramosus. Folia radicalia petiolo latiori, foliaceo, bractea rotunda vel ovali: caulina similia, non infrequenter inæqualiter semitribus, & semibilobata, semper lato & ovato sine. Spica rarior, aphylla. Flos multo, quam priori major. Calyx maximus. Hujus folia sex elliptica, obtusa, subhirsuta, patula. Petala alba. Duo suprema in arcum flexa, introrsum cava, bicornia, argute bifida, ex dorso nondum supremo filum educunt, fimbriato flabello ornatum (f). Petala duo media similia, mucrone unico. Petala duo infima in arcum flexa, filum unicum emittunt (g). Sub petalis supremis arcus spongiosus ad petala lateralia protenditur, qui Nectarium. Stamina fere viginti, miniatis antheris. Fructus grandis, obtuse triquetrus, sensim se magno & triangulari ostiolo aperit. Semina (h) ovata, ad tria receptacula adfixa. Tota planta violæ odorem spirat. Ad Ægyptia specie omnino differt calyce exiguo, & floris fabrica (i).

1058. RESEDA foliis ellipticis, obtuse lanceolatis, undulatis, calycibus quadrifidis.

*Antirrhinum* TRAG. p. 362.

*Pseudorhithium* CAMERAR. *Epit.* p. 356.

*Luteola herba salicis folio* J. R. H.

*Reseda foliis lanceolatis integris, calycibus quadrifidis* LINN. p. 643.

β Junior, foliis magis crispis.

Radix Raphani odore. Folia ad terram in orbem sparguntur, longa, elliptica, obtusa, in junioribus undulata (k), denticulata. Spina floralis aphylla, prælonga. Flores herbidi. Calyx quadrifidus, duobus superioribus segmentis latioribus. Petala quatuor. Superius pallens, respondet duobus petalis *Resedæ*, & fit scuto crassulo,

(a) TOURNEFORT. A. B.

(b) Nectarium LINN.

(c) ERMDL. *Eyb Nat. Cur.* Vol. VIII. app.

(d) TOURNEFORT. E.

(e) IDEM *ibid.*

(f) Tredecimfidum, quindecimfidum FABRIC. *hort. Helmst.* p. 202.

(g) Quinquefidum FABRIC.

(h) DALIBARD *mem. pref.* p. 95. seqq.

(i) Conf. LEDERMULLER *Versuch* II.

(k) Vide iconem ARDUINI *Memorie*. t. 16.

fulo, subrotundo, ex quo quatuor aut quinque (*b*) acuta filamenta eriguntur. Alterum (*c*) petalum superius, priori tectum, simplici fit & subrotundo ungue. Petala lateralia sunt lingulae simplices, absque ungue, etiam bisectæ & trisectæ. Inferiora petala nulla, quæ nonnunquam tamen minima accedunt (*d*). Stamina per inferiorem calycis hiatum fere vigena dependent. Fructus rugosus, triquetrus, semitricocularis, inferius tribus septis divisus, superne nullo, tribus lineis inter tria cornua (*e*) apertum, quæ sunt tubæ. Capsula sexfida, tribus segmentis erectis, tribus introrsum flexis. Semina sex lineis distincta, ad tria receptacula. Intercurrunt fructus semiquadriloculares.

In Italia aliam Luteolam citant, altiore, tricubitalem, spicis numerosis (*f*). Passim ad rem tinctoriam colitur (*g*), etsi nobis ad vias abunde provenit. Inter fidos colores flavos ultimo loco ponitur (*h*), ad fericum tamen (*i*) tingendum adhibetur, & omnes colores inter album & limonis colorem suppeditat (*k*). Lana cum alumine & tartaro cocta altero die secundo coquitur cum lixivio & Luteola. Provincialis anglicæ præstat. Recens teritur & in pilas fingitur, aut sicca in pulverem (*l*) reducitur.

III. RHOEADÆÆ.

PAPAVERA ADANSON p. 53.

CHELIDONIUM (*a*) TOURNEF. t. 116.

CHELIDONII spec. LINN. n. 647.

Calix bifolius. Petala quatuor subrotunda, patula (*b*). Stamina a 23. ad triginta, longis filamentis, liberis neque connatis. Siliqua simplex, unilocularis, polysperma, nodosa (*c*). Semina ad valvularum commissuras adnata (*d*).

1059. CHELIDONIUM lobis foliorum subrotundis.

*Chelidonium majus* FUCHS p. 865. BLAKWELL. t. 91. *Vulgare* MILLER t. 92.  
*Chelidonium pedunculis umbellatis* LINN. p. 723.

β Foliis incisilis SPRENGER. *hort.*

*Quernum* MILLER *ibid.*

Pro varietate nuperci. In Alsatia provenit (*a*).

In macerie, & sepibus ubique.

Caulis ramosus, cubitalis. Folia semipinnata, pinnis in petiolum lata appendice diffluentibus, obtusis & rotunde ferratis, bilobatis, & trilobatis. Ex alis petioli florigeri nudi, quatuor vel quinque, ad novem usque flores ex uno puncto producant, in petiolis unifloris. Stipulae cuique sua. Flos aureus. Siliquæ stigma protuba est.

Tota planta rupta acri flavoque lacte manat. Acris est & amara, ingrati saporis, & in analysi multum lixiviosi elementi prodit. Interno usu, radix infusa, aut lacteus succus, ad icterum (*b*), qui absque inflammatione (*c*) fit, ad chlorosin (*d*), ad cachexiam valere dicitur. Extractum vinosum ad duos scrupulos in glandularum aut viscerum obstructione utiliter (*e*) a Cl. Viro propinatum est, tum cum aceto scillitico in pulmonum infarctu (*f*). Theiforme infusum ad podagram, & calculum alii laudant (*g*). Succus cum pinguedine vituli & cera mistus ad callos

(b) TOURNEFORT B.

(c) Nectarium LINN. WILDLICH. *obs.* t. p. 22.

(d) LINN.

(e) TOURN. H.

(f) *Nouv. Lit. Florent.* 1758. n. 50.

(g) BRADLEY *ant. husbandry.* p. 221. *Oeconom. Nachr.* V. ELLIS *april.* p. 109. *Mém. de la Société de Rouen* p. 280.

(h) HALLOT *art. de la teinture.* p. 397. post Geni-  
stam & Serratel m

(i) *Art. de teindre en Soye.* p. 22.

(k) SPRENGER. *Hist. of the Roy. Soc.* p. 299.

(l) AUBUIN. p. 86.

(a) *Chelidonium majus* est caule gracili, cubitali, aut altiore, adgnatis foliosis, foliis ranunculi mollioribus, cretibus, flore violæ albæ, secundum singula folia prodeunte. In eo succus croci, acris, mordax, suba-

Tom. II.

marus, graviter olens. Radix superne singularis, inferne in multa nova capillamenta fibratur. Siliqua corniculati papaveris, tenuis, longa. Semen papaveris majus DIOSCORID. II. c. 76. PLINIUS L. XXV. n. 50. folia ei dat pastinacæ erraticæ, florem lactucæ.

(b) TOURNEFORT. A.

(c) E. F. G.

(d) Semen pingit GREW t. 73.

(e) LINDER.

(f) Olim DIOSCORIDES; tum LENTILIUS *Epib.* *Nat. Cur.* Dec. I. ann. I. *obs.* 229.

(g) BOERHAAVE.

(h) TRAG. LENTIL.

(i) LANG. *remed. historico.* p. 124.

(j) *Ibid.*

(k) *Alb. Berolin.* T. II. Vol. VIII.

D

callos ulcerum extenuandos valet. Foliis tritis impositis verrucam in lingua veneream sublatam fuisse lego (*b*), & læsiones gutturis a variolis superstites (*i*). Veteres succum ad oculorum maculas, ad deterendas nubeculas (*k*) ad initia suffusionum (*l*), & ad unguis (*m*) multi faciebant, ut etiam eritis oculis hirsudinum pullis (*m*<sup>\*</sup>) visum restituere persuaderentur. Visum acuere, ut omnia fellea, crediderim (*n*), tamen ut acrem succum multa aqua diluas, monente BOERHAAVIO. Et sunt Cl. Viri, qui negant, sibi in oculorum vitis utilitatem præstitisse (*o*); sunt denique, qui infusum, interno usu ad duas uncias datum nocuisse viderint (*p*). Aquam inter ophthalmica censent (*q*), quam vix crediderim, veras vires possidere. Superstitiones discipulorum PARACELSI omitto (*r*).

GLAUCIUM (*a*) TOURNEFORT t. 130. CRANZ. Fasc. II. p. 133.

CHELIDONII. Spec. LINNÆI & RAJI meth. p. 100.

Omnia similia: Calyx hirsutus (*b*). Siliqua longissima (*c*), bilocularis (*d*), medio septo (*e*) divisa, in quo semina nidulantur, summa parte fungiformi (*f*), bipartita. Stamina innumera, filamenta habent in basi coalescentia.

1060. GLAUCIUM foliis radicalibus semipinnatis, caulinis amplexicaulibus.

*Papaver corniculatum* CAMERAR. Epit. p. 805. DODON. purg. p. 336. luteo flore IC REG.

Yellow perennial poppy FLOWERGARD p. 86. n. 3.

*Chelidonium pedunculis unifloris*, foliis amplexicaulibus, sinuatis, caule glabro LINN. p. 725.

Ad lacum Neocomensem, tum ad officinas lateritias versus Grandson, tum ad extremas Allées de Colombier.

Perennis radix plurima folia edit, caulesque prostratos, latissime brachiatos. Caulis inferne glaber, superne pilis patulis hispidus. Folia glauca, singulari hirsutia aspera, elegantia, pinnata, ad decem paria, continuo majora, ut nervus etiam latescat, & folia nunc semipinnata fiant. Pinnæ magnis dentibus, non profundis, & paucis, varie incisæ. Folia caulina amplexicaulia, lata, brevia, vix semipinnata. Flos flavus, papaveraceus.

In officinas non recipitur. Inter diuretica & lithonriptica medicamenta recenset TOURNEFORTIUS. Contra, veneni modo egisse, & mentem emovisse, in Anglia (*a*) compertum est, & factorem certe spargit papaveraceum, similemque ut opium noxam facere, eademque medicamenta desiderare DIOSCORIDES (*b*). Alvum ducere veteres (*c*). Externo usu decoctum ex optimis esse desiccantibus DESPORTS (*d*).

PAPAVER TOURNEFORT. t. 119. 120. LINN. n. 648.

Calyx bifolius, caducus (*a*). Petala bis bina (*b*), flaccida, subrotunda, patula, caduca. Stamina supra petala multos circulos efficiunt, ad centena usque & ultra. Fructus petiolatus (*c*), rotundus (*d*), vel ovatus (*e*), operculo rotundo, radiato

(*b*) ZACUT *hist. med. mirabil. obs.* 79.  
 (*i*) STEWART. *Epist. ad RAJ.*  
 (*k*) *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. 4. 5. p. 66.*  
 (*l*) HILDAN. *Epist.* 79.  
 (*m*) *Eph. Nat. Cur. Vol. II. obs.* 77.  
 (*m*<sup>\*</sup>) PLIN. L. XXV. n. 50. L. VIII. c. 27.  
 (*n*) RHAZE ad MANSOR. III. c. 40. DIOSCORID.  
 (*o*) LANGR p. 125.  
 (*p*) BROOKES T. IV. p. 155.  
 (*q*) LUDOVIC. *Oper.* p. 208.  
 (*r*) CRATO *Epist.* L. II.  
 (*a*) *Morus cornutum* foliis Verbasci nigri, fructus inflexi & cornicula, purgat THEOPHRAST. L. IX. c. 13. Habet folia candida, Verbasco similia, in ambitu sylvestris Papaveris modo ferrata, caule non dissimili, flore pallido, calyculo Fœnigræci, in cornicu-

lorum morem flexo. Semen papaveris: radicem nigram, crassam DIOSCORID. IV. c. 61. add. PLIN. L. XX. c. 19.  
 (*b*) TOURNEFORT. C. Petala A B.  
 (*c*) E.  
 (*d*) F. G. H.  
 (*e*) H.  
 (*f*) E. D. A.  
 (*a*) LOWTHORP. *Phil. Transf. abridg.* II. p. 642.  
 (*b*) L. VI. c. 18.  
 (*c*) PLIN.  
 (*d*) *Plages d'armes à feu.* p. 256.  
 (*a*) TOURNEFORT. t. 119. D. D.  
 (*b*) A. B.  
 (*c*) Ad F.  
 (*d*) In officinali F. t. 120. G. H.  
 (*e*) In Rhœade E. t. 120. I.

diato (f) protectus, sub quo per maturitatem multa foramina (g) in circulum disposita aperiuntur. Quot foramina, tot in fructu septa (h), imperfecta sunt, cum medio axi destituatur. Ad ea innumerabilia (i) femina, exasperata (k). Tota planta violata lac narcoticum stillat.

\* 1063. PAPAVER foliis hispidis, pinnatis, pinnis lobatis, capitulis ellipticis, hispidis.

*Argemone* (1) *capitulo longiore* LOBEL. ic. p. 276.

*Argemone capitulo tenuiore, longiore hirsuto* MORIS. II. p. 278. S. III. t. 14. f. 10.

*Papaver capitulis clavatis, hispidis, caule folioso multifloro* LINN. p. 725.

Minus, quam in Germania, vulgare. Reperi in agris versus *Liebek & Trostburg*, versus *Kulm*, versus *Sion*. Circa *Regensperg*, & versus *Alschweyler*.

Multa habet vulgaris Rhœadis similia: folia potius magis divisa, pinnis semipinnatis, etiam lobatis, lobis acute incis, dentibus aristatis. Caulis pedalis & ultra, pilis inferne patulis, superne & in petiolis florigeris, magnis, albis, ad caulem adpressis, sub flore copiosissimis, ut pellem animalis pilosi referant. Calyx raris pilis adpersus. Flos minor quam vulgari, pallidius miniatus, nigris unguibus. Stamina basi lata, numerosa, purpurea. Fructus oblonge ovatus, inferne levis, superne pilis asperis, sursum vergentibus adpersus, lineis eminentibus percursus, quot sunt radii, operculo exiguo quatuor vel quinque radiorum.

\* 1064. PAPAVER nudicaule, foliis pinnatis, pinnis integris & divisis, capitulis subrotundis, hispidis.

*Minor Anemone Coriandri folia, flore Pulsatilla, capitulis hirsutis, nec ut papaver corolla donatis* LOBEL. advers. p. 113.

*Argemone lutea* PON. bald ital. p. 100.

*Papaver alpinum* λασιοτραχυφυλλον RICHER.

*Papaver Argemone dictum flore flavo perispermium* PLUKNET. p. 279. t. 247. f. 3.

*Papaver alpinum, Coriandri folio* SEGUIER. I. p. 416. t. 4. f. 4.

*Argemone alpina, lutea* C. B. Prodr. p. 93.

*Papaver flor. Dan.* ic. 41.

*Papaver capsula hispida, scapo unifloro, nudo, hispido, foliis bipinnatis* LINN. p. 725.

*Papaver Boissii* CRANZ II. t. 6. f. 4.

Non video, qui differat a *Papavere nudicauli, flore flavo odorato* DILLEN. Hort. Eitbam t. 224.

Rara planta a CL. CAPP ER in monte *Pilato* lecta, abunde provenit inter lapides deciduos in *Pierre plate* supra *Portvalcy* e regione *Roche*.

Tota planta recens (m) vehementem moschi odorem spargit. Radices perennes, longæ, tectæ reliquiis foliorum vetustorum. Folia etiam hirsuta (n) tamen in nostris glabra, radicalia longe petiolata, pinnata; pinnæ primæ simplices, ovato lanceolatae; sequuntur alie latiores, trifidæ quinquefidæ, etiam duobus pinnarum paribus auctæ: inde decrescit folium, & pinnæ bifidæ sequuntur; denique simplices, ut ultimæ sibi viciniores sint, & confertæ, longæ, parallelæ lanceolatae, sine trifido aut circumferrato. Ex cespite eiusmodi folii caulis dodrantalis, aphyllus, pilis tectus & tomento, neque patulo, neque adpresso. Calyx fuscus, hirsutissimus. Flos albus, parvus, flaccidus, ungue luteo, ut tamen, perinle ut in *Pulsatilla alba*, color flavus sæpe se per totum florem diffundat. Stamina ungues non lati. Fructus ovatus, undique setis hirtus, radiis tantum quinque. Sub flore, ut in priori specie, penicillus pilorum faturate fuscorum.

\* 1065. PAPAVER foliis hispidis, pinnatis, pinnis lobatis, fructu ovato, levi.

*Argemone capitulis longis, glabris* MORISON. S. III. t. 14.

*Papaver erraticum, capitulo longissimo glabro.* J. R. H. RUPP. nostr. p. 79.

*Papaver capsulis oblongis, glabris, caule multifloro, setis adpressis, foliis pinnatifidis, incis* LINN. p. 726.

Passim

(f) T. 119. F. E. t. 120. ad M. N. O. Q. MAL-  
PIGH. ic. 297. GREW. t. 70.

(g) TOURN. t. 120. R.

(h) T. T. GREW. t. 70.

(i) TOURN. X.

(k) POWER. obs. 41. GREW. t. 73. HOOKER. obs. 30.  
Schem. XIX. PARSONS. T. I. f. 10.

(l) *Argemone foliis Anemones, Apii modo divisis,*

capite papaveris erratici longiori, flore puniceo, succo croceo acri, in arvis PLIN. L. XXV. n. 56. DIOS-  
CORID. II. c. 173. Non videtur nostrum, ob succum croceum.

(m) Emend. III. n. 180.

(n) In planta montis *Pilati*, & *SEGUIERIANA*, & in *Sibirica*, & *CRANZIANA*.

Passim in agris, infrequens. Inter *Biel* & *Bonneville* ad viam: inter *Hindelbank* & *Kirchberg*, & circa *Bipp*. Basileæ in ipso vallo Petrino.

Satis simile prioris, altius & speciosius; caulis pilis perinde inferne patulis, superne robustis, fetaceis, ad caulem appressis. Folia pinnata, pinnis pene pinnatis, acute incis. Calyx totus hirsutus. Petala minora quam vulgari, minus conspicue rubra, basi paulo obscuriori. Radix operculi & foramina septem, octo. Fructus ovatus, glaber, lineis percursus. Ab insectis adrosa capitula mire saepe intumescunt.

1064. PAPAVER foliis semipinnatis, hispidis, fructu ovato, glabro.

*Papaver erraticum* MATTHIOL. p. 1057. DODON. *purg.* p. 333.

*Papaver rubrum* BLAKWELL. t. 2.

β Flore albo, etiam a me repertum.

γ Flore pleno TRAG. &c.

In agris, exosa planta agricolis, quam Helvetii, meliores coloni, undique extirpant.

Caulis pilis patulis hirsutus, erectus, brachiatus. Folia hirsuta, radicalia integra, ovata, ferrata, ad caulem semipinnata, nervo lato, pinnis acute dentatis, & profunde etiam lobatis. Flos pariter in longis petiolis unifloris. Calyx pilosus. Petala miniata, cum macula in petali origine atropurpurea. Fructus oblongior quam sativo, operculo minus ferrato, planiori, squamis minus distinctis, septis ad undecim, totidemque lateribus operculi. Stamina circa 50. Planta lactescit, & aliquid tamen nauseosi habet, & amari.

Olim ad expediendos catarrhos infusum florum theiforme datum fuit, tum syrupus, iste inertior (a). Idem infusum, & decoctum capitum, & demum succus spissatus, quem extractum vocant, ad dimidiam drachmam in pleuritide, a CHOMELIO (b) commendatur. Vim enim aliquam narcoticam (c) habet, ut etiam diarrhoeam non (d) absque somnolentia sedaverit, & excreationem flores moderentur (e). Pulvis antipleuriticus MYSICHTI flores hujus papaveris recipit, non improbatu ILL. WERLHOFIO.

1065. PAPAVER calycibus capsulisque glabris, foliis amplexicaulibus, incis LINNEUS I. p. 726.

*Papaver sativum* (a) III. DODON. *purg.* p. 329.

*Papaver nigrum* BLAKWELL. t. 482. & *album*, t. 483.

Non vera civis. Semen autem ex agris hortisque sparsum fecit, ut passim ad vias & in ruderosis vulgo proveniat.

Caulis brachiatus, cubitalis. Folia glauca, glabra, lata, amplexicaulia, varie dentata, majoribus & minoribus dentibus incisa. Fructus sphaericus, levis, operculo reflexo, sub quo foramina decem, duodecim. Flos magnus, in naturali planta leucophaeus, ante expansionem nutat, & in origine sua quodque petalon livida macula notatur. Succus in tota planta lacteus. Ceræ plurimum ab apibus in papaveribus colligitur (b).

In Persia plurimum colitur, & ad quadraginta (c) pedum altitudinem adfurgit, inque Arabia capita prodeunt unciarum triginta quinque capacia (d). Etiam Erforti plurimum feritur. Lac, quo manat, vires habet somniferas, sed mites, & absque calore, dum recens est. Florum infusum convenit in morbis catarrhalibus pectoris & faucium. Semen blandum & edule (e) est, & a Sileis (f), Tridentinis (g), Ægyptiis (h) in cibum recipitur, farinosum, mite, & quando ficcum innoxium (i). In Polonia semen ad unciam (k); ab HEISTERO libra

(a) TRALLER I. c. Somnum citere C. HOFMAN. *med. offic.* p. 529.

(b) Grana tantum quatuor *Hist. de l'Acad.* ann. 1712. p. 52.

(c) Olim DIOSCORIDES.

(d) BROOKES.

(e) DETHARDING. *metb.* p. 155.

(a) Papaveri sativo capitulum longum est, & semen candidum; sylvestre nigrum habet semen: etiam de eo lacteus succus manat DIOSC.

(b) MARALDI *Mém. de l'Acad.* ann. 1712. p. 317.

(c) CHARDIN. t. 4. p. 31.

(d) G. ab ORTA. p. 10.

(e) PLIN. L. XIX. p. 181. *Essays of a Societ.* at *Edimb.* V. p. 130. BRASSAVOLA p. 312. P. ALPIN. *Pancs* inde fieri DIOSCORID.

(f) DORING. *de opio* p. 13. TRALLER *Hist. Cholera.* p. 331. Olim in Lusatia HOFSTETTER. *Epist.*

(g) MATTHIOL. p. 1059.

(h) P. ALPIN. I. p. 160. 161. de albo.

(i) VALCARENCHI. *febr.* p. 132. TRALLER *de Opio* l. p. 14.

(k) HERTOD. *crocolog.* p. 275.



libra in 5. diebus propinatum (l). Placentæ post expressum oleum a pueris eduntur (m). Fallaciam puto subesse in funesto eventu, quem BOECLERUS (n) narrat. Sed neque oleum expressum, quo hoc semen abundat (n\*) vi narcotica pollere credas, quod ad duas uncias (n†) absque noxa sumtum, & a BOERHAAVIO ad quatuor uncias phthificis præscriptum ut; in acetariis (o) etiam cum titulo *huile d'oeillet* utile, quod, ex præconcepta opinione, proscribi (p) lego. Ad embrocationes laudat G. de la MOTTE (q). Pictoribus servit (r). Ex capitum recente succo syrupus (s) fit, in febribus minime inutilis, blandus & absque vi calefaciente (t), non nociturus, nisi ob inertiam male parati medicaminis, etsi pueris dederim minus convenire (u). Olim capita cum melle Veteres coquebant (x) ad faucium mala, ad anginam (y), & *Diacodion* (z) vocabant compositionem, ex papaveris sylvestris capitulis maceratis, coctis, ficcatis, iterum cum melle coctis paratam. Externo usu trita capita, cum lacte cocta, refrigerant & dolores sopiunt (a). Sic recentia papaveris folia reprimunt (b), & succus ad ictus apum illitus valet (c); etsi alvum ducere minime probabile est (d). Hæc in recente papavere, cujus succus expressus, & ejus succi extractum, multum ab Opio differunt (e).

Ita in nostris frigidis regionibus. Nam in calidis etiam recenti papaveri vis est inebrians, somnifera, & demum funesta. Papaveris capite sumto in India mors inevitabilis successit (f). Delirare, qui papaver biberint, olim in Africa CÆLIUS (g). Qui in Persia capita papaveris ad parandum opium incidunt, & qui præparant, lividi fiunt, tremuli, & macilenti, omnino ut ii, qui opio abutuntur (h). Decoctio etiam capitum papaverum, *coquenar* dicta, passim pro opio vinditur, & pariter lætitiā, deinde stuporem facit (i).

Ab antiquissimis tamen temporibus vim caput tentantem opii in arctiora pondera stupare tentatum est. cum valde probabile sit, *Nepenthes Homericum* ex opio paratum fuisse DIOSCORIDIS tempore opium vulgo in usu erat (k), etiam CELSI (l). Diversis modis parabatur. Aliqui capita, & folia tundebant, prelo exprimebant (m), in mortario terebant, Meconium vocabant, opio ignavius. Verum autem opium parabatur capitibus decussatim in stellas summam per cutem incisus, lacruma (n) defluente in concham absterfa, quæ continuo coeat. Eodem fere modo nostro tempore in Arabia (o), Persia (p), Apulia (q), Ægypto (r) eo uberius opium paratur, quo majora in iis regionibus capita nascuntur: nam ex folis capitibus (s) etiam olim parabatur: non (t) valde vero differt, num papaver album sit nigrumve. Sed etiam in Languedocia (u) bonum eadem ratione opium fit,

- (l) *Disp. de Sarcocole.*  
 (m) RICHARD GARTENSCHAZ IV. p. 92.  
 (n) In HERMANNUM I. p. 417.  
 (n\*) Unciæ novem in uncis sedecim BORRICH. *Somnifer.* n. 20. Unciæ 4. ex libra habuit SPIELMAN. *Chem.* p. 75.  
 (n†) *Gai de la Brosse. nature des plantes* p. 469.  
 (o) In Austria edule est MATTHIOLUS & odore & sapore optimo ROHE. p. 76.  
 (p) LEMERY *traité des aliments* T. I. p. 150.  
 (q) I. p. 98.  
 (r) In omni liquore celerrime solvitur, & in censum laxius fumat BORRICH. I. c. n. 23.  
 (s) MESUR. p. 135.  
 (t) Conf. DIOSCORID.  
 (u) LENTIL *Eteodrom* p. 370. PANAROL. II. *obs.* 44.  
 (x) PLIN. L. XVIII. c. 25. ex CATONE, tum DIOSCORIDES.  
 (y) MARCELL. c. 14. Eclegma MESUR. p. 125.  
 (z) PLIN. L. XX. c. 19. Extracti speciem ex sylvestri papavere somni sciendi scopo CELSUS dabat L. V. c. 25.  
 (a) *Bresl. Saml.* ann 1719. m. Maj.  
 (b) CELSUS L. II. c. 33.  
 (c) SEMINE RUFUS p. 17. *Journ. de medec. ana.* 1756. m. April.  
 (d) SUCCO PAPAVERIS CÆL. *tardar.* III. c. 4.  
 (e) *Ad. Edimb.* V. p. 119.  
 (f) GROSE *voyag.* p. 193.  
 (g) *Acut.* L. I. init.  
 (h) CHARDIN. *voyag. de Perse* T. IV. p. 32.  
 (i) IDEM *ibid.* p. 206.  
 (k) SIC P. ALPIN. I. p. 160. 161.  
 (l) CELSUS L. V. c. 15. 25. ARETÆUS *cur. acut.* L. I. c. 1.  
 (m) DIOSCORIDES I. c.  
 (n) DIOSCORID. PL. N. L. XX. c. 18.  
 (o) G. ab ORTA. RAUWOLF. *Reise* p. 121.  
 (p) CHARDIN. IV. p. 32. ALSTON. I. c. p. 118.  
 (q) BRASSAVOLA p. 627.  
 (r) P. ALP. I. c. p. 160. 161.  
 (s) THEOPHRAST. L. IX. c. 8. Recte TRALLER I. p. 6. ALSTON p. 112.  
 (t) ALSTON p. 118. Ex albo ORIBASIIUS *Synopf.* II. c. 56. RAUWOLF. Ex nigro P. ALPINUS I. d. 160. 161. *Med.* IV. c. 21. Ex albo amarum calens, ex nigro frigidum fieri, ex conj. ctura SCALIGER. *exerc.* 174.  
 (u) CHARAS *pharmac.* p. 73.

fit, & in Germania DILLENIUS (x) paravit; in Scotia ALSTONUS (y), & ego demum simillimum officinali incisus capitulis Göttingæ obtinui. Olim Latuæ (z) succo adulterabant & Glaucio (a).

Nescio adeo, quo auctore Cl. NEUMANN opium nostro ævo non incisione parari, sed melius inter nostra id esse scribat, quod ex succo capitum expressio, per lenem exhalationem, depuretur (b): deterius & vulgare ex decocto totius plantæ obtineri, quod coletur & spiffetur (c). Nostrum certe per incisionem paratum opium officinalis simillimum, fuscum, amarum (d) odoratum fuit, neque probabile videtur, simillimum succum diversissimis modis obtineri, cum præterea Cl. ALSTONUS extractum longe ab opio differre moneat (e). Cum vino per quatuordecim dies digestis contusis capitulis, deinde exhalante humore, suum opium MURALTUS (f) parabat, quæ certe encheirefis in Oriente locum habere non potest. Crudum, absque ulla præparatione; succum esse WHEELERUS (g), & decoctum spiffatum *Pouff* vocari, pauperum solamen, dum divites *Afium* bibunt, BONTIUS (h) idoneus auctor est. Id extractum *Cocnar* vocari della VALLE (i).

De opio officinarum & spiritus vini magnam partem solvit, & paulo minorem aqua: ista tamen verum narcoticum (k) elementum opii nudum representat, glutinosum, tenerum, innatans, cujus portio supra tres drachmas (l) in libra sit opii, & cujus pauca grana canem (m) occidant, nudi opii magnum pondus laturum. Efficacissimum (n) ergo erit (o), non ideo tutissimum, extractum opii aquosum, quod etiam Cl. Vir vidit canem sopire (p), eventu rarissimo, & a solutionis aquosæ granis duodecim periisse, qui ab opii granis quindecim nihil passus erat (q). Resinosum vero extractum aquoso non melius (r) esse, ex iisdem sequitur, cum præterea ad quindecim grana datum cani non nocuerit (s). Neque spiritus de opio (t) saporem ei succo proprium extrahit (u), neque lætitiā absque sapore a sex granis ejus spirituosi extracti M. CHARAS (x) expertus esset, si ea pars opii vires narcoticas contineret. Sed extractum aquosum succi saporem & odorem solum retinet (y).

Hæc copiosius addo, ut errorem emendem, quo in magno opere, extractum aquosum iners esse scripsi, ab aliis seductus (z).

Denique vim opii in partibus volatilibus esse contra Clar. ALSTON (a) ostenditur, quod solo odore, nulla parte opii sumta, totam hominum catervam se inebriaturum, & vel occisurum, NEUMANNUS (b) recipiat. Si vero cicurare volueris, suadet IDEM, in aqua solvere, & innatantem partem illam unguinosam separare, reliquam solutionem spiffare (c), & denique potentius temperare, si etiam tunc solutum opium in magno calore coxeris (d). Quæ tamen ego omnia ita intelligo (e), ut crudum opium omni præparationi præferam (f): sola enim diminuta dosi hæc omnia obtinentur, quæ lento labore quærentur. Neque dare oportet opium, si sopire nocuerit.

Cæterum amarum cum sit, & ignei saporis, & odoratum (g), utique a frigore longe alienum est, & merito a MATTHIOLO (h), & a SANCTORIO (i), inter calida

(x) *Ep. Nat. Cur. Cent. IX. obs. 43.* Granum pro dosi sufficiebat.  
 (y) p. 112. ex nostro papavere. p. 135.  
 (z) ORIBAS. DIOSCORID.  
 (a) DIOSCORID.  
 (b) T. II. P. 3. p. 463.  
 (c) p. 464.  
 (d) Conf. ALSTON. p. 117.  
 (e) p. 119.  
 (f) *Colleg.* p. 654.  
 (g) *Voyag.* p. 192.  
 (h) Ad G. ab ORTA c. 4.  
 (i) *Voyag.* III. p. 249. 250.  
 (k) NEUMAN p. 473.  
 (l) Ibid.  
 (m) Ibid.  
 (n) CHARAS. *Iberiaq.*  
 (o) Commendat MULLER. *correct. opii* p. 17. 18.  
 HOFFMAN *opii correct. & abus.*

(p) p. 16. HOFFMAN ad gran. 15.  
 (q) MULLER p. 14.  
 (r) CHARAS *Iberiaq.* GREGORI. II. p. 705.  
 (s) MULLER p. 15.  
 (t) HEYDE *obs.* 79.  
 (u) ALSTON. p. 138.  
 (x) Ibid. p. 84.  
 (y) ALSTON. p. 138.  
 (z) L. XVII. p. 611.  
 (a) p. 145.  
 (b) p. 478.  
 (c) p. 479.  
 (d) p. 480.  
 (e) Ad p. 488.  
 (f) Etiam ALSTON. p. 140.  
 (g) PLIN. L. XX. c. 18. ALSTON. p. 134.  
 (h) p. 1060.  
 (i) *Is I. seu. avic.* p. 125.

lida medicamenta recensetur. Igne subjecto oleum crassum, penetrabilis odoris, per omnes vesicas viam sibi aperturum fundit, ad dimidiam totius opii (k) partem, cum aqua quadruplo pauciori, novo argumento, non esse decoctum, a quo aqua non abesset. In soluto opio acoris vestigia sunt, siquidem cum sale fixo effervescit (l).

Ut ut hæc analyses se habeant, est certe in opio vis, quæ modica cerebri officia adjuvat, robur (m), & lætitiâ facit (n), & voluptatis genus, quo semel adfecti adeo vehementer nolint carere, ut perire malint (o). Paulo majori dosi somnum cum somniis gratis (p): iterum majori cum temulentia conjunctum: denique stuporem facit, ut ventriculus (q), & intestina, & ipsæ adeo sensiles fibræ Iridis sui officii obliviscantur. Etiam a modico usu, post aliquot horas, stupor & inertia lætitiæ succedit. Sed & ipse longus opii usus stupidos reddit debileque, & lenta phthisi consumit (r).

Denique majori dosi occidit (s), et si consuetudo multum de ea efficacia demit (t), ut magna opii præbia tolerentur.

In medicinam non ob somnum (u) adeo ciendum adhibetur, quo scopo sæpe excideres, sed ad minuendam nervorum sensilitatem, adque moderandas nimias evacuationes. Absque opio dysenteria vix sanatur; idem in tussi perniciosa, in convulsionibus hysteriis ultimum solamen est: sed de his omnibus vide consummatum ILL. TRALLESIUS opus. Cum calefaciat, potest sudorem movere (x).

Externo usu narcoticas vires non demonstrat (y), nisi in vapores solvatur, aut in supposito (z) admotum, aut in cellulositatem receptum sit, in collyrio certe (a), dentibusque insertum (b) funestum fuisse vix credo. Veteres extus adhibebant ad dolorem capitis (c), ad emolliendum (d), doloresque mittigandos (e). Phreniticis & pervigilibus ARETÆUS in nares & aures opium infundebat (f). Utum CELSUS in collyriis adhibebat.

N Y M P H Æ A TOURNEFORTII t. 137. 138. LINN. n. 659.  
BOERHAVII.

& LEUCONYMPHÆA BOERHAVII.

Num duo genera, quam unum, præstet constituisse, non disputo: non tamen facile eadem descriptione utriusque florem comprehenderis.

In *lutea* Nymphæa calyx quinque (a) crassis sit foliis, intus coloratis. Petala calyce multo minora (b), quatuordecim, ad viginti, sulcata, & crenata. Stamina numerosiora, juniora ad fructum adpressa, vetustiora ab eo recedentia, reflexa, plana cæterum, & duabus lineis feminalibus inscripta. Fructus ex ovato conicus (c), coronatus disco (d) tot cavis lineis inscripto, quot sunt loculi (e), a quatuordecim ad viginti; media inter tubas continua cavitas, infundibuli similis, ad ovarium ducit, quod quatuordecim, ad viginti, septis in totidem polyspermos loculos dividitur.

*Albe* calyx quadrifolius. Petala (f) sedecim ad viginti, calyce latiora, magis ovata, quorum extima calyci similia sunt, interiora, quæ minora, ad staminum naturam

(k) BORRICH. *Somnifer*. n. 24. Multo minori copia PITCAENE & ZANKER de *virtu opii*; sed enormem illam vim olei hactenus confirmat ALSTON, p. 148. ut certe octava pars opii oleum sit.

(l) NEUMAN.

(m) EX SEX GRANIS CHARAS.

(n) MÉRAT. *of pois* p. 146. LEMNIUS. CHARAS. *iberiq.* p. 84. P. ALP. I. p. 133. 134.

(o) ALPIN. *Med. Ægypti*. L. IV. c. 1.

(p) P. ALPIN. I. c.

(q) *Elem. Phys.* T. XVII. p. 606.

(r) WHELK. in LOUBER. p. 205.

(s) PLIN. L. XX. c. 18. Conf. *Elem. Phys.* T. XVII. p. 612.

(t) *Elem. Physiol.* ibid.

(u) Eo sine veteres dederunt PLIN. L. XX. c. 18.

(x) ETMULLER *Diff. de HAMM. Hist. Acad.* p. 127.

(y) ALSTON p. 159. 160. 161.

(z) NICOLUS.

(a) AVICENNA.

(b) MARCELL. DONAT. p. 404.

(c) MARCELL. *Empiric.* p. 32.

(d) CELSUS L. V. c. 15.

(e) IDEM ibid. c. 25.

(f) *Cur. acut.* I. c. 1.

(a) t. 137. B. D.

(b) D.

(c) t. 138. K.

(d) t. 137. H.

(e) t. 138. I.

(f) TOURNEFORT t. 137. A. E.

turam accedunt, exemplo communis in calyce, petalo & stamine fabricæ, propter quam adeo frequenter & calyx in petala convertatur & stamen. Ex interioribus petalis paulatim degenerant stamina 68. & 70. quorum exteriora petalorum fimiliora, interiora crassiora, lineis spermaticis inscripta sunt. Tubæ (g) quot septa ovarii, quatuordecim, sedecim, reflexæ, introrsum cavæ, inter quas spongiosa cavitas versus eminentem ovarii apicem ducit. Fructus sphaericus (h), operculo coronatus, tot radiorum, quot tubæ, in quatuordecim & ultra loculos (i) divisus, qui duplicem seriem seminum continent. Stamina & petala ex fructus exteriori involucro (k) nascuntur.

1066. NYMPHÆA calyce pentaphyllo, petalis majori, fructu conico.

*Nymphaea lutea* (l) MATTHIOL. p. 894. CAMERAR. epit. p. 635. BLAKWELL. t. 497. 498. b. 500.

*Nymphaea foliis cordatis integerrimis, calyce petalis majore, pentaphyllo* LINN. p. 729.

Nihil frequentius in fossis majoribus & lacubus, etiam alpinis aut lac rond. &c.

Habitus utrique speciei idem. Radix flavescens, profundissime in lutum demersa, maxima (m), semper longa (n), longissimos pedunculos floriferos & foliosos emittit, in superficiem aquæ usque, cui folia coriacea, plana, ex sagittatis rotunda, hilo excisa, innatant. Flos extra aquam est, deinde invertitur, & in aqua femina maturantur, quæ fundum petunt, novasque plantas reparant (o).

1067. NYMPHÆA calyce quadrifolio, petalis minori, fructu sphaerico.

*Nymphaea alba* (p) MATTHIOL. p. 893. Epit. p. 634. BLAKWELL. t. 498. 499. 500.

*Nymphaea foliis cordatis, integerrimis, calyce quadrifido* LINN. p. 729.

β *Nymphaea alba minor* HORT. AICHSTETT. vern. ord. 7. t. 3. f. 1.

In lacubus & fossis majoribus etiam frequentior, quam lutea.

Habitus idem, flos natatilis major. Fructus orbiculatus, tubæ apice suo reflexæ. Radix nigra longa, & rotunda datur (q). Ea, ut aquaticæ luto mersæ omnes, non est absque acrimonia, sapore acri & amaro corticis juglandis, in calidioribus regionibus dulcis & edulis (r). Ea tamen radice & pini cortice Suecos Insulanos salubrem vitam aluisse lego (s).

Extractum radice subfalsum, subamarum est, five cum aqua extraxeris, five cum vini spiritu (t). Flos & folia putantur, ob aquam absorbtam, refrigerare (u). Aqua stillatitia ad urinæ ardores, ad hæmorrhagias coercendas & ad fluxus alvi feminisque, ad cutis maculas abstergendas, ab omni retro ævo adhibita fuit. Ex ea aqua potum gratissimum in gynæceo Turcico parant. Syrupus habetur inter soporiferos (x). Oleum inter mitigantia numeratur (y) & somnifera: ut etiam venereos stimulos frangat (z).

Negat nympheam sibi veram utilitatem præstitisse J. a BUCHWALD (a).

Radix lacte oblinita blattas [toracæ] (b) occidit. Folia pro pecore in Suecia colliguntur. Ex semine adfinis Loti siccat & trito Ægyptii panem coquebant (c). Etiam radice vescantur, quæ mali similibus erat (d).

HYDRO-

(g) IDEM. G.  
(h) t. 138. I.  
(i) L.  
(k) t. 137. G.  
(l) *Nymphaea* altera foliis antedictæ [albæ], radice alba, scabra, flore luteo, nitente, rosæ simili DIOSCORID. III. c. 131. & non bene PLINIUS L. XXV. n. 37. capite [pro flore] luteo.  
(m) LEIGH. *Lancashire* p. 112.  
(n) P. ALPIN. L. I.  
(o) BRADLEY *philos. account.* p. 33.  
(p) *Nymphaea* foliis fabæ Ægyptiæ minoribus, longioribus, pluribus ex radice prodeuntibus, flore Liliæ simili, albo: in medio crocos habente, cum defloruerit, rotundum malum, aut papaveris caput extuberat, nigro semine multo. Caulis levis, niger, radix nigra,

scabra, clavæ similis DIOSCORID. III. c. 131. PLIN. L. XXV. n. 37.  
(q) P. ALPIN. I.  
(r) THEOPHRAST. L. IX. c. 13.  
(s) LINDER. *de venis* p. 651.  
(t) CARTHEUSER. *mater. medic.* p. post p. 403.  
(u) AVICENNA *cardiac. tr.* 2.  
(x) TAVERNIER *Relat. du Serrail.* p. 75.  
(y) MRSUR p. 187. b.  
(z) RHAZES, *de iis qua ipsi accid.* MARCELL. c. 33.  
(a) p. 185.  
(b) GADD. *Sides maskar.*  
(c) HERODOT. L. II. p. 121.  
(d) IDEM *ibid.*

III. RHOEADEÆ. IV. COLUMNIFERÆ. 21

HYDROCHARIS LINN. n. 1126. ZINN. *Comm. Gott.* III. p. 431.

MORSUS RANÆ TOURNEFORT. *Mémoires de l'Acad.* ann. 1705. p. 237.

DILLEN. *nov. gener.* p. 149.

STRATIOTES GUNDELSHEIMERI apud JOHRENIUM  
TREWII *Comm. Litt. Nor.* ann. 1731. p. 164.

Ob summam similitudinem habitus hic relinquo, Sagittæ pene propiorem. Pariter duos sexus in diversis stirpibus gerit. In utroque calyx exiguus, trifolius, foliis concavis. Petala tria rotunda, patula. Mari (e) stamina novem, apicibus gemellis, cum fructu imperfecto, sex exteriora breviora, extrorsum curva, interiora fetam ex basi emittentia (f). Feminae fructus sexocularis (g), polyspermos, flore minore coronatus (h), tubis senis. Inter tubas & petala sex styli lanceolati, basi tubarum adnexi (i). Olim JUNGIVS ob florem tripetalon a Nymphæa separavit.

1068. HYDROCHARIS LINNÆI p. 1166.

*Rana morsus* DODON. *Cercal.* p. 228.

*Nymphæa minor*, seu *morsus ranae* J. B. III. p. 773. cum icone aliena.

In fossis circa *Michelfelden*, *Anet*, *Siemam*, *Nidau*, *Erlach*, &c.

Caulis natantes. Folia aquæ imposita, coriacea, reniformia, sed magis convexa. Florum marium terni, etiam bini, petioli (k) vagina bifolia excipiuntur, albi, origine petali flava. Feminini solitarii. Flagella gemmas convolutas novæ plantæ continent.

Non potest alia esse *Nymphæa parva* MATTHIOLI p. 895. *Epit.* p. 636. in Bohemiæ lacubus, fructu Cappariæquali; *Nymphæa alba minor*. C. B. *Basil.* p. 57. J. B. III. p. 773. Quam C. B. voluerit *Michelfelde* legisse. Nemo enim nuperiorum ejusmodi pentapetalam & albam Nymphæam reperit. Olim monuit RAJUS p. 1320.

IV. COLUMNIFERÆ.

MONADELPHIÆ LINN. *gener.* p. 346.

Conf. BOERHAAVE p. 267. (l) ADANSON p. 390.

In omnibus flos pentapetaloides, profunde divisus, ut tamen in basi sua petala coalescant, & edant vaginam cylindricam, lenteve conicam, quæ medias tubas contineat, inque vertice in quinque aut plura filamenta antherifera findatur. Fructus plerumque multilocularis, rectas tubas emittit, intra vaginam stamineam, tot, quot sunt in fructu loculi. li loculi varie se habent, & modo unicum semen continent, modo plura, denique etiam molles sunt. Calyx etiam varie dividitur. Flos totus una delabatur.

MALVA LINN. n. 841.

MALVÆ TOURNEFORT. t. 23. 24. *pleraque.*

ALCEA TOURNEFORT. t. 25.

Conf. MALPIGH. *ic.* 120. 149. 180. 281.

Malvæ character genericus est in calyce duplici (m) est, interiori campaniformi femiquinque fido, exteriori trifolio, minore, foliis lanceolatis, angustis. Fructus capsulis (n) plurimis

(e) TOURNEFORT. B. ZINN. 1. & 6.

(f) ZINN. 4. 8.

(g) TOURNEFORT. E. ZINN. 4.

(h) TOURNEFORT. A. ZINN. 7.

(i) ZINN. 7.

(k) TREW.

(l) GREW. t. 58. f. 12. 13. MALPIGH. *ic.* 149. 176. 160. BLAISE *essays* T. I. f. 10.

(m) BLAISE. p. 198.

(n) TOURNEFORT. t. 24. G.

plurimis, reniformibus, non cornutis, monospermis, in planum discum conjunctis. Semina reniformia (o).

1069. MALVA caule erecto, foliis lobatis, lobis serratis, quinis & septenis.

*Malva sylvestris* (p), recta CORDI. *hist.* p. 114.

*Malva vulgaris, flore majore, folio sinuato* J. B. II. p. 949.

*Malva* BLAKWELL. t. 22.

Icon L'ADMIRAL. T. IV.

*Malva caule erecto, herbaceo, foliis septem lobatis, acutis, pedunculis petiolisque villosis* LINN. II. p. 969.

II. Flore albo SUTHERLAND. &c.

In ruderosis, ad sepēs, & vias.

Caulis erectus, ad tres pedes, ramosus. Folia petiolata, obiter subhirsuta, quinquelobata, & septilobata, lobis triangularibus, quorum primi minores, omnes serrati. Flores ex alis foliorum prodeuntes, congesti, singuli tamen in petiolo unifloro, hirsuto. Petala incisa, non vere cordata, per oras adrosa, obliqua, purpurea. Calyces villosi, capsulae decem, quindecim. Nonnunquam folium calycis unum alterumve incisum est. Stamina numerosa.

Veteres Malva vescebantur (q), non ista, sed alia adfina (r), etiam fativa (s), & alia arborea etiam nunc Ægyptii (t), siccisque Malvis Chineses (u) in cibo utuntur. Nostræ a culinis negliguntur, in medicos vero usus frequenter revocantur, ob molle, viscidum, insipidum, innocens & emolliens gluten, quo totæ replentur; neque nocet, quod subacidum inest (x). Etiam veteres ad pleuritidem laudabant (y). Decoctum, florumve infusum ad tusses FORESTI experimento confirmatum; ad raucedinem; ad faucium & tonsillarum inflammationes, ad veteres urinæ ardores (z), etiam ex calculo aut ulcere vesicæ natos (a); ad renum irritationes (b); ad alvum molliendam passim adhibent. Externo usu malva perinde celebratur; ad clysteres mollientes; etiam in dysenteria & tenesmo (c); & in gonorrhoea, aliquot dierum continuato usu (d). Denique cataplasmata dat ad inflammata & dolentia apta.

1070. MALVA caule repente, foliis cordato orbicularibus, obsolete quinquelobis LINN. *spec.* & II. p. 969.

*Malva sylvestris, pumila* (e) FUCHS p. 508. DODON. p. 653.

II. Flore albo SUTHERLAND. &c.

Cum priori ad vias.

Pedalis & cubitatis caulis, ramosus & prostratus. Folia reniformia, sed pene orbiculata, quinque lobis, leviter indicatis: ora circumferrata. Flores in petiolis foliis brevioribus, longis, unifloris, exigui, minus profunde divisi, adrosi, albi, venis rubellis picti: Calycis squamæ exteriores perangustæ. Tubæ ad quatuordecenas.

1071. MALVA caule erecto, foliis scabris, trilobatis, lobis lateralibus bipartitis, medio tripartito & quinquepartito.

*Alcea* (f) MATTHIOL. p. 927. BLAKWELL t. 304.

*Malva caule erecto, foliis multipartitis, scabrisculis* LINN. p. 971.

II. Flore albo WEINMANN t. 37.

III. Foliis magis dissectis VAILLANT.

IV. Major & procerior RAJ.

Non rara ad vias inter *Moratium, Paterniacum*; inter *Roche & le Furet*, &c. Major & durior à *la Porte du Sex & Lenzburgi*.

Caulis

(o) TOURNEFORT. N. GREW T. 75.  
(p) *Malva major* Græcis Malope PLIN. L. XX. c. 21.  
(q) Damnat SEXTIUS NIGER apud PLINIUM L. XX. c. 21. Laudat CELSUS.  
(r) *Malva rotundifolia* Italica, flore amplo T.  
(s) DIOSCORID.  
(t) P. ALPIN. I. p. 155.  
(u) *Mélanges intéressants* IV. p. 31.  
(x) GEORGI III. p. 768.  
(y) ARRIZUS *cur. acut.* I.

(z) CHOMEL.  
(a) HORST *Epist.* p. 10.  
(b) DIPHIUS apud ATHENÆUM.  
(c) PLIN. I. c.  
(d) Pro certissimo remedio HANDLEY p. 211.  
(e) *Malva minor* malache PLIN. L. XX. c. 21.  
(f) *Alcea* habet folia Verbenacæ, caules tres quatuorve, cannabis cortice, foliis planis, florem rosæ parvum, radices albas, cubitales, obliquas PLIN. L. XXVII. DIOSCORIDES L. III. c. 147.

Caulis ad tripedalem usque, firmus, erectus, ramosus. Folia scabra, profundius trilobata, lobis lateralibus bipartitis, medio lobo tripartito & quinquepartito, ora rotunda, magnis dentibus incisa. In majori varietate folia minus profunde divisa, fere Ribis, palmata, quinqueloba, lobis dentatis. Flores in umbellas per summos ramos, magni, speciosi, acute incisi, adpressi, carnei coloris. Tubæ supra vigenas, & capsulæ nigræ, ad lentem vitream hirsutæ.

Ad cataractas incipientes peculiariter adhibetur. In dysenteria contagiosa anni 1531. Alceam feliciter adhibitam fuisse AGRICOLA AMMONIUS (g).

1072. MALVA foliis radicalibus reniformibus, incisis, caulinis quinquepartitis, pinnatis, pinnis dentatis ad LINN. II. p. 971.

*Malva montana seu Alcea rotundifolia, laciniata* COLUMN. *Ephef.* I. p. 147. 148.

*Alcea folio rotundo laciniato* RAJ. MILLER t. 17. LINDER. *hort.* t. 4.

Hæc in agro Bernensi frequentior, ad vias, locis lapidosis & sterilibus provenit, in der Enge, gegen Pimpliz, &c. Infra Neubuningen C. B. (h). Au droit de Convers, à Clermont, aux combes de Valanvron GAGNEBIN.

Caulis ut in priori. Folia prima toto ambitu integro, obiter & obtuse ferrata, reniformia, subrotunda, alia quinquelobata, sed ne ad dimidias quidem incisa; caulina trilobata, lateralibus lobis bipartitis, minute divisa, lobis pinnatis, pinnis profunde incisis. Capsulæ quindenæ, nigræ, albo villo hispidæ. Flos similis, odore moschato, petalis minus acute incisis. Et huic & priori calycis exterioris folia ovato lanceolata, sæpe quaterna.

ALTHÆA (i) LINN. II. 139.

ALTHEÆ TOURNEFORT aliquæ.

Calyx exterior novem fidus, segmentis gracilibus, subulatis, cætera eadem.

1073. ALTHÆA foliis radicalibus reniformibus, caulinis palmatis, trilobis & quinquelobis, calycibus hispidis.

*Alcea villosa* J. B. II. p. 1067.

*Althæa foliis trifidis, pilosa hispidis, supra glabris* LINN. p. 966.

Passim in Helvetia. In sepibus prope Genevam RAJUS. Ego in alveo torrentis, qui a monte *Pierre de Moëles* proxime pagum *Sepey* defluit. Supra *Lusjinge*, in campis supra *St. Saphorin* & circa *Chevbres*.

Caulis scaber, semidecumbens, brachiatus, ramosus. Folia scabra, pilosa, ima reniformia, obscure septilobata. deinde dentata; superiora trilobata, & quinquelobata, palmata, ferrata. Stipulæ ovato lanceolatae, binæ. Flores longe petiolati, ex stipularum sinu nati, ante florescentiam cernui, deinde erecti. Folia calycis duris fetis hirta, pene spinosa; exteriora lanceolata. Flos dilute cæruleus, petalis leviter emarginatis. Capsulæ rugosæ, fuscæ.

1074. ALTHÆA tomentosa, herbacea, caule erecto, foliis cordato lanceolatis, obfolete trifidis.

*Althæa* CAMERAR. *Epit.* p. 667. FUCHS p. 15. BLAKWELL. t. 290.

*Althæa foliis simplicibus, tomentosis* LINN. p. 966.

Passim nunc in Helvetia reperi, inter *Rumaz* & *Mont d'Arvel* ad viam; prope castellum *Nidau*; in *Valesia*.

Radix maxima, longa, teres, alba. Caulis erectus ad aliquot pedes, parum ramosus, fere ut verbasco. Folia tota molli tomento obnupta; ima obscure septilobata, lanceolata, ferrata; superiora pene quadrata, exterioribus lateribus dente utrinque separatis, in triangulum coeuntibus. Flores ex alis foliorum pene sessiles, albi, subcarnei,

(g) p. 29. 30 & olim DIOSCORIDES.

(h) *Basler Meß* p. 700

(i) *Althæa*, alius *thibicus*. in sylvestrium *Malvarum* genere est, folia ut *Cyclamino* rotunda habet, lanu-

gine incana, florem rosaceum, caulem bicubitalem, radicem lentam, intus eam DIOSCORID. III. c. 146. Habet PLINIUS L. XX. c. 21.

subcarnei, grandes: petala emarginata. Calyx exterior novemfidus, lanceolatus, mollis. Capsulæ hirsutulæ.

Inter plantas malvaceas habetur pro mollissima. Viscida est, & fatua: extracti dat plurimum, aquosi paulo plus (*k*) quam spirituosi; radix gelatinam edit (*l*), quæ aquam spissat.

In pectoris morbis Ægyptii (*m*) medici adhibent, & ad asperitatem pectoris succus cum aliquo saccharo subactus, *pâte de Guimauve*, aut *Morsella* (*n*) vulgo adhibentur. Eodem auxilio, & decoctis foliis, stranguria levatur (*o*). Omnia, quæ malva, etiam efficacius præstat. Radix tusa & cuti admota vesicas (*p*) ciet.

ABUTILON TOURNEFORT. t. 25.

SIDÆ LINN. n. 837. *Spec. polysperma.*

Huic capsulæ (*q*) etiam in orbem circumpositæ, sed grandes, in uno loculo aliquos femina continent, & in cornua reflectuntur (*r*). Calyx simplex, profunde quinquefidus (*s*).

*Sida abutilon* — \*1075. ABUTILON foliis tomentosis, cordatis, petiolatis, filiquis bicornibus. *Abutilon* (*z*) AVICENNÆ (*u*) *Hort. Aichstet. est. ord. VI. t. 16. f. 1.*  
*Sida foliis brevioribus, cordatis, indivisis, pedunculis folio brevioribus, capsulis multilocularibus, corniculis bifidis* LINN. II. p. 963.  
In montibus ad Bergamum tendentibus BATTIRANI. Etiam in *Marca Trevisana* ANGUILLARA p. 236.  
Caulis erectus, bipedalis & altior. Folia longe petiolata, molliter tomentosa, cordata, ferrata. Petioli foliis breviores, multiflori. Calycis folia ovata, ad segmentorum secessum plicas faciunt, in corollam quinque tumorum consentientes. Petala lutea, non bifida, erosa. Tubæ duodecim & ultra. Siliquæ longe caudatæ, trispermæ (*x*), cauda duobus aculeis (*y*) terminata.  
Semen ad unciam unam sumtum valenter somnum ciere LINDER (*z*).

## V. BACCIFERÆ.

### FLORE FRUCTUI CIRCUMNATO.

ACTÆA (*a*) LINN. n. 644.

CHRISTOPHORIANA TOURNEFORT. t. 154.

Calyx quadrifolius, caducus (*b*). Petala vera caduca, utrinque acuminata, calyce majora; ita LINNÆUS (*b\**). Intercedunt unum, duo, tria degenerantia stamina (*b†*); ex ungue dilatata, sine bifido. Stamina fere 21. flore longiora. Bacca ficior, elliptica, compressa (*c*), notata crista transversa, quæ pro tuba est. Semina multa, dimidiæ taleolæ cylindri ellipticæ (*d*) similia, gemino ordine sibi imposita.

\*1076. ACTÆA foliis circumferratis, duplicato pinnatis, pinnula extrema trilobata. *Christophoriana* DODON. *purg.* p. 237. WEINMANN t. 380.  
*Aconitum racemosum Actæa quibusdam* J. B. III. p. 660.  
*Actæa racemo ovato fructibusque baccatis* LINN. p. 722.

Varie-

(*k*) Ex foliis NEUMAN. T. II. P. I. p. 75 76. Ex radice  $\frac{10}{16}$ . extracti mucilaginosi,  $\frac{6}{16}$ . spirituosi p. 79.

(*l*) LEWIS *mater. medic.* p. 643.

(*m*) P. ALPIN. I. p. 156.

(*n*) LOBEL. *Advers.* p. 293.

(*o*) De HEYDE *obs.* 29.

(*p*) *Ep. Nat. Cur. Dec. I. ann. 9. 10. obs.* 100.

(*q*) TOURNEFORT. A.

(*r*) B. C.

(*s*) D.

(*z*) Althæa in Arcadia nascens, Malvæ folio majori & pilosiori, caule molli, flore melino, fructu malvæ, caulibus proximo. Dicunt in aqua tritam eam addensare THEOPHRAST. L. IX. c. 15. & 19. An *althea* cuius semen calculos frangit SUIDÆ L. p. 115?

(*x*) Abutilon citat, ex ALCANZI auctore Arabes AVICENNA II. tr. II. c. 29.

(*y*) TOURNEFORT E.

(*z*) Ibid. B.

(*a*) *Venen.* p. 552.

(*a*) Actæa gravi folii odore, caulibus asperis, geniculatis, semine nigro, ut Hederæ, baccis mollibus, in opacis & asperis PLIN. L. XXVII. n. 26.

(*b*) TOURNEFORT. A. B.

(*b\**) Mæ adnotationes paulum differunt, quas propediem in recente planta repetam.

(*b†*) Ita vidi.

(*c*) D. E.

(*d*) Fere F.



Varietatem duobus foliis calycis viridibus, tribus cucullatis & candidis habet MICHELI  
*bort. flor.* p. 128. qui idem, quæ ego, vidisse potuit.

In fylvis umbrosis passim, in fossa arcis *Burgdorf*, supra *Doffen*, in fylva sub *Wabern*,  
*derriere le Buis Aquilejensium*. In montis *Muteti* adscensu, in *Falconario*,  
*Nesso*, &c.

Folia lucida, glabra, umbelliferarum faciem referunt, circumscriptione triangulari,  
pinnis paucorum parium, extremis pinnis trilobatis, pinnis etiam non raro incisis,  
omnibus acute ferratis. Scapus floriger ex caule nudus, gerit in apice racemum  
floralem, album. Bacca matura nigricat. Radix lignosa, aspera.

Venenatam esse vetusta est traditio, unde nomen Aconiti. Ad strumas laudari MAT-  
THIOLUS (e), & ad asthma. Pro nigro Helleboro radices Christophorianaæ  
vendi Cl. le MONNIER (f), & extractum gallinas enecare (g). Pro fetaceo  
radix adhibetur (h). Cum alumine coctus baccae succus dat atramentum nigrum (i).

## C A P P A R I S TOURNEFORT. t. 139. LINN. n. 643.

Calyx difformis. Tria folia longa, angusta (k), cava, quartum majus, cavum, de-  
orsum versum, ora alba. Petala quatuor (l) patula, tenera, flaccida, obtusa.  
Eorum duo in calycem parte aliqua continuantur, duo libera sunt. Stamina  
numerosissima (m). Fructus longe petiolatus (n) abit in baccam ovatam (o),  
unilocularem, polyspermam (p).

\* 1077. CAPPARIS pedunculis folitariis, unifloris, stipulis spinosis, foliis annuis,  
capsulis ovatis. LINN. p. 720.

Icon lign. GESNERI 144.

Capparis BLAKWELL. t. 417. du HAMEL. *arboresc.* p. 122. spinosa J. B. II. p. 63.

Capparis spinosa. fructu minore, folio rotundo C. B. J. R. H.

β Folio acuto Bocc. *plant. sicul.* p. 79. t. 42. f. 3. pro varietate a LINNÆO habetur.

Frutex ex muris petrisque aniat erumpere (q), sarmentosus & reptans, & in petris In-  
sularum. *Borromearum* provenit. Folia nitida, perfecte rotunda, alterna. E regione  
folii petiolus floriger, longus, uniflorus. Ad ortum petioli duæ spinæ breves,  
incurvæ. Flos albus. Stamina purpurea.

Gemmæ in aceto conditæ in cibum recipiuntur, acres, multis gratæ, non mihi.  
Cortex Capparidis inter aperientia medicamenta habetur. Ejus cum aqua fabro-  
rum conjuncto usu fanatus lienosus homo (r).

Quæ sequuntur plantæ *Icosandriae* sunt LINNÆANÆ (s), quibus calyx unifolius, cavus,  
fere femiquinquefidus, petala producit & stamina a 15. ad 30. Fructus in molli  
pulpa semina continet. Intercedunt flores mares (t).

## A M Y G D A L U S TOURNEFORT. t. 402. LINN. n. 619.

Calyx femiquinquefidus, segmentis ovatis, obtusis (u). Ex eo petala quinque, bre-  
viter petiolata, patula, ovata, flaccida (x). Stamina circiter triginta. Fructus  
intra calycem, sed liber (y), cortice subcarnoso, villosus, qui in corii speciem  
ficcat (z), ex ovato sublunatus, parte convexa sutura percurfa, altera cava,  
sine mucronato. Nux compressa, ovata, anterieus acuminata (a); cortice ligneo,  
duro, poroso, reticulato. Nucleus unicus (b), farinosus, oleosus ejusdem figuræ.  
Tuba simplex.

\* 1080.

(e) p. 121.

(f) Apud LORRY. *de melanchol.* II. p. 293.

(g) *Mém. de l'Acad.* ann. 1719. p. 623.

(h) Le MONNIER. p. 15. in Arvernus.

(i) LINN. *plant. tinctor.* p. 19.

(k) TOURNEFORT. C.

(l) A.

(m) Ibid.

(n) D.

(o) E.

(p) F. G.

(q) Ad murorum scrobes feritur QUIQUEBRAN. *laud.*  
*provinc.* p. 796.

(r) BRUNNENIUS *abdit. rer. caus.* c. 105.

(s) *Gener.* p. 246.

(t) BLAIR. *Essays* p. 293. in persica, pruno, ca-  
raso, malo, pyro, cydonio.

(u) TOURNEFORT. A. C. C.

(x) A.

(y) D.

(z) F. F.

(a) E. E. G.

(b) H. H.

\* 1080. AMYGDALUS foliis glabris, ovatis, utrinque acuminatis, ferratis, petiolo imisque dentibus glandulosis.

*Amygdalus amara* J. R. H. du HAMEL. *arbres* I. p. 48.

β Sativa.

*Amygdalu* BLAKWELL. p. 105.

α β *Amygdalus foliis serraturis infimis glandulosis, floribus sessilibus, geminis* LINN. p. 677.

In sepibus circa *Gontbey & Saillon* Valefiæ inque pratis (c).

Arbustula humilior, decempedalis, ligno præduro, ad scipiones utili. Folia alterna, levia, firma, ferrata, petiolata, elliptica, acuta: In petiolo sub folio duæ glandulæ, in imis folii dentibus alias aliquæ, alias nullæ. Stipulæ gemellæ, filiformes. Flores breviter ex gemma petiolati, solitarii, binati, carnei, in spicas congesti. Calycis pars campaniformis glabra, expansa hirsuta. Tuba hirta.

In hortensi amygdala plurimum est blandissimi olei (d), quod in morbis dolorificis, in urinæ difficultate, etiam a transeunte calculo, vel purum summo cum fructu bibitur: vel tritis cum multa aqua & expressis seminibus oleum aquæ admiscetur, quam albo colore tingit, emulsionis nomine. Ea refrigerat, temperat, in catarrhis utilissima, inque tussi, & pleuritide, sive ex folis paretur amygdalis, sive cum adjecto papavere. Id vitii habet, quod ventriculo noceat. Ex Amygdalis Coffeæ similem potum parant (e). In vineis nostris abunde maturefcunt.

Amaræ amygdalæ aliena sunt indole, etsi dulcibus simillimæ, ut vix agnoscas. Amaræ sunt cum aliquo aromate. Veteres iis plurimum in medicina utebantur, nostro ævo exoleverunt (f). Homini, si minori copia fumantur, non nocent, quæ in cibos & dulciora recipiantur; duodenas tamen amaras amygdales se quasi inebriare Cl. LORRY (g). Occidunt autem, vetusto jam experimento, vulpes (b), porcos, aves plerasque. Vulpeculæ dedit WEPFERUS (i), inde mors convulsiva, pyloro clauso, & ventriculo inflammato. Teneriorem etiam felem drachmæ duæ occiderunt (k). Adultæ feli quatuor drachmæ (l) non nocuerunt, robusto animali. Canem vix læserunt, qui vomitu rejecerit (m). Columbam (n) drachma dimidia intra horam necavit convulsam. Etiam ciconiam, moschatae nucis mole intrusæ, amygdalæ amaræ in temulentiam quasi, & in convulsionem, asphyxiam, mortemque præcipitarunt (o).

Et certe in tota hac naturali classe aliquid venenatum latet. Nam & persicæ flores cum molestia alvum purgant (p), & majori pondere vomitum movent: & Laurocerasi aqua stillatitia manifestissime venenata est, cujus duo cochlearia hominem occiderint (q), quæ etiam in cane unci cochlearis pondere funesta fuerit, ut ex ventriculo odor amygdalarum amararum spiraret, qui adstantes pene interimeret (r): alios homines per convulsionem interemerint (s); etiam in clystere (t). Adeo alacre venenum est, ut canem, dum in ventriculum descendebat, jam enecaverit (u). Demum etiam in abdomen vivi canis impulsa eadem aqua robustissimum animal occidit (x). Sed ipsi aquæ cerasorum peritissimus medicus Richardus (y) MEAD minime fidebat, in tanta Laurocerasi adfinitate, eademque pro vero veneno a nuperis anglis habetur (z). Id mireris, ipsum oleum amygdalarum dulcium cani pro veneno fuisse (a).

## PRUNUS

(c) In Persia. THEVENOT. L. III. T. II. c. 3.  
 (d) SPIELMAN *Inst. Chem.* p. 73.  
 (e) *Breit Saal* ann 1719. m. Decemb. DILLEN  
*Eph. Nat. Cur.* Cent. IV. n. 150.  
 (f) DIOSCORIDES L. c. 139.  
 (g) *De venenis* p. 17.  
 (h) CAMERAR. *Cent.* III. n. 88.  
 (i) *Cicut. aquat.* p. 244.  
 (k) p. 242.  
 (l) *Ibid.*  
 (m) p. 224.  
 (n) p. 218. 239. 240.  
 (o) p. 236.

(p) HIEL. *mater. medic.* p. 441.  
 (q) *Phil. Transf.* n. 452.  
 (r) Du HAMEL *arbres* I. p. 347.  
 (s) NICHOLLS apud MEAD. p. 271. In alia convulsionem excitavit, ut tamen servari posset MEAD. p. 275.  
 (t) NICHOLLS.  
 (u) MEAD. *poisons.* p. 272.  
 (x) LANGRISH. *phys. experiment.* 3.  
 (y) p. 276.  
 (z) BROOKE IV. p. 150. *New. dispensat.* p. 366.  
 (a) MEAD. *poisons.* p. 274.

## PRUNUS TOURNEFORT. t. 398.

PRUNI LINN. n. 620. species.

Liceat cum vulgo hic sentire (*a*\*), neque cum Pruno Cerasum conjugere. Pruno calyx, qui amygdalo, ovatis segmentis, & flos (*b*), & stamina a 18. ad 25. Fructus ovalis (*c*), levi fulco divisus, pulposus, mollis, plerumque in epidermide polline adpersus, cætera ossiculum compressum (*d*), utrinque acuminatum, simile nucleo fetum (*e*), qui ab amygdalo parum differt. Calycis segmenta, ovata, obtusa (*f*).

1079. PRUNUS foliis ferratis, hirsutis, ovato lanceolatis, floribus longe petiolatis. Multæ ejus fativæ varietates sunt.

*Prunus* du HAMEL. II. p. 186 \*\*.

*Prunus Damascena* BLAKWELL. t. 305.

*Prunus pedunculis solitariis, foliis lanceolato ovatis, convolutis, ramis multis* LINNÆUS I. p. 680.

In sepibus minime rara.

Lignum pulchrum, rubrum, firmum, ad multa utile. Folia alterna, petiolata, ex ovato lanceolata, subhirsuta. Flores ex eadem gemma bini, terni, etiam unicus. Calyx glaber, ferratus, non reflexus, intus gummate plenus. Petala patula, cava, alba, sub viridia. Stamina 23. Tuba simplex, apice spongioso crassiori. Fructus multiplex, in sponte natis acidus, per artem dulcissimus, qualia pruna nullis cessura *Rupe* nascuntur, & in *Bevioux*. Edulia sunt, ægrotis apta, & alvum cocta laxant (*g*). Deteriores & minores varietates acorem habent, passim noxium. Ex eorum esu lipothymia, vertigo, mors (*h*).

1080. PRUNUS spinosa, foliis glabris, ferratis, ovato lanceolatis, floribus breviter petiolatis,

*Prunus sylvestris* MATTHIOL. p. 266. du HAMEL. I. *arbores* p. 186\*. TABERNÆMONT. p. 992. BLAKWELL. t. 154.

*Prunus pedunculis solitariis, foliis lanceolatis, glabris, ramis spinosa.* LINN. p. 681.

Frutex passim ad sterilia viarum & in sepibus frequens, plerumque humilis, fortes spinas exigit. Folia alterius a priori figuræ, ferrata quidem, sed angustiora, elliptica, tenera, acerba. Flores solitarii, vel bini, ex foliorum alis, in brevioribus petiolis. Petala alba, patula, ungue vix ullo; calyx non replicatus, ora fimbriata. Stamina octodecim (*i*) ad 23. Tuba longa, globofo apice. Fructus parvus, ex cæruleo niger, acidus, austerissimus.

Flores aquam (*k*) dant, multum in usum receptam, ut aliorum medicamentorum vehiculum sit. Fructuum immaturorum succus (*l*) spissatus est Acacia Germanorum, adstringens, raro (*m*) tamen præscripta.

Eo succo, fatis ad Catechu accedente, CARRICHTERUM Ferdinando I. ex pectore laborante opem tulisse dicitur (*n*). Fructus in vino infunduntur, & effervescent, & saccharo addito potionem efficiunt, quam aliqui valde laudant (*o*). Ruffi (*p*) ejusmodi potione utuntur. Radix ad calculum laudatur (*q*), & nuclei (*r*). Cortice in febribus (*s*) intermittentibus Empirici utuntur. Cortex in lixivio coctus rubro colore tingit (*t*). Succus cum vitriolo constantius atramentum facit, quam gallæ (*u*).

1083.

(*a*\*) Separat etiam Cl. SCRPIN. n. 37.

(*b*) A. B.

(*c*) E.

(*d*) F.

(*e*) I. G.

(*f*) SCEPIN. p. 37.

(*g*) MESSUR. COSTEUS in MESUEN. c. 19.

(*h*) HILDAN. Cent. V. *obs.* 39.

(*i*) C. B. ad LUGD. p. 11.

(*k*) Vim in aqua esse STAHL. *mater. med.*

p. 342.

(*l*) LINN. *obs.* *medic.* p. 12.

(*m*) Olim in officinam receptum fuisse, nunc veriorum Acaciam adferri CHARAS. *theriaq.* p. 212.

(*n*) CRATO in *Epist.*

(*o*) Non malum esse BRASSAVOLA. p. 592. Eximium vinum prunorum sylvestrium BRAUNER *lib. propr.* p. 5.

(*p*) ENS *morb. boum* ed. III. p. 123.

(*q*) KRAMER *med. milit.* p. 20.

(*r*) MARCELL. *Empir.* p. 26.

(*s*) SLOANE *Epist.* ad RAJ. *Epist. Nat. Cur. Dec.*

Vol. V. *obs.* 166.

(*t*) LINDER. p. 43.

(*u*) LEWIS *Farben* p. 114.

— *Domestica*— *spinosa*

? 1081. PRUNUS pedunculis geminis, foliis ovatis, subtus villosis, convolutis, ramis spinascentibus LINN. *Centur.* II. p. 273. *Spec.* p. 681.

*Prunus sylvestris major.* RAJ. p. 1258.

*Haberschlehen* DOEBEL *Jäger-Pract.* p. 32.

*Au Torrent & à Cormoret* prope *Courtelay.*

LINNÆUS spinas ei frutici paucas tribuit, stipulas ciliatas, in basi bifidas; folia ovata [lanceolata], superne glabra, inferne villosa, gemmas bifloras (u). Nunquam eam arborem reperi.

CERASUS TOURNEFORT. t. 401. MALPIGHI f. 200.

PRUNI *Spec.* LINN.

Fructus glaber subrotundus, leniter bicollis (x), officulo subrotundo (y) acuminato, nucleo (z) rotundo, calycis foliolis acutis, planis, vel reflexis (a).

1082. CERASUS foliis ovato lanceolatis, ferratis, inferne subhirsutis, mucrone producto.

*Cerasus sylvestris, fructu rubro & nigro* J. B. I. P. I. p. 200.

*Cerasa nigra* BLAKWELL. t. 425.

*Prunus umbellis sessilibus, foliis ovatis, lanceolatis, conduplicatis, subtus pubescentibus* LINN. p. 680.

β Flore plano GESNER. tab. 48.

In sylvis, sepibus & triviis ubique, avium donum, arbor procera, albo cortice.

Gemmæ quæ ramos terminant, quinquefoliæ, quæ ex latere rami prodeunt trifloræ (b): folia longe petiolata, ex lata ellipsi acuminata, cum mucrone quodam lanceolato, producto, amant duplicari, ut partem pronam abscondant, ferrata cæterum, tenuia, glabra, averfa parte subhirsuta. Flores longe petiolati. Calycis segmenta reflexa, sæpe colorata. Petala subcordata, alba, roseo tincta. Stamina ad triginta. Fructus niger, etiam ruber, dulcis, exiguus.

Aqua florum leniter cardiaca est; infusum theiforme laudatur ad dolores colicos (c). Fructus ipsi refrigerans, mite & innocuum (d) cibi genus præstat: ex eo in aqua infuso, potus, per æstivos ardores utilis, pro messoribus paratur. Vinum inde per fermentationem gratum & valens obtinetur (e). Contusi cum nucleis & fermentati fructus liquorem gratum quidem stillant (f), quem in patria mea frequentissime & parant, & bibunt, sed ut eadem ei vitia sint, quæ spiritui vini. Cortex medianus ad febres intermittentes (g) commendatur, pariter ut peruvianus ille: utinam eadem fide. Gummi de eo stillans ex flavo rubellum, mite, ad dysenterias (h), strangurias, calculi dolores utile. Lignum ad varia opera utile, pulchre flavum, in elegantes mensulas fingitur.

\*1083. CERASUS foliis glabris ferratis, ovato lanceolatis, mucrone producto.

Inter multas varietates volo cerasum, acidissimo succo.

*Cerasa rubra* BLAKWELL. t. 449. Conf. LEDERMULLER *vers.* T. X.

*Prunus umbellis subsessilibus, foliis ovato lanceolatis, conduplicatis, glabris* LINN. p. 673.

Conf. du HAMEL n. 9.

In colle super *Portvaley* maxima copia. A *Champel & St. Jean* prope *Genevam*.

Circa mare nigrum & Cerasuntem (i) plurimæ in sylvis Cerasi nascuntur. Neque tamen LUCULLUS eas primus in Europam intulit, cum DIPHILUS SIPHNIUS, Lyfimacho coævus, cerasorum meminerit (k).

Cerasi acidæ potius fructicosæ sunt, tripedales & humiliiores, foliis minoribus, glabris, perinde tamen duplicari amantibus. Petioli breviores, petala ovata, firmiora. Fructus acidus, non absque gratia, coctus potissimum, aut saccharo temperatus.

1081

(u) *Cent.* I. n. 34.

(x) E.

(y) G. H.

(z) I.

(a) O. O.

(b) BLAKWELL.

(c) CAMERAR. *Eph. Nat. Cur. Cent.* VIII. obs. 16.

(d) Raro exemplo, a Cerasis tumor totius corporis VIRIDET. *bon chyle* p. 141.

(e) BOYLE *util. phil. experiment. Exp.* 4. BRAUNER 1 c.

(f) BOYLE. Etiam a Russis HAWKLUYT. I. p. 323.

(g) CONSTANT *pref. ad med. Helvet.*

(h) MARCELL. *EMPIR.* p. 191.

(i) TOURNEFORT. *voyag.* III. p. 65.

(k) ATHENÆUS L. III. p. 27.

1084. CERASUS foliis subrotundis, ferratis, petiolis multifloris.

*Machalebum* CORD. L. IV. c. 77.

*Machaleb* CAMERAR. *Epit.* p. 91.

*Cerasus* n. 6. du HAMEL.

*Prunus foliis ovatis, floribus corymbosis* LINN. p. 678.

Nihil frequentius in Helvetia subalpina & submontana, circa *Roche* & in Gubernio *Aquilejensi*, ubique ad rupes; sic *Biennæ*.

Frutex diffusus, sepedalis, ligno odorato, duro, virgis rectis. Folia glabra, firmula, longe petiolata, rotunda, exiguo cum acumine, etiam cum hilo, ora circumferata. Flores in petiolo ramofo, multifloro, ex gemma nato: calyx segmentis ovatis, reflexis. Petala alba, ovata, patula. Fructus niger, ovalis, macilentus, cum simili officulo.

Sapore bacca est ingrato, amarissimo, & purpureo colore tingit. Arabibus (1) planta cum hoc nomine nota fuit, quam calidam dixerunt (m); album vero & nigrum distinxerunt, ut album Mahaleb melius (n) esset. Lapidem aiebant frangere (o). Nobis neglectum est, nisi quod lignum ob gratum odorem, & ruborem non displicentem, in cultrorum manubria & similia opificia solet fabricari, cum nomine *bois de Ste Lucie*. Id enim nomen ad Mahaleb spectare, nuper Clar. du HAMEL (p) confirmavit, & D. BUCHOZ, & Cl. du CHESNE (q), cum haud longe a St. MIHIEL circa Coenobium PP. Minimorum abunde nascatur, cui *Ste Lucie* nomen sit. Addunt Padum in Lotharingia audire (r) Putier. Et tamen Vir nobilis, reique herbariae amantissimus, D. de TSCHUDI (s), Mentium magus Bajulivus, narrabat mihi etiam nuper, in Lotharingia Mahaleb ignorari, Padumque lignum *Ste Lucie* subpeditare: quod idem in Hispania, nomine ligni S. Gregorii (t) cluet, ad rabiem laudatum. Ut fere eo inclinem, utrumque (u) lignum id nomen gerere. Padi tamen lignum odoratius est (x).

Aqua stillatitia non ingrati odoris est, & femina cum sapone ob eam gratiam subiguntur.

? 1085. CHAMÆCERASUS *Montis Generosi* GESNER. *hort.* p. 252. b. LUGD. p. 201. J. B. L. p. 229.

Quid sit? ignoro; neque Cl. Viri, quos nuper eum in montem misi, plantam aliquam peculiarem retulerunt. An fuerit *Cerasus pumila* C. B. *Chamæcerasus* MATTHIOLLO dicta & CLUSIO *Pannon.* p. 89. 90. etiam BRUKMANNO, quæ in Hungaria provenit, foliis ellipticis, integris? sed Aceris folium facit C. B. latius, amplius, fructum rotundum, rubrum, *Cerasi* similem. Non est sorbus terminalis, cujus GESNERUS alio cum nomine meminit, & videtur planta esse nuperis ignota.

PADUS LINN. prior. edit.

LAUROCERASUS TOURNEFORT. T. 403.

& CERASI *Spec. EJUSDEM.*

PRUNI *Spec. LINN. edit. ultim.*

Perinde est, sive cum Ceraso conjunxeris, sive separaveris, & neutra sententia specie caret.

Calyx non reflexus; petala per ambitum ferrata; officulum scabrum.

1088.

(1) SERAPIO *Simpl.* c. 44.

(m) AVICENNA T. II. L. II. c. 478. RHAZE ad p. 618.

MANSOR. III. c. 22.

(n) AVICENNA, SERAPIO.

(o) SERAPIO.

(p) *Exploit. des arbres* I. p. 309. *traité des semis.* p. 50.

(q) *Manuel.* II. p. 53. ROSIER. *Dem. Botan.* II.

p. 618.

(r) BUCHOZ TOURNEFORT. *LOTHAR.* p. 217.

(s) HUC *Essays d'Agriculture* p. 10. 22. 159.

(t) QUER. *Flor. Espann.* IV. p. 142.

(u) DU HAMEL. *des arbres.* p. 151.

(x) CRANZ *Fascic.* II. p. 61.

Tom. II.

H

*Machaleb*

1086. PADUS foliis ovato lanceolatis, ferratis.

*Pseudoligustrum* DODON. p. 777.

*Cerasus racemosa nigra* TABERNÆMONT. p. 288.

*Prunus floribus racemosis, foliis deciduis, in basi subtus biglandulosis* LINN. p. 677.

β Flore rubro du HAMEL. *arbres.*

In Helvetiæ sepibus non rara, Bernæ *im Sulgenbach*, circa *Wabern*: prope *Buren*. in valle *des Ormonts*, & aliis subalpinis. In montanis *aux Brenets*, à *Goudeba*. Basileæ versus *Rieben*, circa *Münchenstein*, *Muttenz*, &c.

Frutex decempedalis, frondosus. Folia levia, minute crenata, ovato lanceolata; ad basin folii duæ glandulæ. Flores in petiolis racemosis, spicatis, basi foliosis. Calycis ora lacera, foliosa, ingrati odoris (γ), Perficæ utcumque sapore (z) Petala patula, rotunda, ambitu ferrato. Stamina a 20. ad 33. Fructus macilentus, niger. Tuba stigmatē dilatato, bifido.

Baccas nostri aves relinquunt, nauseosas, dulces; in Suecia, inque *Kamtschatka* homines edunt (α). Decocto Padi saturatissimo luem veneream sanari J. A. GADD.

## VI. ARBORES FRUCTU MOLLI UMBILICATO.

### FLORE FRUCTUI INNATO.

#### MESPILUS.

MESPILUS TOURNEFORT. T. 410.

MESPILUS LINN. n. 625.

SORBUS LINN. n. 623.

CRATÆGUS LINN. n. 622.

Satis adparet, etiam ex ILL. LINNÆI vocibus (b), non (c) posse hæc genera separari, quæ ex solo numero tubarum & feminum separant.

Mespilo nempe fructus globosus; semina ossea quinque (d); Sorbo (e) semina quinque quatuor & tria, cartilaginea. Cratægo (f) semina quinque, quatuor, tria & duo, cartilaginea. Ut videas indivisa catena Cratægum cum Mespilo conjungi. Foliorum meminisse non adtinet, cum Cratægi alpinae folia non habeant angulata. Tubæ sunt in ratione feminum: fructus omnibus baccatus, absque cartilagineis loculis, in quibus semina nidulentur.

*Cratægus oxyacantha* 1087. MESPILUS spinosa, foliis glabris, ferratis, retusis, trifidis.

*Acuta spina* MATTHIOL. p. 163. CAMERAR. *Epit.* p. 85.

*Oxyacantha* (g) PASSÆI & BOOTII.

*Spina alba* BLAKWELL. t. 149.

*Mespilus* n. 13. du HAMEL. II. p. 20\*\*.

*Cratægus foliis obtusis, subtrifidis, ferratis* LINN. p. 683.

α Fructu majori TARGIONI *viagg.* I.

β Non spinosa Agauni, à la porte du sex.

γ Bis florens, nempe hieme secundo efflorescens, *Glastenbury thorn*, quam a *Josepho ARIMATHENSI* in Britanniam adlatam fabulantur COWELL. II. p. 44. PLOT. *oxfordshire.* p. 159.

δ Ludit præterea foliis profunde & obiter laciniatis.

ε Flore pleno MUNTING *phytograph. ic.* 46. BRADLEY *Calend.* p. 57. *Flower. gard. displayd.* p. 107. n. 32.

Frutex

(γ) Fragrantem esse FLOYER p. 110. Sed merito *Lotharingis putier.* audit.

(z) *Natur. hist.* p. 82.

(α) CRANZ *Fasc.* II. p. 59.

(b) n. 625.

(c) Etiam Cl. SCOPOLI p. 587.

(d) Unum ad quinque ADANSON. p. 696.

(e) Triæ ad quinque IDEM.

(f) Duo ad quinque IDEM.

(g) *Oxyacantha* arbor est, pirastro similis, valde spinosa, baccas præfert myrti, rubras, fragiles, intus nucleum DIOSCORIDIS I. c. 105. Videtur fructu fuisse acido & adstringente, ob vim medicam, quam ei Arabes tribuunt. Spinam acutam duplicem facit AVICENNA rubram rotundam campestram, & nigram longam montanam II. Tr. II. c. 2.

Frutex plerumque, nam etiam in magnam arborem excrescit, quales SCHEUCHZERUS ad *Rbenum* (b) posteriorem vidit, cæterum diffusus & difformis frutex, sepibus aptissimus (i): lignum prædurum, pene buxum, utile, si quando artifices majusculas arbores offenderint. Folia nitida, glabra, circumferrata, variabili figura: integra dantur, apice retuso; deinde integra, ovata (k), apice trifido, ferrato; porro trilobata, qualia in Ribe sunt, lobis secundo divisis; demum pinna, extrema pinna maxima. Spinæ rectæ, folitariæ, alias nullæ.

Flores in summa planta umbellati, ex longis petiolis unifloris & bifloris & trifloris, albi, fætidii, petalis subrotundis, margine crispo, subtiliter ferrato; umbellas adfectant. Calycis segmenta reflexa. Stamina octodecim, ad viginti, ex corolla calyci connata, cava. Duæ longæ & simplices tubæ, tamen etiam tres, & quatuor. Fructus ovalis, ruber, insipidus, farinosus; officulo sæpe unico (k\*), plerumque duobus, etiam frequenter tribus (l), demum quatuor (m). Natura fructui rubra est, ut etiam albus (n), & flavus (o) reperiatur.

Aqua florum stillatitia ad calculum frangendum a RATCLIFFIO adhibebatur, vix certe famæ responsura. Poma pauperuli homines in Germania, etiam in *Kamtschatka* (q) in cibum recipiunt. Ex iis vinum, idque non vilissimum paratur (q) Succus in morbis malignis utilis (r), eodem auctore, qui pro *Oxyacantha* veterum habet, exclusa Berbere: ex eo veteres trochiscos faciebant (s) & syrupum (t). Id improbable. In dysenteria utiliter adhibita (u) fuit.

Azarolo folia longa, trifida, medio segmento elliptico, vel trifido. Non est *Mespilus* 1087. in *Cydoniam* insita (x), sed propria planta regionum calidiorum.

1088. MESPILUS (y). foliis ferratis, septilobis, lobis primis divergentibus.

*Crataegus terminalis*

*Sorbus torminalis* (z) MATTHIOL. p. 263. ALDROVAND. p. 441.

Oxel PONTOPPIDAN. p. 212. cum ic.

*Crataegus foliis cordatis, septangulis, lobis infimis divaricatis* LINN. p. 681.

*Crataegus* du HAMEL. I. p. 196.

In sepibus passim, multa circa *Roche aux Gauges*, in monte *Falconario*. Basileæ versus *Gundeldingen*, in monte *Muteto*, *Munckenstein*. Circa *Tigurum* GESNER. Inter *Linières* & *Neufchatel*, & circa eam urbem.

Frutex, in idoneam etiam arborem convalescens, purpureo cortice. Folia acerna, firmula, inferne hirsuta, etiam tomentosa, lobis septenis, non profunde excisis, primis ad angulos rectos exeuntibus, reliquis ad apicem vergentibus, breviter ferratis. Flores umbellati, in petiolis tomentosiss, ramosis & subdivisis. Petala subrotunda, ovata, alba, lineata. Stamina vigena. Tubæ duæ, tres, conglutinatae, ut unica videatur. Fructus magna parte liberi, cum imo tamen calyce connati, villosi, ovati, obiter quinque lineis percurfi. Caro austera, denique ex acido dulcis, continet semen unicum, vel bina, etiam terna, quaterna (a). Fructus edulis (b) fero maturefcit.

Alvum adstringere olim CELSUS (c).

Lignum durum habet.

1089. MESPILUS foliis ovatis, ferratis, subtus tomentosiss.

*Crataegus avia*

*Avia* CRANZ T. 2. f. 2.

*Crataegus foliis ovatis, inequaliter ferratis, subtus tomentosiss* LINN. p. 681.

β Foliis

(b) It. II. p. 90. conf MATTHIOL. Epist. p. 399.  
SCHREBER V. Saml. p. 206. BRUKMAN p. 49.  
(i) GLERDITSCH. Abhandl. II. p. 425. du HAMEL.  
(k) MERRIAN. in *Theatr. Insect. Europ.* Vol. XX.  
(k\*) WILlich. Diss. p. 4. du HAMEL, CRANZ  
p. 40.  
(l) Azarola tricocca est DIOSCORID. I. c. 133. MAT-  
THIOL. p. 252. ic. 3. PISANELL. I. p. 23.  
(m) BRASSAVOLA Exam. Simpl. p. 374.  
(n) PLOT. natur. hist. of *Staffordshire* p. 158.  
(o) FILLETIER. p. 293.  
(p) l. c.

(q) BRAUNER. p. 7. MATTHIOL. p. 165.  
(r) MATTHIOL. p. 166.  
(s) MESUS p. 153. b.  
(t) p. 146.  
(u) GADD. *Saturnia. bär.* p. 53.  
(x) ANGRAND. DE VIELLE NEUVE. I. p. 83.  
(y) Sorbum esse JUNGIIUS sensit.  
(z) Sorborum quartum genus torminale, folio pene  
Platani PLIN. L. XV. c. 21.  
(a) In duobus loculis CRANZ. p. 45.  
(b) GESNER. *phytoparb. gener. P. Pars. I.* p. 27.  
(c) L. II. c. 30.

## β Foliis femipinnatis.

*Sorbus sylvestris Anglica* PARKINSON p. 1720.*Aria minor* LINN. *Wäsgota resa* p. 161.*Crataegus folio subrotundo, serrato, subtus incano* VAILLANT.

Pro varietate adgnoscit LINNÆUS l. c.

In dumetis subalpinis, & submontanis, frequentissima: etiam in monte *Muteto*.Varietas β au *Creux du Vent, à la Ferrière, & apud Neocomenses*.

Frutex non altus, decempedalis, aliquando in arborem convalescit, etiam quadraginta pedum. Folia firma, ob nervos eminentes lineata, per oram ferrata, subtus albo tomento obsita, ovalia, ora non raro lineis parallelis profunde divisa. Flores umbellati, in petiolis ramosis. Petala alba, ovata. Fructus ovati, subtomentosi, rubri, duobus, tribus, quatuorve (d) feminibus feti, tubis totidem; per maturitatem dulcis &amp; edulis. In varietate β fructus amarus.

Ex fructu bonus spiritus per fermentationem paratur. Lignum prædurum (e), ad molendinorum axin quæritur, etiam ad tibias (f).

*Chamaespilus* 1090. MESPILUS foliis ovatis, ferratis, glabris.*Cotoneaster forte* GESNERI *Clus. Pannon.* p. 83. 84.*Chamaespilus* J. B. I. P. I. p. 72. CRANZ p. 40. t. I. f. 3.*Mespilus inermis, foliis ovalibus, serratis, glabris, floribus capitatis, bracteis deciduis, linearibus* LINN. p. 685.In alpinis ubique, frequens in *Aquilejensibus*. In montanis, ut in monte *Botrod*, qua ad cacumen *Dole* ascenditur, in monte *Thuir*, in monte *Falconario*, *Chasseralle*, *Chasseron*.

Frutex (g) humilis, prostratus, cubitalis &amp; paulo major, distortus &amp; flexuosus, cortice nigro. Folia dura; nostræ constanter subtus pallida, glabra, ovato lanceolata. Stipulæ ad ortum foliorum magnæ, longæ, rubentes, deciduæ. Flores in umbellas super folia vix elatas, in petiolis ramosis, bifloris, trifloris, quorum superiores longiores sunt. Flos minor, rubellus, petala cava, leniter pubescentia, petiolata, petiolo intus piloso, albo, ovata. Stamina 18. Fructus niger, totus longe hirsutus, alba lanugine, edulis; Calyx sæpe purpura tinctus, segmentis acutis, triangulis. Semina (h) bina &amp; duæ tubæ, sine crassiori. Pars etiam ovarii calyci connata, pars libera. Reperi tria, &amp; quatuor femina, CLUSIUS quina, Cl. JACQUIN tantum duo, quorum unum abortit (i).

*Sorbus aucuparia* 1091. MESPILIUS foliis pinnatis, utrinque glabris *Enum.* LINN. p. 683.*Sorbus aucuparia* J. B. I. P. I. p. 62. du HAMEL II. p. 273. CRANZ *Fascic. II.* p. 49. t. I. f. 4.*Sorbus sylvestris* CAMERAR. *Epit.* p. 161. ALDROVAND. p. 443.*Sorbus torminalis* BLAKWELL. t. 73. Flore non bene luteo.β Foliis extremis confluentibus LINN. *Flor. Suec.* p. 433.In sylvis abunde v. gr. inter *Pantiger Hubel & Thorberg*.

Arbor ramosa, erecta, humilior. Folia pinnata, parium octo, extremo impari: omnia firma, glabra, ferrata, ovata, acuminata. Flores umbellati in petiolis ramosis. Calyx acutifolius, germine tomentoso. Petala alba, cava, subrotunda, patula. Ex flava corona, quæ calyci cohæret, stamina circiter viginti. Fructus ovatus, ruberrimus, tubis tribus, feminibus tribus (k), quatuor (l) &amp; quinque (m); hoc frequentius, ut naturalis numerus videatur.

Fructus ficcus adstringit. Videntur in *Kamtschatka* (n) fructibus vesci: neque enim in eo frigore Sorba domestica maturescent. Ex eo fructu per fermentationem spiritus paratur, quem etiam ad pectoris morbos laudant. Succus expressus, inque sapam coctus, laudatur ad febres (o) intermittentes, & ad hæmorrhoides dolentes (p).

Lignum

(d) Tubæ quatuor &amp; quinque du HAMEL I. p. 193.

Duo loculi, femina quatuor CRANZ. p. 46.

(e) *Bois d'Ally*.(f) Du CHESNE *art.* 54.(g) *Emend VI.* n. 34.

(h) CRANZ. p. 44. ut alterum abortit.

(i) JACQUIN. *obs.* 48.

(k) LINN.

(l) FABRICIUS *butirb.* p. 47.

(m) CRANZ.

(n) *Natur. hist.* p. 82.(o) *Oeconom. Nachricht.* VII. p. 850.(p) *Ep. Nat. Cur. Dec. III. ann. 4. obs.* 50.



Lignum prædurum, ad opera molendinorum utile, & ubicunque maxima firmitas (q) requiritur; ad cochleas prelorum, denique ad infulpendas ligneas icones (r).

Succum alvum ducere LINNÆI (s).

1092. MESPILUS [forbus] (t) foliis pinnatis, subtus villosis. Enum. & LINNÆI p. 684. *Sorbus domestica*

α *Sorbus sylvestris*, foliis domesticae similis C. B. du HAMEL. &c.

β *Sorbus sativa* BLAKWELL. t. 174. domestica CRANZ. p. 49. t. 2. f. 3.

Non vulgaris. Reperi circa arcem *Munchenstein*; circa *Ouchy*. Nascitur etiam in sylvis inter *Muttunz* & *Gempen*, & circa *Ramstein*: inque sylvis circa *Mubausen*.

Differt a priori foliis subtus tomentosus, fructu piriformi, viridi, subrubro aut flavo, eduli, potissimum quando ad adfinium Mespilorum morem in stramine (u) contabuit. Eum fructum non nisi vetula arbor producit, post sexagesimum annum, & per biennia uberrimum, vera sylvestris in hortos translata. Semina quinque. Ex eo fructu cum aqua infuso & lora (x) paratur, & ficera (y) expresso, etiam valentior (z), quam ex prunis. Conditum cum malis granatis citat MESUE [a]. Cum Cypressso stillantem aquam ad reparandam virginitatem laudat L. FIORAVANTI (b). Veteres inter sistentia alvum retulerunt (c). Lignum durissimum.

1093. MESPILUS inermis, foliis ovatis, integerrimis, subtus tomentosus LINNÆI p. 686. *Mespilus cotoneaster*

*Chamaespilus* GESNER. Hort. Germ. p. 214. 215.

*Cotoneaster* GESNER. Epist. l. c. J. B. I p. 73. auctoritate Clar. Viri: CRANZ II. t. 2. f. 2.

*Chamaespilus* GESNERI Clus. hist. p. 60.

*Mespilus folio subrotundo, flore rubro* Catal. arbor. & frut. t. 14. l. c. flor. Danic. 112.

Vulgo in lapidosis ad pedes Juræ montis & alpium. GESNERUS in *Albio monte* & *Kadae*. Nos supra *Biennam*, supra *Bonneville*, ad pedem arcis *Fulkenstein* Solodorensum, in monte *Wasserfall*, *Grandvi*, *Saleva*, circa *Roche*, &c. sub *Goldwyl*.

Frutex humilis, difformis & distortus, cortice splendente, atro purpureo. Folia integerrima, ex ovatis acuminata, superne viridia, inferne albo tomento gossypiaceo oblita. Flores ex alis foliorum conferti, in petiolis unifloris, bifloris, trifloris, cernuis, stipula rubra ornatis. Calyx lanuginosus, segmentis acutis, reflexis. Germen glabrum. Petala subrotunda, alba, pallida linea distincta, brevia, ut calycem vix superent. Baccæ rubræ, insipidæ. Semina (d) tria, hinc convexa, inde duobus planis in aciem convenientibus. Tubæ duæ & tres (e) discedentes, capitatæ.

Vidi ramos vetustulos in quatuor ordines squamarum divergentium mutatos.

Fructus inutilis, farinosus.

1094. MESPILUS (f) foliis elliptico lanceolatis, serratis, calycibus longissimis, persistentibus. *germanica*

*Mespilus Germanica folio laurino, non serrato* C. B. du HAMEL. II. p. 20\*.

*Mespilus* DODON. p. 801. BLAKWELL. t. 154. *Vulgaris* J. B. I p. 69.

*Mespilus inermis, foliis lanceolatis, subtus tomentosus, floribus sessilibus, solitariis* LINN. p. 684. In

(q) Du Chesne manuel. p. 55. du HAMEL.

(r) HART. Essays I. p. 113.

(s) Flor. Suec. n. 435.

(t) Sorba colore luteo DIOSCORID. l. c. p. 136.

(u) WEIGER. travels. p. 90. edit. German. memoir mesoils du HAMEL.

(x) Ejus potus HIPPOCRATES meminit.

(y) C. STEPHANUS de nutrit. p. 25.

(z) Du HAMEL. II. p. 474.

(a) p. 101.

(b) Tesoro c. 40. p. 2.

(c) DIOSCORID.

(d) Etiam GESNER. & J. B. ERNDL. Epist. Nat. Cur. Vol. III. app. OEDERUS. Tria, quatuorve CRANZ II. p. 38.

(e) SERPIN. p. 37.

(f) *Mespilus fetanica* foliis mali minoribus, pomo rotundo, umbilico latiore, quod adstringit & fero maturefcit DIOSCORID. l. c. 132.

In dumetis circa Bernam, qua nunc via regio sumtu munita ex urbe in summum collem ducit, & qua tunc rupestris erat solitudo. In dumetis Insulæ St. Petri lacus Biennensis. Neocomi, *entre les maisons du Plan*. Inter Argentinam & Badenenses thermas sylvam facere J. B.

Arbor mediocris, fruticosa, ramis in robustas spinas (*g*) exeuntibus, quæ a fativa absunt. Folia elliptica, ferrata (*b*), lanceolata, subtus pallida, subvillosa. Flores ex petiolis brevissimis, unifloris. Calycis segmenta longiora (*i*), petala æquantia. Hæc subrotunda (*k*), alba, roseo tincta. Fructus ex brevi petiolo subrotundus (*l*), lignei coloris, calyce coronatus, cujus folia connivent, quinque (*m*) ossæ nucleis fetus.

Mespila acerbissima, demum longa mora dulcescunt, nunquam magnam gratiam adeptura. In conditis tamen placent. Cum valde adstringant, constipatæ alvi & epilepsiæ ex mepilis exemplum habet G. W. WEDEL (*n*). Pulverem feminum calculum comminuere, & contritum expellere, nimia est pollicitatio A. M. BRASSAVOLÆ (*o*).

## P I R U S L I N N. n. 626.

P Y R U S T O U R N E F O R T. t. 404. M A L P I G H I. *ic.* 251.M A L U S T O U R N E F O R T. t. 416. M A L P I G H I. *ic.* 252.

## C Y D O N I A T O U R N E F O R T. t. 405.

Huic per varietates diffuso generi calyx in summo fructu marcescens (*p*); tubæ quinæ, loculi quinque (*q*) cartilaginei, vel membranacei, in quorum quoque duo femina (*r*). Stamina fere viginti, petala subrotunda (*s*). Calyx unico folio semiquinquefido (*t*) constat.

*Mespilus amelanchiæ*

1095. PIRUS foliis ovatis, ferratis, subtus tomentosis, calvescentibus.  
*Diospyros* GESNER. *hort.* p. 256. b. *append.* p. 291. b. *Epist.* p. 91. b. J. B. L. P. I. p. 75. ALDROVAND. p. 442.  
*Vitis idæa tertia* CLUS. *Pannon.* p. 80. 81. bene.  
*Amelanchier gallo provincia* BARRELIER. p. 527.  
*Mespilus folio subrotundo, fructu nigro, subdulci.* *Catal. arbr. frut.* T. 14.  
*Mespilus inermis foliis ovatis, serratis, caudiculis (hirsutis)* LINN. p. 685. MILLER t. 178.

In Helvetia frequens, montanorum hospita & subalpinorum. Trans sylvam *la Chenau* versus *Chamofeire*, circa torrentem *Tantin*. In colle *Soquenil* prope *Rupem*. In monte *Falconario*, in adscensu montis *Hauenstein* supra *Balsfel*, & circa *Falckenstein*. C. B. circa *Reichenstein* & *Landskron*. J. B. *zu unser Frauenstein*. Neocomi à *la Rochelle*, &c. Inter *Tufis* & *Chur*.

Arbuscula sepedalis, etiam humilior. Rami minime hirsuti. Folia ovata, nullo mucrone, circumferrata, sæpe rubore tincta, nervosa, ut in rosis, subtus dum juniora sunt, tomentosa, adulta tomentum dejiciunt. Flores conferti ex summis ramis, in petiolis unifloris, tomentosis. Stipulæ inter flores longæ, rufæ, subulatae. Germen tomentosum: Fructus levis, ex caruleo niger, ovatus, umbilicatus, lanugine coronatus, dulcis & edulis, quinque, sex & ultra feminibus fetus, nam ad decem (*u*) reperi, ut per hanc arbusculam Mespili cum Piris jungantur, a quibus capsularum defectu differt. Petala alba, singulariter longa & elliptica. Tubæ breves, qui-natæ. Calyx saturati coloris, patulus, segmentis acutis.

Ad sepes laudat du HAMEL.

1096.

(*g*) Habet du HAMEL.  
 (*b*) Negat du HAMEL, & de solo apice fatetur LINNÆUS. Nostra tenuiter ferrata sunt, ut in icone J. B. & MATTHIOLI. Recte monet ILL. CRANZ. *Fasc.* II. p. 36.  
 (*i*) TOURNEFORT. t. 411. D. F.  
 (*k*) A. B.  
 (*l*) E.  
 (*m*) Tribus, quatuor, quinque SPERLING *carpolog.* p. 67. RAJ. apud TOURNEFORT. G.  
 (*n*) *Disp. de Leo.* ann. 1690. p. 18.

(*o*) *Exam. simpl.* p. 339.  
 (*p*) TOURNEFORT. t. 406. D. t. 404. E.  
 (*q*) t. 405. G.  
 (*r*) t. 406. H. t. 404. F. t. 405. F. Sed imprimis GLEICHEN ad t. 14. 15. du HAMEL *arbores* II. p. 5. 197.  
 (*s*) TOURNEFORT. t. 404. 406. A. B.  
 (*t*) t. 406. C.  
 (*u*) CLUSIUS, du HAMEL. II. p. 18. CLUSIUS etiam plura. Sex, septem, octo, decem CRANZ. II. p. 55.

1096. PIRUS foliis ovato lanceolatis, ferratis, glabris.

*Pirus sylvestris* (x) DODON. p. 799.

*Pirus arbor* ALDROVAND. II. t. 2. c. 2.

*Pirus foliis serratis, pedunculis corymbosis* LINN. p. 686.

β Fructu majori TABERNAEMONT. p. 1018.

γ Minimo IDEM p. 1019.

Conf. BLAKWELL. t. 453. LEDERMULLER. *Versuch*. t. 4. GLEICHENT. 15.

Sativæ piri creduntur ex ista arbore per artificia varia & insitionem natæ esse.

In arvis & sylvarum oris,

Magna arbor, dura, vivax, spinosa. Folia ex ovato lanceolata, ferrata, glabra. Flores quasi in umbellam congesti, in petiolis tamen unifloris, satis longis; petalis albis, aut ex albo purpureis, cavis, subrotundis, ex balsamica ovarii corona natis. Stamina viginti & duo. Germen tomentosum. Fructus conicus, eundo latior, tamen cum angustiori isthmo supra petiolum. Carnosus idem, circa semina materiem grumofam subduram congestam (y) habet

Spontanea species acerbissimo sapore est, cum fativis piris commista (z) tamen ad ficeram valet, etiam sola, sed deterior (a).

Sativæ piri fere dulces sunt, aliquæ tamen (b) strangulatoriam acerbiteriam nativæ plantæ retinent. Sativæ spinas deponunt, sed ex semine fatæ & spinas recuperant, & nativam acerbiteriam.

Lignum durum, rubrum, ponderosum; ad varia instrumenta utile, etiam ad sculpendas icones (c) ligneas, atrum colorem Ebeni æmulum facile induit (d). Succus piri *Bergamotte* calculum (e), & brevi in tempore, solvit. Vinum ex dulcibus piris paratur, sed quod ætatem non ferat (f).

1097. PIRUS foliis ovatis, acuminatis, subtus hirsutis, petiolis florigeris, brevissimis.

*Mali sylvestres* (g) DODON. p. 790. BLAKWELL. t. 178.

*Malus arbor* ALDROVAND. II. t. 2. Obs. I.

*Pirus foliis serratis, umbellis sessilibus* LINN. l. c.

α Varietates fructu albo majori TABERNAEMONT. p. 1008. & minori p. 1009.

β Fructu rubro majori TABERNAEMONT. p. 1008.

& Minori. C. B.

Sativa malus & ipsa videtur ex malo sylvestri perfecta esse, cum ex semine fata spinas recuperet, & acerbiteriam.

Ad ejus florem BLAKWELL. t. 147. LEDERMULLER. t. 1. GLEICHEN. t. 14.

In sylvarum oris & per arva.

Procera arbor, diurnæ (h) vitæ, spinosa.

Pleraque prioris habet, sed folium brevius mucronatum, minus manifesto ferratum, subtus subhirsutum. Flores pariter congesti, quasi umbellati, rubentes (i), odorati. Petiolus florum brevior, quam piro. Stamina fere a 19. ad 25. Fructus rotundus, circa petiolum cavus (k), superne depressus, minus, quam pirus, adstringens, magis austerus, mollis, grumis callosis in pulpa adpersus, loculis seminis cartilagineis. Deinde Malo fructus ex pediculo filamentis trajicitur, quorum decem per pulpam circa capsulas, ad calycem tendunt (l). Iis ruptis fructus putrescit ANDRY (m). Pirus iis non caret, ut tamen petrosam materiem adeant (n). Fructus in malo a calyce separari potest, argumento leve discrimen esse, quo ab umbilicatis arbores non umbilicate diffident.

Acida

(x) *Achras* pirastri genus fero maturefcit DIOSCORID. l. c. 122. Sorbo dulcior est, sed minus odoratus THEOPHRAST. *Caus.* l. III. c. 4. *Αχρα* strangulatorium sylvestre pirus SUIDAS. p. 405.

(y) DU HAMEL. *Mém.* de 1740 t. 13. f. 6. 7. t. 14. f. 3. t. 2. &c.

(z) Conf. p. seq.

(a) DU HAMEL *abr.* II. p. 199.

(b) Omnia pira adstringunt DIOSCORID.

(c) DU HAMEL.

(d) IDEM.

(e) LOBB. *Exp.* 32.

(f) DU HAMEL II. p. 200.

(g) Sylvestria mala similia sunt sorbis & adstringunt DIOSCORID. l. c. 121.

(h) Ad mille annos *Hereford orchards*, p. 12.

(i) LEDERMULLER. *vers.* t. 1.

(k) Dari tamen etiam poma basi plana, & pira basi concava monet CLAV. POPOWITSCH. *vom Nicer.* p. 157.

(l) GLEICHEN *Reich. der Pflanz.* p. 11.

(m) *Alim. du Carême* p. 208.

(n) DU HAMEL. l. c. t. 15. f. 2. *Mém. de l'Acad.* 1731. t. 9. & 10.

*mucron*

Acida mala sylvestria ad edendum inidonea, egregium dant vinum (o) pomaceum, quale ex fativis parari nequit. Vires id vinum habet vitei, semper tamen aliquanto minus tenue & limpidum, & flatulentius. Angliæ multæ regiones pomaceo contentæ sunt, & Neustria; generosissimum tamen nostra *Thurgovia* præstat. Optimum fit, si agrestibus malis dulcia miscueris, etiam si acida (p). Idem calculum solvit (q).

Sativo pomo nihil ad cibum febrilem aptius acida indole, & appetitum ciente, & refrigerante, absque vitio. Nuper etiam decoctum ad asthma (r) in Anglia laudari cepit, cum fructus horæi humores humanos solvant (s). Etiam calculum colliquant (t). Decoctum diæticum in febribus gratum dat & salubre.

Apes plurimum ex pomorum flore mel reportant (u).

Ex acidis malis sylvestribus in sacco, ex crinibus facto, contusis, fit omphacium (x), Arabibus notum (y), utile ad impressionem telarum pictarum gollypiacearum [*Callico*]. Cortex mali dat colorem citreum elegantem (z).

Lignum minus durum, quam Piro, tamen a torneatoribus adhibetur, omnium levissimum.

PUNICA TOURNEFORT. t. 407. LINNÆI n. 618.

Malo punico figura est, quæ pomi, coriaceo (a) involucro, idemque calyce persistente (b), unifolio (c) quinquefido coronatur: sed sunt intus novem (d) loculi, in quibus, ad receptacula loculos semibipartientia (e), femina multa, succulenta (f). Petala quinque erecta (g).

\* 1098. PUNICA spinosa, foliis nitentibus, ellipticis, integerrimis, floribus sessilibus.

*Malus punica* CAMERAR. *Epit.* p. 130. 131.

*Granatus punica mala* BLAKWELL. l. 97. & 1452.

*Punica foliis lanceolatis, caude arboreo.* LINN. p. 676.

*Punica* du HAMEL II. p. 196.

*Sedmi* in rupibus arcis *Valeix* legi, in quibus vivit, olim forte casu eo delata. Arbuscula decempedalis, spinosa, spinis rectis. Folia elliptica, aut obtusa, aut acutius lanceolata, levia, integerrima, nitida, medio nervo conspicuo. Flores passim sparsi, in petiolis brevissimis, unifloris, bini, ternive, sibi proximi. Germen coccineo crasso corio tectum. Calyx in crassa, triangularia, quinque, etiam sex (b) segmenta dividitur. Ex intervallis segmentorum nascuntur quinque vel sex petala conica, ungue brevi, crasso: bractea ovato rotunda, flaccida (i). Deinde stamina super omnem icosandriæ (k) licentiam numerosissima, longis filamentis. Tuba simplex, sine crassiori (l), difformi, fungoso. Maturus fructus lignei coloris est. In medio fructu axis (m), ex quo numerosa incerti numeri septa exeunt. In quovis loculo, duplici ordine (n), numerosissima femina, succulenta, carne tecta, & in simili carne nidulantia. Ita vidi.

Semina acida sunt, & syrupum grati acoris dant. Ad hæmorrhoides nimias grana expertus laudat. R. H. BEHRENS (o). De acidis fermo est, cum etiam dulcia dentur (p). Corium fructus adstringit, & ad eosdem fines adhibetur, ad quos alia styptica.

OPUNTIA

(o) HEREFORD *Orchards.* p. 4. LANGLEY *po-  
mon.* p. 139.

(p) HEREFORD *Orchards.* p. 33. *Phil. Transf.*  
*Vol.* 43. n. 477.

(q) LOEB. *lib.* c. IV. *Exp.* 13.

(r) BAYNARD. p. 314. LOEB. p. 134. ROBERT.  
*tr. de Med.* II. p. 106.

(s) LOEB. *ibid.*

(t) LOEB. *ibid.*

(u) GLEDITSCH *Abhandl.* II. p. 155.

(x) BRADLEY *country ladies direct.* II. p. 16.

(y) MESUR *Elest.* L. I.

(z) LINN. *Oländska resa.* p. 101. LINDER *Fär-  
gakt.* p. 83.

(a) TOURNEFORT. G.

(b) G.

(c) C.

(d) L.

(e) LINN.

(f) TOURNEFORT. I.

(g) A. Sed flos plenus est.

(h) Sex TOURNEFORT. D. Plura TOURNEFORT.  
G. Octo numerat du HAMEL. II. p. 193.

(i) A.

(k) D.

(l) BLAKWELL.

(m) TOURNEFORT.

(n) TOURNEFORT. I.

(o) *Diatet.* p. 115.

(p) DIOSCORID. I. c. 127.

## O P U N T I A T O U R N E F O R T t. 129.

T U N A (q) D I L L E N. Hort. Elt. p. 295.

## C A C T U S L I N N. n. 613.

Habitus naturalis succulentus. Flos ex folio natus. Fructus in baccam abit ovatam, oblongam (r), unilocularem, umbilicatam (s). Huic innascitur calyx foliosus (t); & petala numerosa (u); interiora majora, conniventia, exteriora patula. Tuba cylindrica, multifida. Stamina plurima (x).

\* 1099. O P U N T I A foliis ovatis, compressis, spinis fetaceis.

*Ficus indica* ALDROVAND. dendrol. p. 310.

*Opuntia vulgo herbariorum* J. B. L. p. 154. MILLER ic. 191. Conjungit certe LINNÆUS.

*Cactus articulato prolifer, laxus, articulis ovatis, spinis fetaceis* LINN. I. p. 669.

In BROSSÆI iconibus optime exprimitur.

Pro Americana planta vulgo habetur: provenit autem in rupibus Valefiæ, supra Boveret & Vauvry, & in monte Veche quinque leucis a Lugano. Etiam in Italia, in Minorca (y) insula &c.

Tota planta constat foliis oblique proliferis, ovatis, succulentis, intus multiplici reticulo fartis, in superficie, inque angulis passim penicillos spinarum emittentibus. Fructus junior folio crassiori similis est, unguiculis foliosis obfitus. Calyx fit quinque segmentis lanceolatis, virentibus, aliisque quinque intermediis, præter unguiculos foliaceos. Petala decem, lutea, apice lacero. Stamina innumerabilia. Tuba simplex, octo vel decem clavis cylindricis coronata. Fructus maturus fit piri species, edulis (z), ut tamen mictum sanguineum ciere soleat (a). Spinis suis, puto alia species, militem inflammatis faucibus occidit. Tosta folia ad inflammationes imponuntur (b), & pro eximio remedio ab Afris habentur (c); etiam ad dolores lateris & in variolis (d). In adfina planta, rubro flore, vivit celeberrimum infectum, quod ficcatum pretiosissimum cocci colorem impertit.

## P H I L A D E L P H U S L I N N. n. 614.

## S Y R I N G A T O U R N E F O R T. t. 389.

Calyx quadrifidus, latis segmentis petalodeis, albis, ora virente (e). Petala quatuor patula, ovata, firmula (f). Stamina fere a 16. ad 24. unguibus petalorum adherent, filamentis latiusculis. Fructus flori subjectus, carnosè membranaceus, ovatus, acuminatus (g), in conum prominet, quadrilocularis (h), quadrivalvis, polyspermos. Tubæ longæ quatuor. Semina minuta (i), ad axin fructus adnata. Addit LINNÆUS, florem primarium quinque partes habere calycis, floris, & fructus.

\* 1100. P H I L A D E L P H U S foliis subdentatis LINN. p. 671.

*Syringa flore albo* CLUS. hisp. p. 125.

*Icon lign.* GESNERI 137.

In sepibus passim floret, indigenatum nactus, ut Staphylea, & Lilac.

Frutex

(q) Ab ea nomen habet urbs *Tenuchtitlan* COLTES ANNO 1519. p. 73.

(r) T O U R N E F O R T. D. E.

(s) C.

(t) C.

(u) A.

(x) Ad A.

(y) ARMSTRONG. p. 191.

(z) ARMSTRONG. SHAW.

(a) TRIUMPHETTI *vindic.* p. 31. Non in *Barbatia* SHAW. *trav.* p. 227.

(b) De la SALE *voy.* p. 65.

(c) SHAW. *trav.* p. 267.

(d) CLEGHORNE p. 363. 279.

(e) T O U R N E F O R T. ad C. E.

(f) A. B.

(g) F.

(h) H.

(i) I.

Frutex sepedalis & paulo ultra. Folia conjugata, ex ovatis lanceolata, per oram obiter dentata. Flores in summis ramis racemosi, albi, gravi odore, cum aliqua gratia.

R O S A TOURNEFORT. t. 408. LINN. n. 631.

Fructus coriaceus, pulposus (*k*) tamen, & haecenus pomo similior, rotundus vel ovatus, coronatus, calyce longo (*l*), quinquepartito, alias simpliciter lanceolato, alias hinc & inde semipinnato, denique ab uno tantum latere appendice aucto. Petala rotunda, emarginata (*m*), quina, semper pro fructus ratione magna. Stamina numerum vigenorum longe superant, quæ sint ad nonaginta, multiplici ordine, longis filamentis. Tubæ ex intimo fructu natæ, ex summo fructu plurimæ, breves, villosæ (*n*), obtusæ. Intra unicum fructus, loculum in duriori lanugine plurima semina globosa (*o*).

*canina* *h*

1101. R O S A spinis aduncis, foliis septenis, calycibus tomentosis, segmentis pinnatis & semipinnatis, tubis brevissimis.

Rosa canina (*p*) vulgo dicta DODON. Coron. p. 187.

Rosa canina (*q*) sylvestris BLAKWELL. t. 8.

Rosa germinibus ovatis pedunculisque glabræ, caule petiolisque aculeatis LINN. p. 765.

In sepibus & dumetis vulgatissima.

Frutex serpens & incurvus, ad vicina se sustentans, sepedalis, incurvis, acutis spinis obsitus. Folia pinnata, glabra, subtus glauca, ovata, mucronata, ferrata, plerumque septena, etiam novena, ultima majora. Stipulæ magnæ, petiolatæ, in duas auriculas fissæ. Flores aliquot petiolati, in summis ramis conferti. Calycis foliola lanceolata, longe caudata; duo simplicia (*r*), duo utrinque pinnata, pinnis latefcentibus, acutis, unum ab altero tantum latere pinnatum. Calyx tomentosus: appendices glabræ. Petioli florales glabri, foliosi, pilis capitatis adspersi, rariter spinosi. Stipulæ dentatæ, dentibus globuligeris. Petala purpurea, emarginata & cordata, suavissimi odoris. Fructus ovatus, ruberrimus.

Eximius (*s*) odor (*t*) indicat volatiles particulas & æthereas. Quare aqua stillatitia (*u*) aquam rosarum sativarum gratia potius superat. In ea aqua oleum purissimum ascendit, ex libra florum ad grana tria (*x*), ut ejus etiam in Persia maximum pretium sit (*y*), quæ regio rosas abundat. Fragrantia ejus olei omnia alia odoramenta superat, ut inter regia dona sit. Eadem aqua dicitur alvum laxare (*z*). Infusum florum, ad theæ (*a*) modum paratum, elegantia saporis & odoris se commendat. Extractum rosæ gummeum balsamicum & adstringens, resinofum austerum est (*b*). Conserva florum adstringente scopo ad dysenteriam, ad hæmorrhoides imperatur. Fructus edules sunt (*c*), cocti, in pastam comminuti, quæ cum aqua coquitur, demum cum saccharo conditi. Alvum ducere veteres (*d*), & hydropicum eo fructu sanatum (*e*). DIOSCORIDES melius, alvum sistere ficcatum. Pulvis fructus exsiccati ad calculum laudatur (*f*); nescio an bene. Decocta certe cum fructibus aqua eo sine incassum adhibitum fuit (*g*).

Ex

(*k*) TOURNEFORT. D.

(*l*) D.

(*m*) A. B. I.

(*n*) LEDERMULLER. *Belustig.* II. t. 80.

(*o*) F. G. H. I.

(*p*) Cynosbatus frutex est arboris instar, Rubo longe major, folia fert magna, latiora, robustis circa ramos spinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo Olivæ simili: sed per maturitatem pubescit, & flocculos intus continet DIOSCORID. I. c. 106. Rubus 2. Cynosbatus PLIN. L. XVI. c. 37.

(*q*) PLIN. L. XXIV. n. 74.

(*r*) Antiquos vesiculos jam habet BRASSAVOLA Exam. p. 72.

(*s*) PLIN. L. XXI. n. 11.

(*t*) Rosarum odor nonnullis sternutationem movet & raucitatem; etiam ab utero symptomata DOERING.

(*u*) Rosas rubras & albas simplices præfert MRSUE *Simpl.* c. 10.

(*x*) SPIREMAM *Instit. Chem.* p. 188. Ex 40 libris rosarum essentia semidrachma CHARDIN. IV. p. 198. Ex 100. libris rosarum olei drachmæ sex CARTHEUSER. *mat. medic.* II. p. 472.

(*y*) Unciæ 50. imperialibus venit TAVERNIER. I. p. 596.

(*z*) BOREICH *berm. med. sapient.* p. 340.

(*a*) THOMASIVS *Epb. Nat. Cur. Cent.* IV. *obs.* 199.

(*b*) CARTHEUSER. I. c.

(*c*) Etiam in ledzo *Navigat. navis Castricom in Re. lat. des Voyages au Nord.* T. III.

(*d*) De recentibus RHAZE *simpl. medic. obs.* p. 815. De aqua stillatitia ex AMATO SCHULTZ *mas. med.* p. 182.

(*e*) SCHELHAMMER *Natur.*

(*f*) BORELL. *Cent.* III. *obs.* 22.

(*g*) p. 195.

Ex germinibus cum saccharo & cinnamomo, in spiritu vini infusis, & soli expositis, optimum fit balsamum vulnerarium (b). Radix Cynorrhodi vetustum, ex divini somni (i) fide, contra morsum canis rabidi remedium est, trita vulnere imposita, & in potu sumta (k). Eodem fine, & præter eum formidabilem morsum, ad alios venenatorum animalium morsus, & adversus morbos magicos, cum nomine *Sanatodos* spongiola rosæ innascens apud Siculos (l) in usu est, quam peculiaris musca ex junioris rami germine secando subnasci cogit. Ad renum morbos CORDUS (m) laudat; ad dysenteriam MARCELLUS (n); ad calculum PLINIUS (o). Veteres in unguenta rosæ odorem recipiebant

β Rosa foliis glaucis, rubedine tinctis SCHEUCHZER. *It.* VII. p. 513. in ipso pago *Grindehald* lecta, quam ego eodem loco reperi, Cl. vir la CHENAL in alpinis pascuis, utique hanc in foliis notam habet, & præterea calycem absque illis appendicibus, certo ordine (p) alternis. Nolim tamen separare.

1102. ROSA (q) spinis recurvis, foliis glabris, septenis, calycibus tomentosis, segmentis subpinnatis, tubis longis, barbatis †.

*Rosa sylvestris, asperior, candida* FUCHS. p. 656.

*Rosa sylvestris, folio glabro, flore penitus albo.* J. B. II. p. 244.

Passim ad sepes Bernæ, Basileæ, &c.

Cum ante hos viginti tres annos Rosas nullis notis definitas reperirem, studui, ut de ea obscuritate emergerem. Ergo huic speciei habitus aliquanto humilior; flos inodorus; calycis tomentosi segmenta minus profunde incisa, uno tantum, alterove ramo, aut integra: tubæ longiores, staminibus æquales, & intricatæ (r); columnæ tubarum sub stigmatibus (s), pilosæ, quæ caninæ rosæ glabræ; stipulæ magis ciliatæ, pilis globuligeris, quæ in canina magis ferratæ. Vere adeo differt. Petioli florales pilis capitatis adpersi, foliosi, spinosi, sed rarius.

1103. ROSA spinis aduncis, foliis subtus rubiginosis.

*Rosa maxima sylvestrium* CAMERAR. *Epit.* p. 99.

*Rosa sylvestris odorata* DODON. *coron.* p. 100. *hist.* p. 187.

*Eglanteria* de BOOT. *ic.* 50.

II. Flore pleno J. B. BRY. II. t. 126.

III. Flore albo J. B. II. p. 44.

Non rara in Helvetia planiori, circa *Roche*, au *Tombey*, circa St. *Tryphon*, *Lassaraz*, supra *Biel* & *Crassy*. Basileæ versus St. *Louis*. In alpes ascendisse visa, versus *Geschinen*. Circa *Ferrière*, &c.

Humilior est, rector, spinis curvis horrida. Folia quina, & rarius septena, fere rotunda, superne leviter per oram capitatis pilis ciliata, subhirsuta; inferne quasi rubigine villosa, cum glomerulis similibus sparsis. Stipulæ ciliatæ, pilis capitatis. Petioli florales rubiginosi & spinosi; sic petioli foliosi, pilis glandulosis adpersi. Summæ etiam plantæ partes omnes viscosæ sunt. Calyx regulam caninæ rosæ sequitur; parte integra molliter tomentosa, appendicibus ciliatis. Flos exiguus, incarnatus, ungue albo. Fructus ovalis, per maturitatem denique niger, levis, aut molliter spinosus. Odor in tota planta quasi (t) pomorum.

Ad hanc speciem aliqui vim morsui canis rabidi adversam alii referunt.

Huc *Rosa flava* LOBEL. II. p. 205. *Catal. of Trees.* t. 18. quæ etiam sponte in sepibus circa *Lassara* a Ven. de CORPETS reperta est. Clar. LEYSER ipsam *Eglanteriam* flavam facit. *Flor. bal.* p. 91. Ei rubigo & odor similis: calycis folia minus ad legem pinnata; petala emarginata, flava.

? 1103.

(b) *Ad. Helvet.* T. II.

(i) PLIN. L. XXV. n. 6. citatis exemplis.

(k) VEGET. III. c. 84. ne animal hydrophobum

fiat.

(l) BOCCONE *mus di piant.* p. 10.

(m) *Botanolog.* p. 84.

(n) PAUSANIAS L. IX. p. 556.

(o) L. XXIV. n. 74.

(p) *Emend.* VI. n. 26.

(q) Separat etiam Cl. HERMAN, de *rosa* p. 5. Sed cur rubellam facit?

(r) La CHENAL. *Diff.* p. 14.

(s) *Emend.* VI. n. 25.

(t) L. LEMN. *herb. bibl.* p. 140.

*glaucus?*

*L. Lemn.*

*Rubiginosa L.*

*diff. p. 14.*

## ? 1104. ROSA . . . .

*Rosa sylvestris, rubella, parvo frutice* J. B. II. p. 35. RAJ. *Sylog. exter.* p. 219.

II. *Χαμαίποδος* CLUS. *Pannon.* p. 113.

*Rosa pumila* hist. p. 117.

*Rosa pumila pannonica flore rubello* J. B. II. p. 35.

*Rosa austriaca* CRANZ II. p. 36.

*Rosa humilior, fructu rotundiori* PLOT. *natur. hist. of Oxfordshire* p. 159. conf. HUDSON. *flor.* p. 192.

" J. B. in collibus la Batie & Champe; inter Genevam & Traney, & circa Castellum l'Abbatie.

" J. B. Suae fruticem facit cubitalem; folia subrotunda, quina, raro septena, minora; spinas raras, & flores non parvos, incarnatos, suaveolentes, petiolo cum capitulo hispido. Porro Clar. GAGNEBIN in summa rupe de la Chage rosam reperit, quam Eglanteriam vocat, eique florem album odoratum tribuit. Denique ILL. CRANZIUS caulem utique pedalem facit, cubitalem, raro ramosum, inferne nullis, superne multis spinis armatum. Folia terna, quina, rarius septena aut novena, reclinata, carinata, duriora, subrotunda, aut ex ovatis acuta. Pedunculum brevem, hispidum: germen ovatum, hispidum. Calycem ad legem Caninae divisum, hispidum, ora segmentorum glandulis nigris, hispidis, obsita. Florem fere unicum, odore jucundissimo, late purpureum, fructum rotundum.

*Villosa L*

## 1105. ROSA spinis rectis, foliis quinis, tomentosis, pinnis rotundis, spinosis.

*Rosa parvo spinoso folio, hirsuto* J. B. II. p. 38.

*Rosa germinibus globosis, aculeatis, pedunculis hispidis, caulibus aculeis sparsis, petiolis aculeatis, foliis tomentosis* LINN. p. 104.

Montana planta est, in Gubernio Aquilejensi, in Valesia um das Heilbad, circa Ferrière, & in alnetis circa Basileam lecta.

Ad Eglanteriam accedit, sed folia habet uberius villosa, cinerea, sæpe quina. Stipulae prælongæ, tomentosæ. Et eæ, & pedunculi foliorum, & calycis segmenta, & foliorum oræ, pilis crassis capitatis plenæ. Flos saturate ruber, breviter petiolatus. Petioli florigeri breves; spinosi, foliosi; in iis rarissimæ, sed in calyce frequentiores spinulae. Calyx ad legem rosæ Caninae. Flores singulares, aut bini ternive. Fructus maximus, sphaericus, aculeis horridus, per ætatem totus niger. Spinæ curvæ, rectæ, lata basi.

*pimpinellifolia L*

## 1106. ROSA spinis rectis, confertis, foliis novenis, glabris, pomis &amp; petiolis subspinosis.

*Rosa campestris, odora* CLUS. *Pannon.* p. 111. 112. 114. hæc icon melior.

*Rosa Dunensis species nova* DODON. *hist.* p. 187.

*Rosa pumila, spinosissima, foliis Pimpinelle, glabris, flore albo* J. B. II. p. 40.

*Rosa spinosissima* CRANZ. *Fascic. II.* p. 30.

*Rosa germinibus ovatis, glabris, pedunculis, caule, petiolisque, aculeatissimis* LINN. p. 705.

*Rosa germinibus globosis, pedunculisque glabris, caule aculeis sparsis, rectis, petiolis scabris, foliosis, obtusis* EJUDEM. p. 703.

β Flore variegato SIBBALD. p. 46. ic. 2. (u).

Satis abunde circa Roche provenit, supra les Gauges, en Planfavey. Neocomi supra Pierabot GAGNEBIN. *Auf der Siffacher (x) Flüb.* In monte Chasseral. Au petit Saleve Gen. de SAUSSURE.

Humilis frutex spinosissimus, spinis rectis, confertis, gracilibus, foliis novenis & undenis, minimis in hac gente, & minoribus, quæ prima. Stipulae serratae. Pedunculi foliorum præter raras spinulas glabri. Petioli florales robusti; alias superne sub fructu spinosi, cætera glabri; alias toti spinosi, aut toti glabri. Calycis segmenta recta, integra, vel modice ciliata & dentata. Petala alba, cum luteo colore admisto, qui in ungue dominatur, odore dulci; pomo rotundo, per ætatem nigro, glabro fere dum junius est, spinoso quando vetustum (y).

Addit

(u) Varietatem esse PITCAIRN contra SIBBALDUM p. 190.

(x) *East. Merkwürd.* II. p. 2093.

(y) *Ennod.* V. n. 24.



Addit ILL. CRANZ, fruticulum, quando nunc magis adolefcit, ramorum aculeos deponere, & pedunculos nunc glabros esse, etiam fructus ovatos.

1107. ROSA inermis, foliis septenis, glabris, calycis segmentis indivisis. *It. Helv.* II. n. 27. *Alpina*

Synonymia difficillima. Quare pauca nomina repeto.

*Rosa rubello flore parvo, simplici, non spinosa* J. B. II. p. 39.

*Icon* CXLV. MERIANÆ *Insect. Europ.*

*Rosa alpina, rubra, spinis carens* BURSER *Act. Suec.* p. 585.

In rupibus subalpinis & montanis abunde. In monte *Grandvi, Dolaz*, inter montem *Wasserfall & Vogelberg*. *A la Dent versus le Pont*, & in monte *Thuri*. In monte *Luan*, in montis *d'Anzax* gypsariis rupibus, &c. *A la Combe Bioffe & Combe de Valanvron*.

Frutex humilis, bicubitalis, ramosus, non spinosus, præter raros aliquos & imbelles aculeos, per caulem sparsos. Folia septena, glabra, ferrata. Stipulæ magnæ, pilis capitatis ciliatæ. Petioli foliosi, & perinde florigeri, spinulas innoxias habent. Flores solitarii. Fructus ovalis, longior, glaber, aut ad basin mollibus spinis adpersus. Calycis folia simplicia, non ramosa, appendiculata, appendice unica, subovata, ferrata, parte calycis integra tota pubescente. Flos magnus, odoratus, fature purpureus, ungue albo.

Non puto necesse esse rosarum species conjungere, qualis quidem Cl. BOEHMERO (z) cogitatio se obtulit, & nuper GERARDO (a): notas enim discriminis sufficere existimo, neque obscuriores esse, quam in aliis magnis generibus.

## VII. GYMNOPOLYSPERMÆ

## HERMANNI. BOERHAAVIL

Continuo vinculo ita coherent, ut separare non possis. Omnibus fructus multis fit & congestis seminibus, nudis, nunquam de suo cortice elabentibus. Floris petala quatuor, quinque, & plura, in orbem posita, sui similia & æqualia. Tot tubæ quot semina.

## I. PETALIS ET STAMINIBUS EX CALYCE ORTIS.

SENTICOSÆ LINN. n. XXXV. (a\*).

RUBUS TOURNEFORT. t. 385. LINN. n. 632.

Rosæ hinc proximus, inde Fragariæ, facie, vi medicamentaria folii & radice, flore, fructu.

Calyx unifolius, profunde (a) quinquefidus, segmentis lanceolatis, acutis. Petala quinque (b) patula, subrotunda, flaccida, ex calyce nata. Stamina numerosissima (c). Seminum acervus (d) modo pauciorum, modo numerosiorum, quorum singulum sua pulpa (e) tegitur, succulenta & molli. In plerisque speciebus pulposi acini confluunt, est cui distincti sunt. Cuique baccae sua tuba brevis & recta.

1108. RUBUS caule spinoso, subrecto, foliis quinatis & ternatis, subtus tomentosis, fructibus hirsutis. *idæus*

*Rubus idæus* (f) BLAKWELL. t. 239. *vulgaris* CLUS. *Hist.* p. 117.

*Rubus foliis quinatis pinnatis, ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis* LINN. p. 706.

*Rubus* du HAMEL II. p. 234. n. 9.

β Varietas

(z) *Flor.* p. 188.

(a) *Flor. provinc.* p. 463.

(a\*) Qui Rosam, Alchimillam & Aphanes addit.

(a) TOURNEFORT. B. B. E.

(b) A. C. B. D.

(c) F.

(d) G.

(e) H.

(f) *Rubus idæus* priore [nigro] tenerior, minoribus spinis horrens, etiam sine spinis invenitur DIOSCORIDES IV. c. 34. Spinis minus aduncis PLIN. L. XVI. c. 37. rarioribus, calamis innocentiorebus L. XXIV. n. 75.

Tom. II.

L

β Varietas non spinosa BRASSAVOLA exam. *Syrup.* p. 218.

*Rubus hircinus* TABERNEMONT. p. 896. 897.

Icon MERIANÆ CCXXII. Eum MARANTA pro *Idæo* habet (g).

γ Fructu albo THAL. p. 102. seq.

Abunde in sylvis cædvis & collibus.

Varietas non spinosa circa rivum *Glasbach*.

Frutex sepedalis, erectior, nec repens, spinis paucioribus, rectis, fulcatis. Folia ex eodem pedunculo pinnata, quina, superne terna, quorum ultimum impar, majus sæpe, & semibilobatum, aut semitriblobatum est, ut & ipsa vere quinata sint; cæterum ex ovatis longe lanceolata, ferrata, subtus tomento incano tecta. Petioli floriferi fere quinqueflori. Calyces albo tomento obsiti, longe caudati. Flos similis sequenti; flaccidus, sed fructus ruber, odoratus, gratissimus, baccis tenero villo obsitis.

De fructu aqua (b) grati saporis & odoris stillat. Fructus & in cibum accipitur, & syrupus inde paratur, qui multa aqua dilutus, adjecto acore minerali, in febribus (i) refrigerans & salutare medicamentum præstat. Margaritis & lapidibus pretiosis GESNERUS præponebat. Acetum cum fructibus infusum ad dentium putredinem non præter rem laudatur (k). Hydromeli cum Rubo idæo deliciosum Russi (l) parant. Vinum (m) Fragi & Rubi idæi ad vitia renum non inutile habetur.

1109. RUBUS caule spinoso, serpente, foliis quinatis & ternatis, subtus subto- mentosis, bacca levi.

*Rubus* CAMERAR. *Epit.* p. 751. LOBEL. *ic.* II. p. 211. BLAKWELL. t. 45. du HAMEL II. p. 234. \* SCHMIEDEL T. II.

β Absque spinis BARRELIER. *ic.* 395.

γ Fructu albo RAJ. *Synops.* III. &c.

δ Flore semipleno VAILLANT.

ε Flore pleno *Bresl. Saml.* ann. 1723. m. Jul. *Garden of EDEN.* t. 46.

α. ε *Rubus foliis quinato digitatis, ternatisque, caule petiolisque aculeatis* LINN. p. 707.

Nihil frequentius in sylvis. Sub Rubis abietes renascentes convalescunt, idque tecta- men ad sylvarum reparationem NATURA dedit.

Caulis fruticosus, procumbens, longe reptans, spinis pedatis, rectis vel aduncis, quæ in pedunculos, & petiolos, florumque nervos continuantur. Folia ima qui- nata, pinnis confertius nascentibus, non vere digitata, quoque folio ovato lan- ceolato, pene rhomboideo, serrato, & subinde profundius inciso. Deinde su- prema folia ternata sunt, in quibus unum alterumve, ut in priori Rubo, sæpe ex duobus quasi coaluit, & bilobatum est. Media pars folii interioris, cauli obversa, sæpe major est. Infima folia alba sunt, rariori tamen tomento, summa simplicia, aut semitribloba. Pedunculi villosi, teretes. Petioli triflori, biflori, & uniflori, in spicam fastigiati. Calyx tomentosus, ut in priori, longe caudatus. Petala (n) pariter subrotunda, flaccida, alba, vel subpurpurea. Stamina nume- rosissima, ad 150. Circa carnosum, ovato conicum, receptaculum acini quinquageni, glabri, nigri, monospermi, quorum quisque suam rectam tubam edit.

Folia adstringunt & siccant (o). In ulceribus pedum (p) pervicacibus, in gingivarum ma- lis, in angina, decocta cum foliis aqua laudatur. Cataplasmatibus modo folia in erysi- pelate feliciter adhibita fuerunt (q). Radices habentur inter aperientes, inque hydrope & diuturnis malis aliis ejus scopi medicamentis adduntur.

Fructus dulcis est, sed absque aromate, pueris non ingratus cibus, ex quo pul- tes etiam fiunt, quas non illibenter in mensam admitto: syrupus & gelatina putre- dini resistunt; ad febres valent; in angina dolentes fauces solantur. Farina cum

fucco

(g) *Method.* p. 24.

(b) LEMERY *traité des aliments* I. p. 156. SCHULZ *rub. id.* p. 23.

(i) SCHULZ. *de fruct. bor.* p. 18.

(k) SERIZ. *Diff.* IV. n. 23.

(l) OLIVAR. p. 205.

(m) SHORT. p. 157.

(n) Plura, sæpe quina SCHMIEDEL.

(o) DIOSCORID. IV. c. 33.

(p) Vis fructibus ad ulcera & adstringens est PLIN. L. XXIV, n. 73.

(q) LEMERY *traité des aliments* I. p. 264. 265.

v. g.

v. D.

fruticosus

v. D.

v. g.

succo fructus Rubi tosta in dysenteria non malum rusticorum remedium est (r). Diamoron etiam recipiebat mora bati, & ea de cærulea specie fumi SYLVIVUS iussit (s). In succo Rubi vim materiem apostematam resolvere aptam incredulus ille Leonardus a CAPOA (t) admittit. Denique aqua de floribus & fructibus grati odoris stillat, & succus per fermentationem bonum in vinum transit (u).

IIIO. RUBUS caule aculeato, prostrato, foliis ternatis, subtus hirsutis.

*Cæsius*

*Rubus minor* DODON. p. 742. fructu cæruleo J. B. II. p. 59.

*Rubus foliis ternatis, subnudis, lateralibus bilobis, caule tereti, aculeato* LINNÆUS. I. p. 706.

In agris declivibus, & fossarum aggeribus. In gubernio Aquilejensi, etiam ad vias, murosque vinearum.

Habitus prostratus, minus ramosus, spinis brevibus adpersus, etiam in pedunculis. Folia constanter ternata, sæpe semibilobata, profundius incisa, ferrata, subtus subhirsuta. Petioli floriferi teretes, lanuginosi, longi, uniflori, biflori, triflori, rariter spinosi. Calyces tomentosi, caudati. Fructus cæruleus, ex paucioribus & majoribus acinis compositus; sæpe ita paucis (x), ut ad sequentem speciem accedat. Flores similes.

IIII RUBUS caule herbaceo, foliis ternatis, glabris, acinis baccarum distinctis, paucissimis.

*saxatilis*

*Rubus saxatilis* RICHTER.

*Rubus alpinus, humilis* GESNER. hort. p. 277. J. B. II. p. 61. SCHEUCHZER. II. alp. VI. p. 461. VII. p. 518.

*Rubus saxatilis alpinus* CLUS. Pannon. p. 115. 116.

Icon OEDERI. t. 134.

*Chamerubus saxatilis* SCHEUCHZER. II. I. p. 34.

*Rubus foliis ternatis, flagellis nudis, reptantibus, herbaceis* LINN. p. 708.

In alpium sylvosis & ad vias asperas dumosas. A la Chenau supra Aquilejam, ultra Panex; supra les Plans, ad viam in Lauterbrunnen, in montibus vallis Emmie ultra Tschangnau. In monte Fracto C. GESNER, SCHEUCHZER; ad radicem montis Tittlisberg, & circa Thermas Fabarias. Etiam in montanis, monte Thuir; circa Sonvilliers vallis Erguel, in valle Motier-travers; monte & Chasseralle, à la Chetelaz.

Humilis caulis, herbaceus, hirsutus, prostratus, flagellis reptantibus foliosis & radicatis, spinulis paucis & parum validis adpersus, sic pedunculi florum. Folia etiam subtus glabra, aut rarissimis pilis adpersa, ternata, valida, rotundius circumferata, lateralia sæpe inæqualiter a nervo bipartita, etiam semibilobata. Petioli florum foliis breviores hirsuti, uniflori & multiflori. Calyx lanceolatus, molliter aristatus, non perinde tomentosus, ut in prioribus. Baccæ rubræ ex paucioribus, sed magnis acinis, duobus, tribus, quatuor ad sex usque, distinctis compositus. Flores perexigui.

Pro vero Idæo a SCHULZIO habetur (y). Ad scorbutum laudat Cl. THRELKELD. Russi ex eo cum melle optimum spiritum parant (z).

Rubi septentrionales, ternatis foliis uniflorus, & Ribis folio, nondum in Helvetia reperti fuerunt.

FRAGA-

(r) SCHURZE de bor. fr. p. 15.

(s) MESUE. p. 126.

(t) l. p. 291.

(u) FLOYER. pharmacobar. p. 177.

(x) Mora campagnola 2 ad 5. acinorum ERAS-SAVOLA. exam Syrup. p. 214.

(y) De rubo Idæo.

(z) GORTER. Flor. Ind. p. 79.

## POLYSTEMONES

FRAGARIA CRANZ. Fasc. II. p. 9.

FRAGARIA TOURNEFORT. t. 152. LINN. n. 633.

POTENTILLA LINN. n. 634.

PENTAPHYLLOIDES TOURNEFORT.

QUINQUEFOLIUM TOURNEFORT. T. 153.

TORMENTILLA TOURNEFORT. t. 153. LINN. n. 635.

SIBBALDIA LINN. n. 393.

COMARUM LINN. n. 638.

Cum Cl. Viris CRANZIO & BOEHMERO, etiam cum Cl. du CHESNE (a), has plantas conjungo, quas ipsa Natura vetet separari. Fragariam cum Pentaphyllis retinet simillima esculentæ species sterilis, fructu ficco. Tormentillam (b) solus petalorum numerus non potest avellere: neque staminum numerus in Sibbaldia. Comari placenta carnosâ non plus valet, quam in Fragaria, neque minora petala.

Calyx ergo Fragariis monophyllos, semidecemfidus, segmentis alterne majoribus. Petala quinque cordiformia, ex calyce nata. Stamina plerumque numerosa, perinde ex calyce nata. Receptaculum convexum, educens femina numerosa, nuda, quorum quodque suam tubam ex imo educit, & plerumque præterea placenta pilis pubescit.

## I. FOLIIS TERNATIS.

1112. FRAGARIA foliis ternatis, flagellis reptans PASSEI ic. 103.

Fragaria (c) BLAKWELL. t. 77. sylvestris, vel montana CAMERAR. Epit. p. 765.  
Fragaria flagellis reptans LINN.

β Fructu albo GESNER. hort. Circa Jaikum GMELIN. Itin. IV. p. 361.

γ Fructu maximo, parvi pruni magnitudine du CHESNE. p. 113.

δ Flore pleno Bresl. Saml. ann. 1722. m. Jul. ZANON. BLAKWELL. l. c.

ε Presling, quæ, dum fructus decerpitur, crepitum edit, Knakelbeer WIGAND. herb. p. 59. Aux bois de la Ferrière; Combe de Valanvron.

ζ Petalis viridibus, serratis, foliosis ZANON. t. 78. f. 1. du CHESNE p. 89. Separat LINNÆUS quod erectam putet ad ZANONI iconem.

η Sterilis stigmatibus destituta Coucoux du CHESNE. p. 107.

θ Flagellis non reptans OSTENS. du CHESNE p. 204. Scarlet Strawberry BRADLEY new improv. p. 226.

ι Unifolia du CHESNE. p. 125.

κ Sexu distincta du CHESNE. p. 145. Capitons.

Conf. egregium Cl. Viri libellum.

In omnibus sylvis, inque collibus apricis.

In vera planta radices nigrae, ramosae; caulis partim folia fert petiolata, & caules ramosos floridosque, partim flagellis longe reptat (d), terram sequentibus, iterumque radicatis. Folia ternata, pene rhomboidea, ovato lanceolata, nervis parallelis (e), hirsuta, inferne alba. Petioli florigeri breves, uniflori, in summo caule conferti: stipulae ovato lanceolatae. Calyx monophyllus, decemfidus, segmentis lanceolatis, aristatis, patulis (f), per ætatem reflexis (g). Ex eo petala quinque, alba, patula, subrotunda (h), & ex circulo interiori stamina circiter vigena

(a) p. 39.

(b) De ista LINNÆUS facetur, &amp; olim monebat Cl. BURKHART Epist. p. 148. 149. Separat HIER.

(c) Quinquefolium, in quo fraga nascuntur MARCKII. c. 12. Herba pentaphyllos foliis fragorum simillima IDEM. c. 25. Ideo forte BRASSAVOLA in agro Ferrariensi Fragariam dari scripsit quinquefoliam.

(d) Du CHESNE. p. 12. 17.

(e) Du CHESNE. p. 19.

(f) Ad E. F.

(g) A. B.

(h) TOURNEFORT. C.

gena (*i*). Receptaculum (*k*) ovatum, per maturitatem rubrum fit & succulentum (*k\**), eique nuda semina (*l*) adhærent, ut non vera bacca fit. Tuba cylindrica, pene ex imo (*m*) femine sursum flexa.

Radix & folia acorem cum vi adstringente conjungunt, hinc ad vetusta ulcera (*n*) ficanda herba trita imponitur. Decocta cum foliis aqua os colluitur in dentium malis (*o*). Eadem decocta adversus icterum fineque diuretico præscribitur; eadem alvinas feces rubro colore tingit. Fructus aromatici odoris, grate acida, bacca est. Sylvestris hortensi melior, Europæos fructus horæos hætenus omnes superat. Possit, etsi vix solet, fructus ejusve succus ad febres etiam mali moris putridasque & phthificas (*p*) adhiberi. Vim etiam frangendi calculi (*q*) possidet. Aliquantum utique frugum refrigerat, & in teneris corporibus cardialgiam, lipothymiam (*r*), erysipelas (*s*), totius corporis tumores (*t*) excitavit. Sicca etiam Fraga in Apennino edunt (*u*). Vinum fragorum ad nephritidem utile (*x*). Aqua stillatitia acidas vires habet (*y*) refrigerantes, etiam calculum solventes (*z*) retinet, quæ vis in spiritum, raro exemplo, transit (*a*). Eadem aqua a J. CRATONE (*b*) adversus hæmorrhoides nimias maxime laudatur: & pro cosmetica habetur (*c*).

In ipso sale fixo natura acida & sulfurea residet (*d*).

Coccus polonicus ad Fragariam, Pentaphylla, Anserinam adhæret, aque earum radicibus rubrum suum trahere videtur (*e*).

\* 1113. FRAGARIA caule prostrato, foliis ternatis, retusis, sericeis.

*Fragaria sterilis* C. B. GERARD. p. 170. la CHENAL. *Disp.* p. 10.  
& *Fragaria sterilis amplissimo folio*, & *floris petalis florum cordatis* VAILLANT.  
t. 10. f. 1.

*Fragaria caule decumbente repente* LINN. p. 709.

Ad oras viarum steriles circa Bernam, Roche, Bonneville, &c.

Folia, & flos prioris: sed decumbit, neque flagella habet, & præcocius floret, & toto habitu duriori est; pedicilli florigeri longiores (*f*) sunt, & magis lanuginosi; calyx magis villosus; petala magis emarginata, pilorum circulus pro staminibus, eaque minus numerosa; placenta nunquam in baccae speciem emollita. Folia magis retusa, in eo quasi reflecto sine dentata, cæterum integra (*g*), inferne magis sericea.

1114. FRAGARIA foliis ternatis, sericeis, caule declinato, petalis calycem longe superantibus T. XXI.

*Fragaria Helvetica nana* PARKINSON. p. 118. cum icone.

*Trifolium αβοχρσοειδης* RICHER.

II. *Fragaria parva, luteo flore* C. GESNER. *hort.* add. ad p. 259. b. qui tamen vir Cl. ait fraga ferre, quod a nostra alienum est.

III. *Pentaphylloides majus erectum, flore luteo, ternis foliis* SCHEUCHZER. *It.* II. p. 138. Conf. GERARD p. 469. n. 10.

*Potentilla foliis ternatis, dentatis, utrinque subpilosis, caule decumbente, foliis longiore* LINN. p. 715.

In Gubernio Aquilejensi, & in vicina Valesia non rara. *Aux Effuyeres, Martinets, Fouly*, editiorum tamen hospita, vera alpina: ultra *Enzeindaz*, versus *Chamouny*, in monte *Simplon*. SCHEUCHZER ad lacum Sylvæ planæ. C. GESNERUS in monte

(i) DU CHESNE. p. 27.

(k) TOURNEFORT.

(k\*) E. F.

(l) F. E. Conf. GRENDL. *obs.* 5. f. 5.

(m) DU CHESNE. p. 14. GLEICHEN. t. 30.

(n) *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. ann. 3. *obs.* 81.

(o) MARCELL. c. 12.

(p) Felix eventus SCHULZE *bor.* p. 13.

(q) LOBB. c. VI.

(r) HILD. *Cent.* V. *obs.* 18.

(s) *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. ann. 5. *obs.* 214.

(t) VIRIDET *bor. chyle.* p. 141.

(u) CAMPI *Spicileg.* p. 45.

(x) SHORT *tes &c.* p. 157.

(y) GROFROI III p. 489.

(z) GESNER *Epist.* p. 926.

(a) LOBB I c. GESNER. apud J. B.

(b) *Consil.* L. III. n. 15.

(c) GROFROI.

(d) GMELIN. *Comm. Petrop.* T. V. p. 289.

(e) *Phil. Transf.* Vol. LIV. p. 92.

(f) *Emend.* VI. n. 33.

(g) SIC VAILLANT.

monte *Broulio*, HUBERUS inter *Urseln* & *Realp*, in *Gottardo*. In vallis *Ursaria* montibus la CHENAL.

Planta erecta, pedalis, caule hirsutulo, ramoso, folioso. Folia prima pulpofa fericea, obtusa, rotunde crenata, pene rotunda, longe de more petiolata: in adulta planta tenuiora, modice hirsuta, & superne acutiora, trifida. In summo ramo duo tresve petioli florigeri, supra folia elati. Calyces villosi, albi. Segmenta lanceolata. Flos magnus, flavus; petalis emarginatis. Semina sicca, pentaphylli.

Non est *Fragaria* VAILLANT. t. 10. ut vel solus color floris demonstrat.

Non est *Fragaria* dubia CRANZII p. 24. qui aliam floribus parvis a nostra omnium *Fragariarum* maxime grandiflora diversam intelligit.

\* III5. FRAGARIA foliis ternatis, hirsutis, caulinis tripartitis, stipulis ovato lanceolatis.

*Planta Fragariae similis* MARTENS *Spizberg*. T. X. tab. H. ad b.

*Quinquefolium hirsutum, luteum, paucioribus laciniis* LOESEL. p. 218. ic. 70. mala icon. si nostræ est.

*Trifolium luteum. Tormentilla folio, cineraceum* BARRELIER ic. 710.

*Trifolium Norvegicum majus, subrectum, foliis crenatis, flore luteo* BARTHOLIN. a7. hufn ann. 1673. obs. 130. p. 346.

Icon OEDERI 171.

*Fragaria foliis ternatis, caule dichotomo, pediculis axillaribus* LINN. n. 715. Conf. *Flor. Suec.* n. 457.

Novam plantam ex summis, circa templum *Jovis Pennini*, alpibus nuper detectam, retulit Cl. RICOU (b).

Abunde differt a priori, alta & conspicua, grandiflora planta, & a *Sibbaldia* foliis tridentatis, & a *Fragaria* sterili foliis retusis, in solo apice ferratis.

Humillima omnium, *Sibbaldia non major, biancialis*. Radix tecta vaginis antiquis, subrubentibus. Folia radicalia petiolata, petiolo hirsuto: ipsa ternata, undique circumferrata, paucis, sed magnis dentibus, cæterum ovata, hirsuta, non fericea. Folia caulina fiunt duabus stipulis, & graciliori, trifoliato, petiolato folio. Caules vix bianciales, tamen foliosi, & stipulari; altiores tamen sed defractus video, & icon OEDERI altior est. Stipulae magnæ, ovato lanceolatae (i), ad petiolos & ad pedunculos. Flores in summo caule pauci. Calyx hirsutus, segmentis ovatis, obtusis, lanceolatis, ora pubescente. Petala lutea, cordata (k), venosa, paulo calyce majora. Numerosissima femina, paulumque villi.

Ultra nihil in planta sicca distinxit.

\* III6. FRAGARIA foliis ternatis, retusis, tridentatis, flore calyci æquali, pentastemone.

*Fragaria sylvestri adfuit planta, flore luteo* SIBBALD. *Scot. illustr.* p. 25. t. 6.

*Pentaphylloides fruticosum minimum procumbens, flore luteo, foliis sericeis* *Fragaria ternis* PLUKNET. p. 284. t. 212. f. 3.

*Sibbaldia foliis tridentatis* LINN. *Flor. Lapon. Spec.* p. 406.

Icon OEDERI t. 32.

*Scotish Cinquefoil* PETIVER. *phyt.* t. 45.

Alpina, editiorum hospita. In mont. *Aquilejensibus* ut in *Taveyannaz*. In *Valesiacis Bovinaz*, *Col de ferry*, & supra montem *D. bernardi*, in monte *Simplon*, in montibus vallis *D. Nicolai*. In *Rhæticiis Speluga*, *Furcula*. In *Abbatiscellanis*.

Radix lignosa, multicaulis & multiceps. Folia radicalia, juniora sericea, adulta calva, ternata, in apice retusa, & tridentata. Cauliculi humiles, triunciales, uniflori, triflori, vaginofi. Calyx glaber, durus, venosus, lanceolatus, connivet. & femina, dum maturantur, continet. Petala acuminata, flava, calyce non majora. Stamina & femina non supra quinque.

II. FO-

(b) *Emend. V. obs. 22.*

(i) *Semicordatae* LINN.

(k) *Integra* LINN.

## II. FOLIIS QUINATIS.

1117. FRAGARIA tetrapetala, foliis caulinis sessilibus, quinatis.

*Tormentilla* (1) CAMERAR. *Epit.* p. 685. BLAKWELL. t. 445. J. B. p. 398.

β *Tormentilla alpina* CAMERAR. *hort.* p. 171. & in *Epit.* cum priori.

*Tormentilla caule erectiusculo, foliis sessilibus* LINN.

In pascuis udis, inque sylvis, denique in alpes ascendit.

Radix fit magnis tuberibus, unciam & ultra crassis, numerosis, sanguineo succo plenis. Caules erecti, tamen etiam diffusi, ramosi, a duabus uncis ad pedem alti. Folia omnia sessilia, præter radicalia, quinata, quorum duo lateralia minora, aliquando profunde trilobata & palmata sunt, tria majora: lineis duabus divergentibus, integerrimis, incipiunt, & lanceola ferrata terminantur. In varietate β latiora sunt, & tota ferrata. Summus caulis laxè in distantes ramos finditur. Calyx octofidus (m), segmentis lanceolatis, hirsutis. Petala quatuor (n) cordiformia, lutea, ungue croceo. Stamina ab octo ad sedecim (o) & viginti. Receptaculum pappo distinctum; semina a quinis (p) circiter ad octona (q).

Radix styptica, & austera cum aromate, ob quam *Tormentilla Euricio* CORDO (r) pro *Pentaphyllo* veterum habita fuit. Infusum aquosum adstringit (s). Maximam vim dat extracti aquosi (t), sed inertis; utiles autem plantæ partes sunt in spirituoso extracto (u). Aqua stillatitia roseo grato odore & aromate pollet (x). Multum terræ superest, ad tres octavas totius radices. Inter styptica excellit, ut sola sufficere (y), & loco *Been* rubri substitui possit (z). Ad firmandas gingivas dentium labantium, ad hæmorrhagias ex nimio corporis motu natas, ad diarrhoeas & ad dysenterias decoctum adhibetur, in dysenteria tamen non propinandum, nisi (a) post evacuatam materiem putridam. Ad vetera ulcera eodem auxilio cum fructu *VESALIUS* usus est (b). Ad coria curanda, sola radice *Tormentillæ incolæ Farøensium* (c) insularum & *Orcadum* (d) utuntur: eaque non contemnenda utilitas per nupera (e) experimenta confirmatur, ut ejusmodi coria peritis artificibus etiam firmiora (f) visa sint, quam ea, quæ vulgari artificio cum cortice quercus macerantur. Spes ergo est omnino pretiosæ arboris jacturam evitari posse, ubicunque *Tormentilla* abundat.

In calidioribus regionibus rarior est, & ejus loco *Pentaphyllum argenteum* (g) venditur.

*Tormentilla reptans, foliis petiolatis*, nondum in Helvetia reperta est.

1118. FRAGARIA foliis quinatis, ferratis, petiolis unifloris, caule reptante.

*Quinquefolium* (h) MATTHIOL. p. 1018. CAMERAR. *Epit.* p. 759. BLAKWELL. t. 454.

*Potentilla foliis digitatis, caule repente, pediculis unifloris* LINN. p. 714.

Ad vias ubique.

Caulis, ut in *Tormentilla reptante*, longe repit & subinde radices exigit, & ex longis petiolis folia profert floresque. Illa quina, etiam septena (i), ex uno puncto pedunculi nata, hirsuta, circumferrata (k), extrema minora, medium maximum.

Petioli

(1) *Pentaphyllum Cassubicum, foliis viridibus profunde sessis & majus* HERMAN *Parad. Bat.* p. 211.

(m) *TOURNEFORT.* t. 153, C.

(n) A. B.

(o) Decem A.

(p) *SCOPOLI.* p. 575.

(q) *TOURNEF.* E.

(r) *Botanolog.* p. 71. tum *BRASSAVOLA.* p. 249. Contra eos *MARANTA.* p. 67. & *MATTHIOLUS* p. 332.

(s) *CATHERUSSE.* *mater. med.* p. 359.

(t) *NEUMAN.* T. II. P. IV. p. 489.

(u) *NEUMAN.* p. 485.

(x) *IDEM.* *ibid.*

(y) *LUDOVICI oper.*

(z) *EX consilio C. GESNERI Epist.* p. 52.

(a) *BUCHWALD.* p. 274. 337. *Tuto dari DETHAR.*

*DING. method.* p. 112. Ventrem multis in eo morbo movisse paradoxè *DOFRING. medic.* p. 241.

(b) *Rad. Chin. us.* p. 18.

(c) *BARTHOLIN. act. basii. I. obs.* 119. *med. Dan. domestic.* p. 23. *DEBES. Fars.* p. 120.

(d) *MARTIN. Western Islands.* p. 355.

(e) *Götting. gel. Anzeig.* 1755. p. 1308. *Mus. rus. sic.* III. n. 1.

(f) *Mus. rus. sic.* l. c.

(g) *KORONZAY.*

(h) *Pentaphylli radix effossa rubra est, per siccitatem vero nigra fit, & quadratur; hæc de Tormentilla rectius dicuntur.] Folia vicis pusilla sunt, quina. Caules pertenues, rubris internodiis THEOPHRASTUS. L. IX. c. 14.*

(i) *MARANTA* p. 67.

(k) *TOURNEFORT.* H. I.

Petioli florigeri uniflori. Flores flavi, petalis cordatis (1). Stamina fere viginti (m). Calycis folia alterna minora (n): idem amplius. Semina numerosa, in convexum acervum, pilis distinctum congesta: circulus pilosus ovarium circumstat.

Vis in hoc pentaphyllo & radice & folii acida, terrea, austera, adstringens est. Decoctum ad dysenterias datum est, eodem ILL. AUCTOR (o) febres intermittentes pertinaces superavit. In gargarismate utilis est, quando constringere oportet. Ad icterum, ex laxitate natum in Marchia radix adhibetur (p). Folia pentaphylli recentibus quotidie impositis Femina omnia vulnera sanabat (q). Inter fomenta in podagra restringentia censebatur (r).

2119. FRAGARIA caule decumbente, foliis quinatis, ferratis, subhirsutis.

Mutabilis plantula, etsi vulgarissima, vix extricabilis.

*Pentaphyllum repens minus, flore luteo* CLUS. *Pannon.* p. 426. 427. ad acutifolium varietatem.

*Pentaphyllum seu quinquifolium minus* TABERNÆMONT. p. 123.

*Potentilla lobis radicalibus quinatis, acute ferratis, retusis, caulibus ternatis, caule declinato* LINN. p. 712.

*Fragaria vesca* CRANZ p. 12. t. I. f. I.

Vulgo ad vias apricas, vere floret.

Radix perennis, lignosa, longe repens. Caules plurimi, prostrati, multiflori, in summitate laxè ramosi. Folia ex radice petiolata, ex uno puncto quina, etiam ternata; medium maximum, extrema minima, omnia utrinque & in ora sericeis pilis hirsuta, lineis a petiolo natis integris, quæ lineæ in lateralibus breves sunt, in medio longiores; arcu, quo folium terminatur, profunde dentibus parabolicis ferrato, aliquando tamen major folii dentibus inciditur. Folia caulina habent duas stipulas ovato lanceolatas, & folium petiolatum, deinde sessile, trifoliatum, superius tridentatum, palmatum. Stipulæ magnæ, biaures, ovato lanceolatæ. Flores in summis ramis singuli. Calyx valde hirsutus segmentis, alterne majoribus, intus flavis, lanceolatis; exteriora fere purpurascunt, interiora viridia se circa fructum conlectunt. Petala lutea, cordata, alias macula saturata tincta, alias minime (t). Stamina fere 18. ad viginti & unum. Semina plurima, in placenta pappo distincta.

Junius in siccis natum, est *Quinquifolium minus, repens, lanuginosum, luteum* C. B. Varietas petalis maculatis videtur.

*Fragaria foliis radicalibus, quinatis, obtuse & alte ferratis, floribus suboppositis, trifida petalis maculatis* CRANZ p. 15. t. I. f. 2.

*Quinquifolium minus, repens, aureum* SCHEUCHZER It. IV. p. 427.

2120. FRAGARIA caule suberecto, foliis quinis, septenis, ferratis, obtusis.

Est ex fide Herbarii BAUHENIANI *Quinquifolium erectum, montanum, hirsutum, luteum* C. B. *Prodr.* p. 119.

*Quinquifolio similiis emeaphylla, hirsuta* C. B. *Prodr.* p. 139. ex LINNÆO.

*Potentilla (opaca) foliis radicalibus crenatis, cuneiformibus, ferratis, caulibus suboppositis, radicibus filiformibus, decumbentibus* LINN. *Cent. I* n. 35. p. 274. *Spec.* p. 713.

Quo refert trifoliatum illud IV. n. 2. CLUS. p. 429.

Videtur *Fragaria foliis quinatis, angustis, cuneiformibus & cuneiformiter ferratis, pilosis, caubus filiformibus, rubentibus* CRANZ p. 14.

Passim reperi, Bernæ in glareæ fodinis, etiam circa Fouly, in monte Joux verte, in Gemmo.

Huic radix etiam longa, gracilis, rubris squamis tecta, multicaulis & multiceps. Folia radicalia longe petiolata, quam priori longiora, quinata, etiam septena, nempe extrema profunde bifida, omnia retusa, tota ferrata, leviter hirsuta, etiam glabra, oris pubescens, dentibus ultimis ovatis. Verum in hac specie, minime raro, sub quinis, aut septenis foliis accedunt distincta, etiam semipollice

(1) IDEM. p. 251. A.

(m) Vide ordinem BOSSEK. *antber. flor.* p. 16.

(n) C. C.

(o) *Febr. intermitt.* p. 185.

(p) GLEDITSCH. *meth.* p. 21.

(q) SANCASSANI *diluc.* I. p. 99.

(r) *ARRT. Civ. drut.* II. c. 12.

(s) Unde icon *quarti* II. CLUS. *pannon.* p. 42.

(t) Etiam LINN. *Flor. Suec.* n. 55.



pollice inferius nata exigua folia profunde ferrata, ut novena videantur. Folia caulina, ut in priori; prima ex duabus ovato lanceolatis stipulis nata, ternata, petiolata; suprema tantum incisa. Non magis, quam in priori, obposita sunt, utrique enim, ubi caulis in duos ramos finditur, & florem tertium educit, duo folia ex eodem loco prodeunt. Caulis minus decumbit, quam priori, pedalis, cubitalis, ramosus, valde multiflorus, subhirsutus, sæpe rubens. Stipulæ similes. Petioli florigeri prælongi, uniflori. Flos conspicuæ magnitudinis: calyx etiam sæpe rubore tinctus, hirsutus: petala multo majora, ut flos uncie diametrum superet, venosa, cordata, lutea, etiam maculata. Placenta papposa.

Ita nostra se habet. LINNÆANA descriptio non recedit. Sed C. BAUHINIANE plantæ in adversariis meis adscripti, ignotam esse, & C. B. flores parvos foliaque villosa facit, quod nostræ non convenit.

Ita separo speciem, quam separatam reperio. Nondum enim persuadeor satis a 1119. distinctam esse.

\* 1121. FRAGARIA caule erecto, foliis quinis & septenis, acute ferratis.

*Quinquefolium montanum, erectum, hirsutum, luteum* GARIDEL. l. 83.

*Quinquefolium alterum vulgare* DODON. pempt. p. 116.

*Potentilla foliis septenis, lanceolatis, serratis, utrinque subpilosis, caule erecto* LINN. spec. p. 711.

*Fragaria recta* CRANZ p. 24.

In monte *Follatel* inter *Branson* & *Ellé*: in summo districtu *Decurie Gomsch*, & circa *Chiavennam*.

Caulis erectus, fruticosus, foliosus, bipedalis. Folia hirsuta, & pene aspera, viridia, tota acuta, & profunde ferrata, septena & quina, digitata, similia fere 1120. Stipulæ profunde laciniatæ. Flores in umbellam erectam summi caulis. Calyx sericeus, pilosus. Petala sulfurea, cordata, emarginata. Stamina fere vigena. Semina intra conniventem calycem maturescunt, numerosa; cum brevi in placenta pappo.

1122. FRAGARIA caule reclinato, foliis quinis, ferratis, oris sericeis. T. 21.

*Quinquefolium aureo flore* III. CLUS. *Pannon.* p. 426. 427.

*Quinquefolium alpinum, splendens, aureo flore.* J. B. II. p. 398.

*Quinquefolium minus, repens, alpinum, aureum.* J. R. H. SCHEUCHZER. *It.* II. p. 139.

*It.* VII. p. 517.

*Potentilla foliis radicalibus, quinatis, serratis, acuminatis, caulibus ternatis, caule declinato*

LINN. *Cent.* II. n. 153. *spec.* p. 712.

*Fragaria foliis radicalibus quinatis, splendentibus, ora argentea, petalis maculatis*

CRANZ p. 17.

Icon OEDERICI. 114.

β *Flore pleno* Cl. GAGNEBIN in monte *Chasseralle*.

In alpinis ubique, ut enumerasse non adtineat. In montanis *Chasseralle*, *Tête de rang*, *Dolaz*, &c.

Habitus *Fragariæ* 1119., radice perenni, multicipite, foliis radicalibus quinatis, caulibus perinde ternatis, ex stipularum sinu prodeuntibus. Omnia ad petiolum longe integra, retusa, non acuta, sericeo pilo hirsuta, oris argenteis. Caules declinati, semipedales. Stipulæ ex ovato acutæ, lanceolatæ. Caulis summus ramosus, umbellifer. Calyx sericeis pilis hirtus, argute lanceolatus. Petala magna, crocea, macula saturatiori insignia. In placenta pappus; conf. JACQUIN. n. 43.

1123. FRAGARIA foliis ovatis, apice ferratis, oris sericeis, pappo placente longissimo

I. *Quinquefolium* II. CLUS. *Pannon.* p. 423. 425.

*Quinquefolium minus, album, alterum* SCHEUCHZER. *It.* II. p. 139. *It.* VI. p. 460.

*Quinquefolium album minus* C. B. *Prodr.* p. 139.

An & *majus* EJUDEM. *ibid.*?

An & *Quinquefolium* I. *majus, albo flore* CLUS. *Pannon.* p. 423. 424. foliis partim integris? Sed separat ILL. CRANZ, cui est *F. petiolis & foliis quinatis, caule procumbente fere altioribus, flore albo* p. 19. Exemplum a Cl. JAQUET missum vix a nostris sinit separare.

*Potentilla foliis quinatis, apice conniventibus, caulibus multifloris, erectis, receptaculis hirsutis* LINN. Centur. II. n. 155. Spec. p. 713.

Pulchra planta minime in Helvetia rara, in Gubernio *Aquilejensi* & vicina *Valesia* etiam vulgarissima, ad rupes prope *Roche, Agaumum* [in muris ipsius oppidi], *porte du six*. In *Creux du Vent*. Ad lacum *Rivarium*, versus *Wallenstatt, Sargans, & Ragaz*. Circa *Curiam*. In monte *Schin* Rhætorum, in *Abbatiscellanis alpihus beym wilden Kirchlein*; ad initia *via male*, ad viam periculo plenam inter *Salges & Innen Valesiæ*. Rupetris & muralis planta.

Radix perennis lignosa, tuberosa, maxima, multicaulis & multiceps: maximos cespites efficit. Folia radicalia petiolata, quinata, aurei similia, retusa, pene ovata, apice angustiori retuso, in eo solo apice ferrata, cæterum integra, ora ferrica & splendente. Caulis pedalis, ramosus & foliosus. Stipulæ maximæ, ovato lanceolatae. Flores albi, petalis cordatis, fed angustioribus. Placenta longe papposa; sic semina, & staminum filamenta pubescunt.

Vide enumerationem synonymorum, quæ olim conjunxi *It. Helvet. n. 47. ad 52.* & conf. *JACQUIN obs. n. 44.*

*Quinquefolium album* TRAGI in Helvetia nondum repertum est.

1124. FRAGARIA caule erecto, foliis quinatis, apice ferratis, subtus tomentosus.

*Pentaphyllum minus* CAMERAR. *Epit. p. 760.*

*Quinquefolium petraeum majus* TABERNEMONT. p. 122.

*Fragaria subtus argentea* CRANZ. p. 11.

*Potentilla foliis quinatis, cuneiformibus, incis, subtus tomentosus, caule erecto* LINN. p. 712.

Ad vias ficas & in muris frequens, Bernæ *beym Siebenhaufe*.

Facies fruticosa, erecta, caule firmo, non diffuso, neque valde ramoso. Folia pulposa, subtus albo tomento obducta, in hac gente longissima & strictissima: caulina ima petiolata, quinata, lineis divergentibus, longe integris, dentibus ad convexum apicem paucis, ternis, quinis & septenis. Inde folia sessilia quinata, tunc palmata, & denique linearia. Stipulæ subtus tomentosæ. Flores in ramosi caulis summa parte umbellam efficiunt. Calyx tomentosus, albus. Petala lutea, non maculata, subrotunda. Placenta papposa. Stamina fere vigena, in tribus ordinibus. Radix lignosa, perennis.

### III. FOLIIS PINNATIS.

#### PENTAPHYLLOIDES TOURNEFORT.

\* 1125. FRAGARIA foliis subtus tomentosus, pinnatis, pinnis primis pinnatis, ultimis simplicibus.

*Pentaphylloides repens, foliis pinnatis* BUXBAUM Centur. I. p. 49.

*Potentilla foliis bipinnatis, segmentis integerrimis, distantibus, subtus tomentosus, caule decumbente* LINN. p. 710.

Ex Sibiria missum in horto colui, ubi altius aliquanto & laxius crescit: humilior, cætera simile, circa rupes glaciales montis *Stok* provenit, qui ad vallem *St. Nicolai* pertinet.

Caulis ex perenni radice, fuscis squamis tecta, in hortensi planta erigitur, foliosus & ramosus; in alpina declinatus. Folia cum ultima *Fragaria* conveniunt, quod facies inferior tomento albo obducatur, cæterum radicalia longe petiolata, pinnata sunt, paribus pinnarum tribus, quatuor, nono impari: pinnæ primæ pinnatæ, tripartitæ, proximæ quinque & septipartitæ, lobis ultimis longis, linearibus, integris: pinnæ ultimæ lineares. Stipulæ strictæ, subhirsutæ. Flores in summa planta congesti. Calycis hirsuti & albi segmenta valde inæqualia; exteriora (u) ovato lanceolata; interiori gracilia. Petala sulfurea, lutea, profunde cordata. Stamina non numerosa. Placenta papposa.

1126.

(u) *Catal. Hort. Götting. p. 105.*

1126. FRAGARIA caule repente, foliis pinnatis, ferratis, subtus tomentosis, petiolis unifloris.

*Potentilla* CAMERAR. *Epit.* p. 758.

*Argentina* BLAKWELL. t. 6. DODON. p. 600.

*Potentilla foliis pinnatis, ferratis, caule repente* LINN. p. 710.

Nihil vulgatius ad vias paulum humectas, & ad fossas.

Radix exigua, multa tamen folia educit, terræ adpressa, & caules prostratos, per intervalla ramosos, & foliosos, seu flagella, Folia acute circumferrata, subtus ferricea, villo splendens, lanceolata, pinnata, parium decem, duodecim, quibus pinnæ minores interponuntur: in univsum ovals, acute circumferrata, progrediendo majores fiunt. Flores ex foliorum alis, in petiolis nudis, unifloris Calyx sæpe bifectis foliis ludit. Petala lutea, patentia, rotunda. Stamina a vigenis ad 25. Placenta papposa.

Sapor herbaceus, subsalsus, cum acoris vestigiis. Tota planta edulis est, & in Scotia (x) in cibum recipitur. Cæterum ex gentis more adstringit, & vulnera sanat. Succu uncias sex & quatuor ad fluorem album non absque utilitate TOURNEFORTIUS propinavit. Eundem succum, cum fecalis succo mistum, pro idoneo lithonriptico medicamento TIMÆUS (y) habuit, ad uncias octo. An huc *Potentillam* referas, cujus infusum theiforme cum saccharo calculum cogit viscorem sudare, & colliquefacit (z)? Denique ad antiqua ulcera, ad dysenterias, tonumque viscerum confirmandum LOBELIUS laudat. Aqua stillatitia inter cosmeticas censetur. In sale fixo acor est, ut in aliis stypticis (a). Armenta anserinam non amant, forte ob pulverem (b).

*Pentaphylloides supinum* nondum reperimus.

1127. FRAGARIA foliis pinnatis, pinnis septenis, subrotundis, ferratis.

*Quinquefolium* V. CLUS. *Pannon* p. 431.

*Pentaphylloides erectum*. J. B. II. p. 398. d.

*Potentilla foliis pinnatis alternis, foliolis quinis, ovatis, crenatis, caule erecto* LINN. *It.*

*Wästrogöth* p. 63. 76. *Spec.* p. 711.

Non vulgatissima in Helvetia, secundum semitam ab acie *Hermitage* ducentem ad montem *le Petit Saleve*, prope arcem. *A Gental Gen.* de SAUSSURE. In valle *Servant* *Valesiæ*, versus montem *Salanse*. In valle *Praborgne*. In sylvâ *Scharen*.

Ex radice lignea perenni folia & caulis: illa subhirsuta, pinnata, pinnis septenis, subrotundis, a nervo inique divis; primis minimis, ultima maxima. minoribus intermissis. Caulina folia quinquefida & trifida. Caulis pedalis, cubitalis, in summa parte ramosus. Stipulæ exiguæ, lanceolatæ. Calyx hirsutus, segmentis alterne perparvis, majoribus tridentatis. Petala patula, subrotunda, alba. Stamina miniata. Placenta papposa (c).

1128. FRAGARIA foliis pinnatis, petalis lingulatis, minimis.

*Pentaphyllum palustre* CORD. p. 95. b.

*Quinquefolium quartum* DODON. p. 167.

α. β. *Marsh cinquefoil* PETIVER. t. 45.

β *Pentaphyllum palustre, rubrum, crassis & villosis foliis, suecicum & hibernicum* PLUKNET. p. 284. t. 212. f. 2.

*Comarum* LINN. p. 718

In Helvetiæ palustribus frequens, Bernæ, ultra *Pümpliz* in torfaceis: in paludibus sylvæ *Bremgarten* inter vias ad *Neubrük* & ad *Hasli*. In torfaceis *Günlingensibus* (d), & circa *Löbr*. Circa *Herzogenbuchsee*.

Caulis serpens, per intervalla ramosos exigit longissimas, & simplicis. Caulis floriger, cubitalis, ex apice multiflorus. Folia pinnata, pinnæ quatuor & septenæ, ellipticæ, acute

(x) SIGAÑE *trav.* I. *prof.* p. XXI.

(y) Duplum anserinæ, dimidium *Secalis* L. III. *conf.* 32. *Add Eph Nat Cur Dec.* II. *ann.* 5. *obs.* 14.

(z) PALUCCI *sur la pierre* p. 39. qui non est ad manus.

(a) GRELIN *Comm. Petrop.* V. p. 237.

(b) SCHREBER. *Saml.* III. p. 12.

(c) Semina GEFF. t. 72

(d) Etiam in America KALM. II. p. 283.

acute ferratæ, impare majori. Stipulæ ex ovatis lanceolatæ. Flores in summo caule ramifve aliquot. Calyx amplissimus, obscure purpureus, segmentis alterne minoribus. Petala quinque minima, lingulata, obscure purpurea. Stamina 25. ad triginta. Placenta breviter pappigera, undique pullis tubis aspera, per maturitatem carnosâ, tumida. Non potest a Pentaphylloide separari.

Ex radice cum Vacciniis & cineribus clavellatis, radice Helenii & urina, cæruleus color paratur (e). Infusum corium (f) vitulinum maceratum ad usus mechanicos bene præparat. Sic Fragaria n. 1119.

GEUM LINN. n. 636.

CARYOPHYLLATA TOURNEFORT. t. 151.

Calyx in quinque (g) magna, & in quinque perparva segmenta divisus, ut in Fragaria. Flos perinde ex calyce natus. Petala quinque (h), sæpe plura; sed femina tubam longam, plumosam (i) emittunt, quæ Pentaphyllis brevis est. Receptaculum pariter papposum.

1129. GEUM foliis pinnatis, pinnis acutis, extrema maxima, trilobata: floribus conniventibus, nutantibus.

*Caryophyllata alpina, nutante flore* CLUS. Pannon. p. 433. 434.

*Septentrionalium rotundifolia, papposa, caryophyllata* LOBEL. ic. p. 694.

β *Caryophyllata montana* III. CLUS. Pannon. p. 637. 638. calycis foliis magnis, ferratis, flore & pleno & simplici. Talis mihi in horto sponte nata est, ut etiam petiolus fructus foliosus esset, & calycis sex folia in folia rhomboidea, reliquæ plantæ foliis æqualia, abirent. Ita Cl. SCOPOLI p. 572. hoc Geum vidit petalis octo, furculo folioso, loco germinis, calycis foliis octo, staminibus nullis.

γ Sic flore pleno & prolifero LOESEL. ic. 6. LINN. Oelanska resa. p. 84.

δ Flore luteo HEWING suppl. flor. pruss.

ε *Geum floribus nutantibus, fructu oblongo, aristis plumosis* LINN. p. 716.

Abunde ad rivos, circa Burgdorf, Bernæ inter duo balnea, ad rivum, qui urbem adluit cis Holligen, &c. In montana inque alpina etiam ascendit.

Radix rufa, lignosa. Caulis erectus, parum foliosus & ramosus, cubitalis, ex summa parte ramosus & florifer. Folia sicca, subhirsuta, mollia, pinnata, pinnis fere majoribus quinque, cum minimis intermissis, quarum primæ duæ minores sunt; omnes acutæ, ferratæ. Superiora folia tantum tres pinnae habent, aut unam trilobatam, cum paucis accessoriis, exiguis; ultimum longe amplius & trilobatum est. Stipulæ acute incisæ, minores quam petiole, ex quibus flores nutant. Calycis segmenta alterna, perexigua, acuta. Petala conniventia, in transversum lata, emarginata, rubella, venosa, sæpe sena, aut septena. Stamina supra centum, ad 128. 130. Receptaculum petiolatum, sphericum, capitulum semiferum rotundum. Semina tubas edunt, molli pilo barbata, sine simplici, calvo (k).

Ad febres intermittentes extractum in Suecia adhibetur (l), non certo sanaturum; sed ad hæmorrhagias uteri, diarrhoeam, morbos ventriculi magnum auxilium (m) præstiturum.

1130. GEUM (n) foliis pinnatis, pinna ultima trilobata, floribus patulis, tubis aduncis.

*Caryophyllata* DODON. pempt. p. 137. BLAKWELL. t. 253.

*C. Vulgaris, flore parvo, luteo* J. B. II. p. 328. l. cum icone aliena.

β Flore

(e) LINDER färgkonst. p. 62.

(f) GLEDITSCH. Abhandl. I. p. 34. 35.

(g) TOURNEFORT. C.

(h) A.

(i) C. E. G. H.

(k) Etiam nudas esse SCOPIN. p. 38.

(l) LINN. cens. med. offic. p. 20.

(m) K. Svensk Vet. nit. Acad. Handl. 1757. n. 2.

(n) Geum habet radículas tenues nigras, bene olentes PLIN. L. XXVI. c. 21.

γ Flore majori PETIVER. t. 40. C. B.

*Caryophyllata sylvensis* FUCHS. p. 385.

Varietates habet MICHELI hort. flor. p. 22.

*Geum floribus erectis, fructu globofo, villofo, ariftis mucinatis, nudis, foliis lyratis*  
LINN. p. 716.

Frequens ad fepes inque fylvis.

Radix perennis, lignofa, fufca, craffa, conica, verno tempore effofa caryophyllos redolet, neque tamen femper. Caulis erectus, cubitalis, foliofus, ex fummitate ramofus. Folia fubhirsuta, pinnata, primo alterove, etiam tertio, pate perexiguo, pare majori, a nervo inæqualiter divifo, pene rhomboideo, etiam femibilobo; & extrema pinna maxima, trilobata. Scipulæ magnæ, rotundæ, ferratæ, etiam femibilobæ. In fummo quoque ramo exiguus flos, calyce per ætatem reflexo, segmentis alternis minimis, petalis rotundis, luteis, patulis. Stamina ad quinquaginta quatuor. Placenta cylindrica & femina hirsuta; tubæ non plumofæ, geniculate, ut ariftæ aliquæ avenarum, primum deorfum flexæ, inde furfum.

Post macerationem aliquot dierum, stillatitia aqua oleum fecum elevat, optimi odoris (o). Ad morbos a fibra laxa natos valet vi adstringente, cum debiliori aromate (p) conjuncta. In aqua infufam radicem vidi in febribus malignis dari, malo effectû, ut continuo deliria cieret. Scopus erat, pustulas expellere (q); Alexipharmaca enim effe putatur (r). Vinofum infufum etiam magis roborat ventriculum, & intellina, ex diarrhoea, vel ex dysenteria laxa; in vulneribus, morbis chronicis, serofis (s), febribus intermittentibus (t) valet. Grana 30. & 40. pulveris radicis in fine dysenteria bona (u). Demum inter aphrodisiaca cenfetur (x). Cataplasma ad epiphoram Cl. KOENIG expertus est opem ferre (y).

1131. GEUM foliis pinnatis, extrema maxima, rotunde cordata.

GESNER icon. an. 21.

*Caryophyllata montana* CAMERAR. Epit. p. 727. II. CLUS. Pannon. p. 436.

& *Caryophyllata, omnium minima* PONÆ apud CLUS. p. CCCXLII. *Alpinæ minimæ* I. Spec. PON. Ital. p. 203.

*Caryophyllata alpina minor* C. B. Prodr. p. 139.

*Caryophyllata alpina, minima, flore aureo* BARRELIER. ic. 399.

*Geum flore inclinato, folitario, fructu oblongo, ariftis plumofis, rectis.* LINN. p. 717.

In omnibus pascuis alpinis, non tamen in Jura monte.

Radix etiam dura, lignofa. Folia radicalia plurima, mollia, hirsutiffima, pinnata, parium quinque & ultra, ultima pinna maxima, subrotunda, obtuse cordata, incifa, & ferrata. Caulis non ramofus, paucis stipulis laciniatis adfperfus, uniflorus, quatuor unciarum, etiam pedalis. Flos magnus, patulus, petalis flavis, emarginatis, etiam feptenis, calycis alternis segmentis minimis. Tubæ longæ, plumofæ, fericeæ, neque adunco fine. Stamina numerosiffima.

1132. GEUM foliis pinnatis, trilobatis, incifis, flagellis reptans.

GESNER. ic. lign. 137.

*Caryophyllata alpina minima* II. Spec. PON. Ital. p. 205.

*Caryophyllata alpina tenuifolia, incana, flore luteo, longius radicata* BARRELIER. ic. 400. & omiffis vocibus, flore luteo, BOCCONE mus di piant. p. 116. t. 128.

*Caryophyllata αλπικοσπερμοκαππος* RICHER.

*Geum foliolis uniformibus, incifis, alterne minoribus, flagellis reptantibus* LINN. p. 717.

Aliquanto rarior, in Aquilejensibus tamen alpidus passim; in mont. Audon, Prapioz, Enzeindaz, Javernaz, Chaux commun, Mont. Fouly, Serin, Simplon, Schönbühl. In montibus vallis Kienthal Cl. DICK. FABRICIUS (z) ex Gallanda monte Mere alpina.

Ex

(o) HILL. mater. medic. p. 619.  
(p) EBERHARD Oecon. pfl. bist. T. VI. p. 26.  
(q) VALVASOR Grain. I. p. 379.  
(r) CHOMEL.  
(s) BUCHWALD. p. II.

(t) CHOMEL.  
(u) SCOPOLI. p. 571.  
(x) Eph. Nat. Cur. Vol. V. obs. 83.  
(y) Eph. Nat. Cur.  
(z) p. 225. b.

Ex lignosa, perenni, maxima, radice plurima folia & caules florigeri, alique serpentes. Illa hirsuta, pulposa, pinnata, parium quinque & sex, non sine minimis pinnulis intermissis. Primæ parvæ, ultimæ majores, extrema trilobata, aut quinquelobata, rotunde circumscripta, & profunde incisa & dentata. Caules foliis paulo longiores, stipulis ovato lanceolatis, & foliolis palmatis adspersi, uniflori. Flos maximus, multo, quam præcedenti major, etiam biuncialis, persæpe petalis, & calycis divisionibus supernumerariis, & frequentius adhuc minoribus, lanceolatis, segmentis calycis duplicatis luxurians, quæ majora sunt, quam in 1134. & sæpe rubent. Flos flavus: petala emarginata, lineata. Tubæ sericeæ, ovatæ; semina hirsuta. Alii caules procumbentes, exiguis palmatis foliis adspersi. Gea Potentillis proxima sunt.

DRYAS LINN. n. 637.

GERVARIA It. Helvet. I. n. 9. II. n. 11.

CARYOPHYLLATÆ Spec. TOURNEFORT.

A Caryophyllata differt calycis segmentis omnibus æqualibus, eodem cum petalis numero, qui naturaliter quinarium superat, & ad 7. 8. & 9. augetur. Sæpe ad 8. definitur.

1133. DRYAS floribus octopetalis, foliis ovatis, subtus albissimis [ simplicibus ] LINN. p. 717.

GESNER. ic. en. 20.

Chamædryas III. CLUS. Pannon. p. 30. 611.

Chamædryas montana TABERNÆMONT. p. 379.

Caryophyllata alpina, Chamædryas folio J. R. H. SCHEUCHZER. It. I. p. 33. It. IV. p. 332. It. VII. p. 511. MANGET. Pharm. T. I. t. 4. T. V. p. 552.

Icon OEDERI t. 31.

In omnibus alpebus, etiam in Falconario Monte, in Dent de Vaulion, et Hengst, montana planta & alpina.

Radix perennis, tuberosa, lignea, plurima & folia profert & flores, latissimosque in cespites exuberat. Caules perennantes, lignosi, foliosi, dodrantaes. Folia dura, subtus brevi tomento obsita, ovata, rotunde ferrata. Petioli florales uniflori. Flos patulus, calyce virente, stellato. Petala elliptica, obtusa, tenera, alba. Tubæ molliter plumosæ, ut in ultimis Georum. Stamina supra centum. Calycis segmenta ovato lanceolata. Tubæ longissimæ, plumosæ, ut in sequentibus. Kamtschadali Dryadis decoctum adversus dolores, & tumores crurum adhibent (a). ILL. CRANZIUS cum Geo retinet p. 7., a quo proportione partium differt.

#### FILIPENDULA

FILIPENDULA TOURNEFORT. t. 151.

ULMARIA TOURNEFORT. t. 141. &

BARBA CAPRÆ TOURNEFORT. t. 141.

SPIRÆA LINN. nov. gen. plant. n. 630.

Si aliquæ LINNÆI Spireæ polyspermæ sunt, nostris Filipendulis semina sunt in sua capsula solitaria, ut a Thalicthro separari nequeant. Calyce primo differunt, quem femiquinquefidum, acutum habent. Petala quinque, in aliis sex, ex calyce nata, subrotunda. Stamina circiter viginti, flore breviora. Capsulæ acuminatæ, bivalves, monospermæ.

1134.

(a) Natur. hist. p. 92.

1134. FILIPENDULA dioica, foliis duplicato pinnatis, pinnis quinquefoliis, trifoliis & simplicibus.

*Barba Capræ* CAMERAR. hort. p. 26. Ic. IX.

*Barba Capræ, floribus oblongis* C. B. MORISON. umbell. p. 59.

Varietates staminibus longioribus & brevioribus habet MICHELI hort. Florent. p. 14.

*Spiræa foliis supradecompositis, spicis paniculatis, floribus dioicis* LINN. p. 702.

In Helvetiæ umbrosis sylvis minime rara. Bernæ in sylvulis ad Arolam, sub *Wabern*. Circa villam fratris mei *die Halle*. In adscensu Montis *Pinzberg* prope *Burgdorf*. Ad sepes inter *Belmont* & *Herblingen*, ad viam *Nidoviam* ducentem. Circa *Wasssen* Uriorum. Basileæ ad Rhenum prope novam domum. J. B. Genevæ à *la Batie*. GAGNEBIN aux *Combes de Valanvron*, inter *Clevillars* & *Bellelai*, &c.

Habitus fruticosus, sepedalis. Radix magna, dura, lignosa. Folia sicca, nervis duris, conjugatis, figura ex ovali in acutam caudam producta, acute circumferrata, cæterum duplicato pinnata, pinnis primis trifoliatis & quinquefoliatis, reliquis simplicibus, aut semitriobis, extrema impare, reliquis simili, alias majori, alias maxima, Stipulæ nullæ. Spicæ floriferæ ex foliorum alis, aphyllæ, ramosissimæ, confertæ. Flores alii in propriis stirpibus mares, majores, calyce campaniformi, quinquedentato, albo (a), petalis albis, lanceolatis, oblongis, staminibus circa vigena, cum ovarii rudimento (b). In aliis stirpibus flores feminini, petalis minimis, capsulis tribus (c), pendulis, ex ovatis acuminatis, tuba alba, curvula. Semen in quaque capsula suum, strictissimum, longum (d).

Odor gratus.

ILL. LUDWIGIO, ut ex literis percepi, spica androgyna in horto nata est.

1135. FILIPENDULA foliis pinnatis, acute ferratis, minimis intermistis, extrema trilobata, maxima.

*Regina prati* DODON. p. 57.

*Ulmaria* CLUS. Pannon. p. 700. J. B. p. 488. BLAKWELL. t. 465.

β Flore pleno KYLLING. p. 43.

Quid est minima F. flore luteo EJU.SD.

*Spiræa foliis pinnatis, impari majori lobato, floribus cymosis* LINN. p. 708.

Ad aquas, & fossas, & in humidis pratis frequens.

Multa habet prioris similia, faciem siccam, odorem, vim medicam. Sed folia aliter paulo se habent, tantum pinnata, parium duorum, trium, cum pinnulis minimis intermistis, cæterum eundo majorum, impare folio extremo majori, trilobato. Caulis humilior, spica paniculata florifera breviori terminatur. Flores androgyni, calyce colorato, per ætatem juxta pediculum reflexo (e); petalis albis majoribus, petiolatis, subrotundis (f), staminibus 15. ad 25. capsulis numerosioribus, sex ad decem, quæ per maturitatem contortæ, dolii speciem efficiunt (g): tuba incurva, capitata. Semen in quaque capsula perexiguum (h).

Odor gratus. Planta styptica; adstringens, vulneraria: Inde ad dysenterias, & ad vulnera externa commendatur. Felicis etiam WURZII emplastrum herniarium fubit, & in epithemate ad ulcera (i) antiqua laudatur. Aqua stillatitia aroma aliquod habet, quæ & ipsa, & florum infusum, ad exanthemata expellenda in usu est (k). Fomentum ejus aquæ in arthritide & in podagra SPIGELIUS (l) laudat. In sale fixo acor (m) admixtus est, ut in aliis plantis adstringentibus. Ob eandem stypticam naturam ad coriariorum opera utilis est (n). Bonum fœnum præstat (o).

1136.

(a) TOURNEFORT. t. 141. C.

(b) Ita etiam HILL. brit. herb. p. 50.

(c) TOURNEFORT. E.

(d) G.

(e) TOURNEFORT. C.

(f) A. B.

(g) E. F.

(h) G.

(i) Provinc. Medic. berättelse. p. 8.

(k) Phthificis commendat WELSCH. *milfonim*.

p. 17.

(l) Arthritid. p. 85.

(m) GMELIN. *Comm. Petrop. V.* p. 217.

(n) BERNHARD *Wiesenbau.* p. 156.

(o) SCHREBER. *Ill. Saml.* p. 87.

1136. **FILIPENDULA** foliis pinnatis, minimis intermissis, extremo trilobato.  
*Filipendula* (p) DORSTEN. p. 124. BLAKWELL. t. 467. *Vulgaris An Molon* PLINII  
 Ic. Reg. 86.  
*Spiræa foliis pinnatis, foliolis uniformibus, serratis, caule herbaceo, floribus cymosis* LIN-  
 NÆUS p. 702.

In Helvetia paulo infrequentior. Basileæ reperi supra *Münchenstein*, qua itur ad *Gempenweyd*. In der *Renkismatt* ib. Circa *Aigle & Roche* in pratis udis, sic in *Valesia* circa *Gonthey*, Prope *Neocomum au Mail, au Clos des Terraux*, in Valle *Motier Travers*. Genevæ circa *Burdigny* & alibi J. B. & nuper *Vener. de COPPET*.

Radix, ex caule continuata, adspersa, ut nomen fert, habet tubera, subrotunda, ex filis teretibus pendula, inque similia fila terminata. Folia pinnata, multorum parium, ut in aliis *Filipendulis* nervosa, acute & alterne acutius circumferrata, oblonga, prima minima, deinde multa æqualia, ultima confluentia, extrema longe trilobata, minimis pinnulis intermissa. Caulis subnudus, erectus, cubitalis & ultra, rectus, spica laxiori & umbellata terminatur. Stipulæ ferratæ, amplexicaules, maximæ. Calyx per maturitatem reflexus (q), semifexfidus. Petala sex, longa elliptica (r), alba, aut subrubella. Stamina numerosa, ad triginta (s). Capsulæ duodecim, viginti, in circulum dispositæ (t), apice in recurvam tubam educto, quæ crasso scuto terminatur.

Planta, ut priores, styptica est, acidæ indolis & terrea. Radix habetur pro aperiente, diuretica, nephritica, ad hæmorrhoides, ad album uteri fluxum utili (u). Edulem esse, panemque inde fieri, LINNÆUS (x). Vix ullo in usu est.

#### VIII. GYMNOPOLYSPERMÆ.

#### II. PETALIS EX RECEPTACULO NATIS

#### THALICTRUM (a) TOURNEFORT. t. 143. LINN. n. 697.

*Thalictrum* cum *Viticella* naturali adfinitate conjungitur, inde cum *Clematide* & *Anemone*. Flore est ut *Clematis* nudo, tetrapetalo (b), sed magis caduco, flaminibus breviori. Ea numerosa, a 20. ad 60. (c). Semina capsulæ sunt monospermæ (d), alias profunde striatæ, alias foliaceæ, alatæ (e), non numerosæ, tubis brevibus, simplicissimis.

1137. **THALICTRUM** foliis adscendentibus, linearibus, panicula erecta.  
*Thalictrum angustissimo folio* C. B. *Prodr.* p. 146. PLUKNET. p. 364. t. 65. f. 6.  
*Thalictrum foliolis lanceolato linearibus, integerrimis* LINN. p. 769. (f).

In Helvetia rara. *Laufannæ* legit D. MARTIN, locum non indicavit. C. B. in pratis *Michelfeldensibus*. Ibi Clar. la CHENAL in pratorum marginibus haud longe ab eo viculo. STÆHELINUS in angulis pratorum ultra *St. Louis*. Prope *Illkirch*, quod ad *Mülhusiam* pertinet.

Cum sequenti multa similia habet, caulem sulcatum, striatum, subnigrum, habitum strictum caulis, & spicæ floralis. Folia ex vagina orta, sed ea tenuissime divisa, brevia, obtusa. Pinnæ pinnatæ, pinnulæ quinquefidæ, trifidæ & simplices; superiora folia capillaria, pinnata. Stipulæ sicæ, nitentes, ora fusca, latæ, ovato lanceolatæ, laceræ. Spica ex multis petiolis ramosis coalescit, qui ex alis foliorum superiorum exeunt, & eadem in adulta planta nuda caulem terminat; semper autem rami sursum vergunt, & unam contractam spicam efficiunt. Semina striata, pauca, quinque, sex. Tuba acuta, curva. Stamina pauca, neque valde longa. Petala alba, minima. Summus caulis, ut in sequente, amat nigrescere. Radix constat filis flavis, teretibus, gracilibus.

HAGEN-

(p) Molon est scapo striato, foliis molibus, parvis, radice quatuor digitorum, in qua extrema Allii caput est PLIN. L. XXVI. n. 19. Vix putes huc facere: annon Moly?

(q) TOURNEFORT. t. 150. C.

(r) A.

(s) TOURNEFORT. t. 14.

(t) IDEM E.

(u) S. PAULI.

(x) *Plant. sculent.* p. 17.

(a) *Thalictrum* folio *Coriandri* pinguiore, caule *Papaveris* PLIN. L. XXVII. n. 112. Addit *Dioscorides* caulem *Rutæ* crassitudine L. IV. c. 93.

(b) TOURNEFORT. A. C.

(c) E.

(d) L.

(e) I. H.

(f) Separat etiam Cl. DALIBARD. p. 162. & GORTER. *Flor. Ingric.* p. 86. 87.



HAGENBACHIANUM THALICTRUM in *Enum. priori*. n. 2. a nobis recensum, huc pertinere monet Cl. la CHENAL.

## 1138. THALICTRUM foliis erectis, lobulis acute trilobis, spica adscendente.

α Foliis latioribus.

GESNERI *ic. anea* p. 79.

*Thalictrum magnum* DODON. *purg.* p. 434. Ita vulgo, sed est potius *minoris* varietas.

*Thalictrum nigrum*, caule & semine striato J. B. III. p. 497.

β Foliis angustioribus magis rugosis.

*Ruta pratensis major* TABERNÆMONT p. 55.

*Thalictrum majus*, foliis rugosis, trifidis MORISON. *Umbellif.* t. 12. bene.

*Thalictrum pratense*, majus, *Monspeliensium*, rugosis foliis PLUKNET. p. 363. t. 65. f. 3.

α. β. *Thalictrum caule folioso, sulcato, panicula multiplici, erecta* LINN. p. 777.

Abunde in paludosis circa *Auet*, & ad *Erojam* fluv. & circa *Mathod*, *Rupe*. *Basileæ* prope *novam domum*.

Radix fusca, flavo, dulcamaro succo turgens. Caulis cubitalis, & sepedalis, rectus, durus, striatus, ramosus. Folia in universum semitrilobata, semper acuta & lanceolata, nervis frequentissime fuscis, modo latiora, modo angustiora, longa & acuta, subtus rugosa: ora contracta, in speciem plantarum umbelliferarum distributa, duplicato pinnata, pinnis pinnatis, pinnulis quinis & ternis, semitriobis, etiam integris. Stipulæ vaginales siccae, spadiceæ, lanceolatæ, laceræ. Spicæ florales breves, strictiores, paucifloræ, ex summa planta natæ, eaque sede petioli, & caules nigri. Siliquæ crassæ, ovales. Stamina 17. 20. Semina 7. 10. 12.

Etiam hujus speciei radices unciarum duarum pondere ad icterum exhibentur. Ad tertianam febrem feminis tantum, ut digitale repleat, cum ovo, in principio frigoris datum, febrem solvit (g). Eadem radices Rhei viresimitantur, & pariter suo colore lotium alviq̄ feces tingunt (h). Cataplasma ad dorsi dolores (i) in *Jämtlandia* imponitur. Fila lanea siccata, & cum alumine macerata, cum hoc Thalicthro cocta, flavum colorem induunt (k).

Pecori gratum est (l).

## 1139. THALICTRUM foliis patulis, imis obtuse trilobis, supremis acutis, paniculis diffusis, floribus nutantibus.

*Thalictrum parvum* DODON. *purg.* p. 435.

*Thalictrum*, siliqua seminis striata, minus MORISON. *umbellifer.* t. 8.

*Thalictrum minus* C. B. J. R. H. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 50.

*Thalictrum foliis sexpartitis, floribus cernuis* LINN. p. 769. *Conf. It. Oeland.* p. 180.

Icon OEDERI t. 244.

*Thalictrum alpinum*, minus, saxatile, *Ruta folio, flaminibus luteis* SEGUIER I. p. 476. t. XI.

Vulgatissimum in rupibus subalpinis & submontanis. *Agauri*, & in *Gubernio Aquilejensi*. In *Neocomensibus* circa *Loche*, à la *Ranceniére*, in rupibus circa *Convet*, &c. *Badæ* in monte *Legerberg*. In sylva, per quam a *Münchenstein* descenditur versus *Muttens*. Circa *Tigurum* passim. *Chiavenna*, *Lugani*, *Mendrisii*. Etiam in alpes *Aquilejenses* adscendit, quod circa *Engelberg* in præalta valle *SHEUCHZERUS* legerit.

Radix crocea. Folia pleraque ex ima parte caulis, magis quam priori glauca, laxè divaricata, pinnata, pinnis pinnatis, pinnulis iterum trifoliatis & simplicibus, & rotundius trilobis, media parte iterum triloba. Eadem inferne rotundiora, sub summis ramis argute incisa, & multis dentibus. Glabra sunt, nervis inferne subhirsutis: cæterum semper brevius quid & rotundius conservant, quam in priori. Per ætatem etiam rugosa fiunt, Caulis bipedalis, striatus, in dimidia superiori parte minus foliosus. Stipulæ minutissimæ. Petioli florigeri longe nudi, ramosi, numerosi, laxiorem paniculam faciunt. Flores primum laterales, inde cernui

(g) HEBVIEUX *Sax.* p. 321.

(k) *K. Svensk. Vetensk. Acad. Handl.* 1745. p. 250

(h) BOERHAAVE. *Purgare FLOYER. pharmacobas* LINN. *plant. tinctor.* p. 20

(l) SCHREBER. III. *Saml.* p. 82.

(i) HAGSTROM. *Jämtland.*  
Tom. II.

cernui & nutantes. Petala rubentia, per ætatem cum flavore virentia. Stamina circa vigena. Siliquæ ovatæ profunde striatæ, mucronatæ, fessiles, ovatæ a duabus ad septem (*m*).

1140. THALICTRUM foliis patulis, pubescentibus, trilobis, petalis subhirsutis, floribus nutantibus.

*Thalictrum minimum, fetidissimum* C. B. *Prodr.* p. 147. PLUKNET. p. 364. t. 65. f. 4.  
*Thalictrum, siliqua seminis striata, minimum & fetidissimum* MORISON *Umbell.* t. 8.  
*Thalictrum caule filiformi, ramosissimo, folioso, paniculato* LINN. p. 768.

C. B. ex Valesiorum alpihus habuit, J. B. ex monte *Leiterberg*; RAJUS, quod mireris, in *Saleva* monte (*n*). Nos abunde in alpihus Aquilejensibus, *Enzeindaz, la Varaz, Taveyannaz* &c. In monte *Salanfe Valesie* &c.

Ægre a priori discernitur, cujus totum habitum refert.

Odor Geranii Robertiani (*o*), ad urinæ felinæ fetorem accedens, in horto persistit. Folia utrinque subhirsuta, pulpofa, & molliora; ipsa petala subhirsuta, quæ perinde in juniore planta subrubra, in adulta exalbescunt. Humilius etiam est, pedale fere, & minus ideo foliosum.

*Minimum atrorubens Thalictrum* BOERHAAVII circa pontem *Zollbrük* a Clar. la CHENAL & ab HUBERO lectum pertinet ad *fetidissimum*.

*Thalictrum montanum, minimum, præcox, foliis splendentibus* Hist. Oxon. III. p. 325. S. 9. t. 20. f. 14. quod *Thalictrum caule simplicissimo, subnudo, racemo simplici, terminali* LINN. p. 767. ab ILL. OEDERO pictum T. II. concinna rotunditate foliorum (*p*), humilitate sua vix dodrantali, petiolis rubris, panicula conica videtur differre. Verum idem per gradus sibi succedentes demum ad *minus* redit, cujus nutantem faciem statim ostendit. Sola folia rotunda habet, acuta nulla, ideo quod in ramos non findatur. Nascitur OEDERIANO simile in monte *Fouly*, & in glacialibus supra *Bagnes*.

Denique etiam de *fetidissimo* non nimis certus sum, num vere a *minori* differat; etsi, si idem est, insignis, inque hortis sui discriminis tenax varietas fuerit. Monspelio idem accepi.

1141. THALICTRUM foliis triplicato pinnatis, patulis, obtuse trilobis, stipulis ovatis, paniculis umbellatis.

*Thalictrum flore albo* Hort. Aichst. vern. ord. I. t. II.

& *Purpureo* ibid.

GESNERI icon *ænea* 79.

*Thalictrum fructibus pendulis, triangularibus, rectis, caule tereti* LINN. p. 770.

In Helvetia etiam planiori, *Michelfelde*. Tiguri ad *Silam*, & in monte *Uetliberg*. Bernæ infra villam *Hasli* ad *Arolam*. Circa *Seelhofen*: ad viam inter *Grenchen* & *Kulm* Argoviæ: inter *Chur* & *Tufis* ad sepem. Inde in sylvas alpinas & montanas ascendit, in montem *Falconarium, Saleva, Thuiri, Chasserat, Chamoseire*, ad lacum montis *Stokborn*. &c.

Speciosa planta, caule levi, vix striato, foliis glaucis, tenerioribus, amplissimis, triplicato pinnatis, pinnulis trifoliatis, pinnulis tertiæ divisionis subrotundis, breviter trilobatis, medio lobulo lato, iterum rotunde tridentato. Stipulæ majores, ad foliorum origines & divisiones magnæ, ovatæ. Flores in umbellas super folia elatas, densissimas. Petala (*q*) purpurea, majora. Stamina longa, numerosa, quadragesima, & sexagesima, flava, etiam purpurea. Seminales capsulæ sex ad duodecim, petiolatæ, maximæ, lanceolatæ, tribus alis elevatæ. Semen ipsum ellipticum, acuminatum. Radix (*r*) magna, dura, in multas & teretes fibras divisa.

CLEMA-

(*m*) Fere similia CRANZ. p. 79.

(*n*) *Syllog. exot.* p. 400.

(*o*) *Emend.* III. n. 68.

(*p*) *Emend.* III. n. 181.

(*q*) Conf. CRANZ. p. 79.

(*r*) LINN.

CLEMATIS (s) TOURNEFORT. t. 150. LINN. n. 696.

CLEMATIS DILLEN.

&amp; VITICELLA DILLEN. nov. gen. p. 165. t. 14. (t).

Flos nudus, tetrapetalos (u): tubæ longæ, in plerisque speciebus plumosæ (x), aliis calvæ, aduncæ. Semina (y) ovata. Folia omnibus conjugata.

1142. CLEMATIS caule scandente, foliis pinnatis, ovato lanceolatis, petalis — *vitilba*  
coriaceis.

α Varietas foliis omnibus dentatis.

*Vitilba* DODON. purg. p. 242. hist. p. 404.*Clematis latifolia, dentata* J. B. II. p. 125.

β Foliis paucissimis dentatis.

*Clematis tertia* CAMERAR. Epit. p. 697.α. β. *Clematis foliis pinnatis, cordatis, scandentibus* LINN. p. 766.

Ad sepēs ubique.

Caulēs scandentes, absque capreolis, ramis conjugatis, ad sex pedum altitudinem &amp; ultra se in vicinis fruticibus sustentant. Petioli foliosi, rectanguli. Folia pinnata, pinnis duorum parium, remotis, extrema impare, sæpe reflexis, omnibus ex ovatis acuminatis, uno alterove dente notatis, etiam nullo. Petioli floriferi ex foliorum alis conjugati, ramosi, trifidi, dichotomi. Petala quatuor, raro quinque, pulposa, reflexa, lanceolata, subhirsuta, firmula, odorata. Stamina ad 55. &amp; sexaginta, latis filamentis. Semina congesta tubas fericeas, in apice calvas, edunt, in cylindrum compactis.

Acerrima planta est, ut pleræque hujus classis, hinc stirpes *Flammula* olim, nomen adepta, nuper *Herbe au Gueux*. Vesicas trahentis emplastri loco tritam in podagra *Nicolaus* CHE SNEAU (z) imponebat, ad dolorem capitis & artuum infularum *hebridum* incolæ (a). Idem flammula alvum sibi ducunt, sed multo se prius butyro muniunt (b). Olim drachma una feminis veteres bilem & flegma educabant (c). In ipsam aquam acrimonia transit (d), ut in frigidis morbis prodesse possit. Et tamen germina primo vere inter acetaria recipiuntur, rusticorum (e) experimento, ut alvum una ducant. Idem Pariensibus cibus placet (f). Ex pappo Clematidis tolerabilem chartam Cl. SCHÆFFERUS paravit.

1143. CLEMATIS caule scandente, foliis pinnatis, trilobatis.

*Flammula* DODON. purg. p. 343. Pempt. p. 404.*Clematis urens* I. TABERNEMONT. p. 882. & II. p. 883.*Clematis seu Flammula scandens, tenuifolia, alba* J. B. II. p. 127.*Clematis foliis inferioribus pinnatis, scandentibus, laciniatis, summis simplicibus, integerrimis, lanceolatis* LINN. p. 766.

In Rhætia ad sepēs J. BAUHINUS. An sequentem vidit? Sed in Viro ejus auctoritatis eum errorem non suspicaris.

Habitus humilis tenerior; folia minora, conjugata, pinnata (g), pinnis quinis, septenis, aut trilobatis, ut in meis, aut trifoliis, foliis ovato lanceolatis, rariter incisis, &amp; uno alterove dente. Petioli floriferi conjugati, ramosi. Stipulæ numerosæ, ferratæ. Petala lanceolata, alba, lineata, urentia. Tubæ plumosæ.

\*1144.

(s) Clematis altera ramulo reticuloso, rubescente, lento folii gustu acri &amp; exulcerante; per arbores repit DIOSCORID. IV. c. 7. PLIN. L. XXIV. n. 49.

(t) In Hort. Elib. illas *Flammulas*, has *Clematides* vocat. p. 86. JUNGIUS scandentes a non scandentibus removere suaserat.

(u) TOURNEFORT. A.

(x) H.

(y) F.

(z) p. 421.

(a) MARTIN. *Western. Island*. p. 77. 178.

(b) IDEM. ibid. p. 179.

(c) RUFUS p. 16. add. DIOSCORIDES.

(d) MATTHIOL. p. 958.

(e) RHOD. *obs. Cent.* III. n. 96.(f) *Mém. de l'Acad.* 1739. p. 627.

(g) DODON.

\*1144. *erecta* CLEMATIS caule erecto, foliis pinnatis, ovato lanceolatis.

*Flammula Matthioli* CLUS. *Pannon.* p. 296. 297.

*Flammula altera* DODON. *purg.* p. 244.

*Clematis foliis pinnatis, foliolis ovato lanceolatis, integerrimis, caule erecto, floribus tetrapetalis, pentapetalisque* LINN. p. 767.

In Valesia passim, circa *Aven*, *Sailon*, & *Tourtemagne* in pratis. Trans alpes ad lacum *Clavennensem*, & *Ripæ*.

Caulis frondosus, erectus, tripedalis, & ultra. Folia conjugata; juniora subhirsuta, pinnata, pinnis septenis, ovato lanceolatis, integerrimis, raro bilobatis. Summus caulis finditur in ramos nudos, florigeros, trichotomos, cum minimis stipulis. Florum petala elliptica, lineata, acuminata, alba, etiam quinata. Tubæ, ut in n. 1142. in cylindrum adunatæ, fericeo pappo plumosæ. Semina non numerosa, quina & ultra.

ATRAGENE LINN. n. 695. CRANZ *Fasc. II.* p. 112. t. 5,

CLEMATIDIS *Spec. TOURNEFORT.*

Calycis folia quatuor (*b*), petalis (*i*) multoties majora, ovato lanceolata. Flos fere Nymphææ. Petala duodecim (*k*), lata, petiolata, venosa; deinde alia semipetala venosa, duabus antheris inscripta; demum numerosa stamina antherifera. Tubæ fericeæ, plumosæ, sine nudo (*l*).

1145. ATRAGENE foliis ternatis, foliolis trifoliis, acutis.

*Clematis cruciata, alpina* PON. *Ital.* p. 175. & apud CLUS. p. CCXXXV.

*Clematis alpina Geraniifolia* C. B. *Hist. Oxon.* PLUKNET. p. 109. t. 84. f. 7.

*Atragene foliis duplicato ternatis, serratis, petalis exterioribus quaternis* LINN. p. 764.

J. BAUHINUS in montibus circa *Münsterthal* Rhetiæ. J. GESNERUS in montanis versus *Albulam*. J. SCHEUCHZER in saxosis montis *Tschiera* supra *Anders*. Cl. DICK flore cæruleo in *Speluga* monte a diversorio ad *Clavennam*: flore albo in monte *Rufeln*. Summarum adeo alpium stirps est.

Ex radice, in omnibus meis abrupta, caulis brevissimus, bifolius & uniflorus. Folia, ut in umbelliferis, circumscriptione triangulari, tripartita, petiolata: quodque iterum trifoliatum, acutum, & acute circumferratum, ad angulos rectos omnia. Flos unicus, in longo scapo, ex foliorum intervallo. Calyx connivens, amplissimus, cæruleus & albus.

Cl. CRANZIUS *alpinam* cum *Austriaca scandente ramosa* conjungit. De hac lite definire non possum (*m*), *Austriaca* stirpe destitutus, solamque *alpinam* descripturus. Cum tamen unicum florem Cl. JACQUINUS viderit (*n*), putes Cl. CRANZIUM recte cum *scandente* stirpe conjunxisse, quæ *ramosa* est & *multifolia*; & folia pleraque nostrorum similia, sed numerosa, ad angulos rectos de caule conjugatim exeuntia (*o*) producit.

ANEMONE (*p*) CRANZ II. p. 100. LINNÆI n. 694.

PULSATILLA TOURNEFORT. t. 148.

ANEMONE TOURNEFORT. t. 147.

ANEMONOIDES HOTTON apud RAJ. *Method.* p. 190. BOERMAAVE p. 36. VAILLANTII.

RANUNCULI *Spec. TOURNEFORT.*

Indiviso nexu hæ plantæ cohærent, etsi in *Pulsatilla* tubæ longæ, plumosæ sunt, ut in *Clematide* & *Geo*; in *Anemone* femina vellere lanæo obnupta, absque longis

(b) CRANZ f. 2. Etiam sex. p. 114.

(i) *Emend.* VI. n. 32.

(k) f. 2. Etiam plura CRANZ.

(l) f. 6.

(m) p. 115.

(n) *Obs.* p. 248. n. 46.

(o) t. 5.

(p) Conjungit recte BLAIR. *Ess.* p. 168.

gis illis tubarum caudis; in Anemoneide femina levia, mucrone recurvo, ut in Ranunculo. Petala etiam quina in paucis, in plerisque sex & ultra. Omnibus commune est (q), folia habere circa caulem, in uno puncto conjuncta; sive terna sint, ut in Anemone, & in Pulsatilla alba; sive, ut in Pulsatillis nonnullis, in unicam multifidam vaginam coalescant. Flos nudus, petalis, per ternatas series, sibi succedentibus.

I. CAUDIS TUBARUM LONGIS.

PULSATILLÆ TOURNEFORT.

1146. ANEMONE (r) tubis caudatis, involucris unifoliis multifidis, foliis linearibus, hirsutis, duplicato pinnatis, pinnis tripartitis. & quadrupartitis. — *pulsatilla*

Kuchenschell BRUNFELS I. p. 217.

Herba venti TRAG. p. 413.

Pulsatilla CAMERAR. Epit. p. 392.

Pulsatilla folio crassiori, & majori flore C. B. J. R. H. HELWING. *pulsatill* p. 59. ic. 8.

Great flowerd pulsatilla EDEN. t. 22.

Anemone pedunculo involucrato, petalis rectis, foliis bipinnatis LINN. p. 759.

Icon OEDERI. t. 153.

β Flore minori palustris C. B. Prodr. p. 94. Non differt, ut ex specimine C. BAUHINI video.

γ Flore albo LINDERN.

In Helvetia non frequentissima. Basileæ legi *aufm Krenzacher Horn. Badae. Scaphusii auf der Clus, in der Enge, & in monte Randen.* ILL. DIVERNOI. Neocomi *auffessus du Vausseyon.* CLARET circa Martigni. Etiam circa Foully.

Radix magna, lignosa, multiceps, nigra, setis coronata. Initia foliorum & scaporum albidissimo tomento obsita. Folia radicalia numerosa, alba hirsutie incana, tenuissime incisa, lobulis linearibus, acutis, aliquando latioribus, duplicato pinnata, pinnis trium, quatuorve partium, non oppositis, pinnulas educuntibus: pinnulis confertim tripartitis, quadrupartitis, etiam pinnatis, duorum partium cum impari. Sic extrema pinna, quæ impar est, quadrifida, multifida, etiam pinnata, pinnis trifidis & bifidis. Caulis uniflorus, aphyllus, semipedalis, habet connata in circulum folia radicalibus latiora, palmata, tripartita, etiam simplicia. Flos violaceus, hirsutus, petalis sex (s), elliptico lanceolatis, repandis. Stamina (t) numerosissima; tubæ sericeis plumulis (u) adspersæ, sine calvo. Semina nitentia, argentea. Capitulum rotundum, undique tubis (x) capillatum. Placenta punctata.

Radix subdulcis: folia & flos acerrima (y), ut etiam aqua stillatitia vomitum moveat. Quare nolim ad pulmonum vitia commendari, & syrui funestum effectum CL. HELWINGIUS (z) vidit. Cuti imposta herba vesicas excitat.

Flores viridi colore tingunt (a), & hujus, & vicinæ speciei, flore cæruleo obsoleto (b). Nullo vero in usu est.

1147. ANEMONE tubis caudatis, involucris multifidis, foliis pinnatis, pinnis latis, lobatis Tab. 21. — *vernalis*

GESNERI icon. lign. 137. n. 44.

Pulsatilla II. LUGDUN. p. 851.

Pulsatilla lutea, Apii hortensis folio C. B. SCHEUCHZER. It. II. p. 139.

Annon Pulsatilla *επειρωτικη & καρμιοεπειρωτικη* RICHER.

Pulsatilla Apii vernalis folio, flore minore C. B. Prodr. p. 94. HELWING. ic. 10.

& 9. SCHEUCHZER. It. IV. p. 339.

Icon OEDERI t. 29.

Pulsatilla pedunculo involucrato, foliis pinnatis, flore erecto LINN. p. 759. *Oelanskaja* *reja* p. 13.

Rariorem

(q) RAJ. Epist. repos. p. 6.

(r) Pro Anemone sylvestri habuit SOLIER Schal. in

ARTIUM.

(s) TOURNEFORT. t. I. p. 48. A. plura pingit in B.

(t) E.

(u) G.

(x) H.

(y) CAMERAR.

(z) p. 86.

(a) HELWING. p. 93.

(b) KRAMER *elench.* p. 21.

Tom. II.

Q

Rariorem putaveram, deinde abunde legi in monte *Laffiaz* supra *Pierre de Moëlez* ad pedem scopuli *Tour de Famelon*; deinde in monte *Enzeindaz* & *Javernaz*. In monte *les Martinets*, *Jeman*, *Fouly*, à *Cotogne*, in monte *St. Bernhadi* abunde nascitur. *HUBERUS* ex *Albula* retulit; *SCHUCHZER* etiam ex alpinis *Pragalliensibus*, & ex monte *Regio*. Alpina planta.

Radix semper lignosa, dura, ramosa, multiceps. Folia radicalia multa, crassula, sub-hirsuta, pinnata, ex petiolo latefcentia, sed simpliciora. Petiolus longe nudus; Paria pinnarum duo, tria, extremo impari. Pinnæ latæ, breves, primæ acute incisæ, sed inæqualiter trilobæ, lobis bipartitis & tripartitis; extrema major, trilobata, etiam tripartita, medio segmento ter, quater, inciso, aliqua cum *Thalictris* similitudine. Caulis semipedalis, involucri fere in media longitudine tomentosissimo, flavo, nitente, in angustissimas lacinias multipartito. Flos junior & integer albus est, extus hirsutus, & subpurpureo paulo obsoletiori colore tinctus. Deinde pili invalescunt, cumque latei sint, in fericeo (c) flavi nitentis velleris speciem abeunt. Petala conniventia sex, ex ovatis lanceolata. Stamina numerosissima. Tubæ plumosæ, fericeæ, in suo fine calvæ.

\*1148. ANEMONE tubis caudatis, involucri multifidis, foliis hirsutis, pinnatis, pinnis acute lobatis. *Emend.* VI. n. 30. †

Annon *pulsatilla avθαισιδης* *RICHER?*

Nova planta, *Anemones* 1147. hactenus similis, tamen diversa, nascitur in monte *Fluelen*, vallis *S. Nicolai* *Vallisæ* superioris.

Facies in universum *Anemones* 1147. Sed habitu est minus pinnato, pinnis duorum quidem parium, ut in illa; verum triplo longioribus, multo acutioribus, totis alba lanugine obductis & mollibus, lobatis. Deinde cum in 1147. lobi parabolice dilatentur, fereque sint ad unam tertiam trifidi, segmentis dentatis, linea una brevioribus: in hac nostra pinnæ primæ difformiter lobatæ sunt, duobus, tribusve segmentis, ad semuncis longitudinem incisæ, aut integris, lanceolatis; medio etiam profunde & inæqualiter trifurco, acutis omnibus, & diverso habitu. Pinna ultima in 1147. in tres lobos dividitur, laterales, concinne bilobos; medium trilobum, omnes æqualiter divisos, circumscriptione circulari. Sed nostræ folium impar angustum, difformiter trifidum est, lobo laterali utrovis uno dente insigni, medio trifido, sive duabus incisuris inciso, profundis omnibus, & nullam ad regulam excisis. Involucrum caulinum alba lanugine splendet, sed breviori, ut in vulgari specie. Flos multo minor, tota dimidia parte magis connivens, & inapertus, obscure purpureus, albis, non flavis pilis adpersus. Tubæ perinde caudatæ.

Habet aliquid de *Pulsatilla Anemones folio* *HELWINGII* n. 3. &c. & lobos fatis similes, dentesque ultimos. Sed isti folium palmatum est, ex uno puncto trilobum, nostræ pinnatum.

1149. ANEMONE foliis triplicato pinnatis, acute circumferratis, caulinis ternatis, tubis caudatis.

*Anemone sylvestris* II. *CLUS.* *Pannon.* p. 382. 383.

*Pulsatilla alba* *LOBEL.* *ic.* p. 282. *J.B.* III. p. 410.

*Anemone caule involucriato, seminibus pilosis, caudatis* *CRANZ* II. p. 105. n. 8. t. 3. f. 2.

*Pulsatilla folio crassiori, & majore flore* *SCHUCHZER.* *It.* IV. p. 339.

*Anemone foliis caulinis ternis, connatis, supradecompositis, multifidis, seminibus hirsutis, caudatis* *LINN.* p. 761. non vero synonyma.

Puto esse *Anemonem alpinam*, albam majorem *C.B. Prodr.* p. 94.

In omnibus alpinis, non editissimis, etiam in *Jura* *Jugis*, *Dolaz*, *Falconario*, *Thuiri*, demum in *Bructero* monte.

Radix crassa, scabra, lignosa, multiceps, coronata fetis. Folia radicalia duo, plerumque etiam unicum, in longo, & nudo petiolo. Caulis nudus, sub flore tria folia educit, minute divisa, radicalibus similia, vaginalia. Ea hirsuta, in montanis glabra, trilobata, lobis petiolatis, pinnatis: pinnis primis plusquam semipinnatis; pinnulis primis semibilobis aut lanceolatis, extremis confluentibus, dentibus

(c) *Emend.* I. n. 61.

*Pulsatilla*

*alpina*

bus magnis paucisque. Flos unicus, magnus, ut in Tulipa connivens, extus hirsutus, petalis ovato lanceolatis sex, etiam octo & decem, albis, extus violaceo colore tinctis, crassulis, ellipticis, lanceolatis. Stamina numerosissima. Capitulum, ut in præcedente specie, rotundum. Semina hirsuta, tubis prælongis, plumosis, undique rigentibus, echinatum globum efficit; fines tubarum longe calvi.

In monte *Lavaraz* varietatem reperi, loco petalorum meris foliis, petiolatis, lanceolatis, acute ferratis, numerosissimis compositam.

β *Bergmännlein* flore luteo GESNER. hort. p. 247.

Icon lign. æt. 18.

*Pulsatilla lutea* CAMERAR. Epit. p. 393.

*Pulsatilla tertia* Dalechamp. LUGDUN. p. 851.

*Pulsatilla lutea* J. B. III. p. 411.

C. GESNER in altissimis scopulis legerat. J. B. in monte *Braulio*. CHERLERUS in *Gotthardo*. ROELSIUS apud CLUSIUM ad pedem montis *S. Bernhard* Ibi etiamnum abunde provenit; sed & alibi in paulo editioribus alpibus *Aquilejensibus*. Abunde legi à *la Croix de Javernaz*: etiam in monte *Luan*, *la Varaz*, *Prapioz*; *Meuveran*, *Sanetsch*. In *Bovinaz*, *Fouly* & *Sempronio* & *Pilato* montibus, alpina semper.

Mera varietas (a) est plantæ præcedentis, cujus alba petala per succedentes gradus, in pallidum, citrinum, & croceum colorem degenerant. Non ab ætate is color est; nam eodem in jago, supra scaturiginem rivi *Ivoettaz*, & albo flore, & semiflavo, & flavo plantas reperi.

II. SEMINIBUS VELLERE LANE O TECTIS.

\* 1150. ANEMONE foliis digitatis hirsutis, sevis pentapetalis, feminibus lanatis. — *Sylvestris*

*Anemone* III (b) flore pentapetalo MATTHIOL p. 617. Epit. p. 388. VAILLANT.

*Anemone sylvestris* CLUS. I. Pannon. p. 381. 382.

*Anemone feminibus hirsutis* LINN. *Olansk. resa* p. 112. 113. & *Spec.* p. 760. n. 10. non vero synonyma.

In *Alfatia* haud longe *Mülhusia* Cl. HOPER.

Radix lignosa, multiceps. Folia radicalia longe petiolata, hirsuta, digitata, ternata, sed lateralibus lobis profunde bidentatis, medio fere tridentato. Caulina aliquanto acutiora; similia tria illa *Anemonea* folia caulem amplexa. Caulis cubitalis, de more uniflorus. Flos albus extus hirsutus, & subrubens, pentapetalos (a\*). Stamina numerosissima (b). Fructus ovalis (c), ex feminibus sericeo vellere tectis constans (d). Tubæ rectæ, brevissimæ.

Acris planta. Semen spiritu vini fortiori imbutum in dentis dolentis sedem stipatur (e).

\* 1151. ANEMONE feminibus lanatis, foliis caulinis ternatis, triplicato trifidis, lobulis lanceolatis, acute trifidis & bifidis *Emend.* I. n. 60. † — *balduvia*

*Anemone alpina alba minor*. C. B. *Prodr.* p. 94.

In monte *Prapioz* *Aquilejensium*, supra *les Plans*. In monte *Fouly*, *Simplon*, *Alpi-*  
*bus Griseis*, *Vallée de St. Nicolas* &c.

Ignorata nuperis; nihil cum *Pulsatilla alba* commune habet. Radix lignea, prælonga, subinde radículas demittit, novaque germina fundit. Folia radicalia multa, petiolata, petiolo hirsuto, tripartita. Lobi laterales denuo tripartiti. Quis lobulus inæqualiter trifidus, & inæqualiter bidentatus & tridentatus; omnes latiusculi & lanceolati. Scapus hirsutus, triuncialis, aphyllus, cum tribus foliis, similibus

(a) *Emend.* III n. 184. I. n. 62.

(b) *Anemone sylvestris* latiora & duriora, quam hortenfi folia, caput oblongius. Flos puniceus, tenuia radicum capillamenta. Non est papaver *Dioscorido*. II. c. 172. *Anemone sylvestris* prima: altera in cultis phoeniceo flore vulgatiore aut purpureo, aut lacteo, folio apii, cacumine *Asparagi*, alta semipedem. *PLIN.* L. XXI. n. 94. *Sylvestris* *Anemone* amplior, latiori folio Phoe-

nicea, diversa a *Papavere* *PLIN.* L. XXI. c. 23. *Anemone herba hortenfi*, flore rubro, *sylvestris* flore purpureo. *SUIDAS* p. 196.

(a\*) *Hexapetalos* *TOURNEFORT.* t. 147.

(b) *Ibid.* A.

(c) E. D. F.

(d) *CAMERAR.* Epit.

(e) *KALM.* *Amer. resa* T. II. 52.

bus radicalium, ex hirsuta vagina natis, trifidis, lobis tripartitis. Flos octo & decem petala habet, elliptica, alba, extus hirsuta & subrubella. Fructus Anemones hortensis.

*hortensis*

- \* 1152. ANEMONE feminibus lanatis, foliis radicalibus trilobis & multifidis, caulinis ovato lanceolatis. *Emend. VI. n. 21.*

*Icon aenea GESNERI 39.*

*Anemone I. DODON. purg. p. 296.*

*Anemone latifolia Byzantina, coccineo flore II. CLUS. Pannon. p. 34. 39. ex radice & flore.*

*Anemone latifolia altera CLUS. hisp. p. 308. 309. pro flore purpureo. Eadem est.*

*Anemone foliis digitatis LINN. 761. ob CLUSII synonymon.*

Flore miniato in rupibus, supra molendinum, prope *Roche* provenit: purpureo flore; extus hirsuto, circa templum pagi *Montru (f)*.

Radix tuberibus aliquot fibras demittentibus. Folia radicalia duorum generum. Alia profundissime incisa, ut quinquedigitata videantur, sed vere tripartita, lateralibus lobis ad basin usque bipartitis, omnibus angustis, acutis, lateralibus profunde bifidis, mediis trifidis, quadrifidis, ultimis acute lanceolatis. Alia folia etiam ex radice lata, profunde trilobata, obtusa, in apice obtuse & breviter circumferrata, cum eminente arista. Alia ternata caulem circumstant ovato lanceolata. Caulis uniflorus. Petala novem five ter tria, longa, elliptica, lineata; exteriora subhirsuta, intus colorata, venosa. unguibus in ferratum circulum consentientibus, album, lineis viridibus percursum; ora magis alba. Antheræ cæruleæ. Placenta ovalis, feminibus lanatis.

In hortensibus folia caulina magis angulosa, trilobata reperi, cætera similia.

Acres sunt radices, phlegma provocant (g), eoque sine ad dentium dolores olim mandebantur (b).

### III. SEMINIBUS LEVIBUS

#### NEQUE PLUMOSIS, NEQUE LANATIS.

#### ANEMONOIDES BOERHAAV.

*ramunculoideæ*

1153. ANEMONE biflora, feminibus nudis, foliis radicalibus nullis, caulinis quinquepartitis, lobis tripartitis, incisis.

*Nemorosus Ramunculus luteus LOBEL. ic. p. 674.*

*Icon OEDERI t. 140.*

*Anemone feminibus acutis, foliolis incisis, petalis subrotundis, caule subbifloro LINN. p. 762.*

Basilicæ abunde in pomario ad novam domum. Rupe in prato *Prepoury*, sub primis juglandibus ad vivarium. Genevæ J. B. &c.

Radix cylindrica, transversa. Caulis ad angulum rectum ex radice ascendit, unicus, non ramosus, debilis. Folia radicalia nulla, caulina tripartita: duo lobi laterales profunde bipartiti, ut folia digitata videri possint; medius tripartitus; omnes acute incisi, & in basi fere semipinnati. Flos ex ternis iis foliis unicus, etiam duo, breviter petiolati, ut parum super folia flos emineat. Is fit quinque subrotundis petalis, flavis. Stamina circa quinquagena. Fructus convexus, glabris capsulis, acute caudatis, incurvis.

*ramunculoideæ*

1154. ANEMONE feminibus nudis, caule unifloro, foliis radicalibus nullis, caulinis quinquepartitis, lobis tripartitis, incisis.

*Anemone V. DODON. purg. p. 300. hisp. p. 345.*

*Ramunculus phragmites, albus (& purpureus) vernus J. B. III. p. 412.*

*Anemone feminibus acutis, foliolis incisis, caule unifloro LINN. p. 762.*

Varietates flore dilute & saturate purpureo, & pleno (i), & foliis stigmatibus (k) ex infectorum ictu notatis.

Vulgo verno tempore ad sepes & in dumetis.

Facies

(f) *Emend. VI. n. 21.*

(g) *SUIDAS p. 196.*

(b) *MARCELL. C. 12.*

(i) *Conf. VALLOT. t. 57. Garden of EDEN t. 37.*

*CLUS. p. 247.*

(k) *HOFMAN. &c.*



- Facies paulo prioris. Radix pariter transversa, & similis scapi origo. Folia familia, unice caulina. Flos semper unicus, hexapetalos (1), etiam 7. & octo petalos, petalis ellipticis, albis, aut subrubris, longius petiolatis, & super folia elatis, etiam nutantibus. Fructus similis; tubæ breviores, minus evidenter incurvæ. Placenta longior, ovata, porosa.
- Acris plantæ cataplasma CI. CHOMEL ad tineam laudat. In *Kamtschatka* incolæ sua Anemonoide sagittas venenant, quarum vulnera certam mortem inferant (m).
- β *Ranunculus nemorosus Anemones flore minor* C. B. *Prodr.* p. 95. in monte altissimo supra *Curiam* natus, foliis tribus, unico prioris nihilo majoribus, videtur varietas: nulla certe ejusmodi planta nuper reperta est.

1155. ANEMONE feminibus nudis, rotundis, planis, foliis septifidis, imbricatis, — *narcissifloræ*  
 hirsutis, floribus umbellatis.

- Ranunculus* IV. MATTHIOL. p. 613. icon.  
*Ranunculus alpinus*, *Narcissi flore* CLUS. *Pannon.* p. 366.  
*Ranunculi montani* II. *species altera* CLUS. *Pannon.* p. 366. 367.  
*Pulsatilla trianthos jussifera*, *semine non papposo* BARRELIER. *ic.* 494.  
*Ranunculus μικραλπινοσκιαιωδης* RICHER. *alter ejus tabule*
- II. *Ranunculus montanus* II. CLUS. *Pannon.* p. 363.  
*Ranunculus montanus*, *hirsutus*, *alba*, *elatio* C. B. SCHEUCHZER. *It.* IV. p. 339.
- III. *Ranunculus montanus* III. CLUS. *Pann.* p. 367. 368. *hist.* p. 235. petalis subrotundis, & calyce, acutisque feminibus, quam iconem a PENÆO accepit.  
*Ranunculus montanus*, *hirsutus*, *flore purpurascente* SCHEUCHZER. *Itin.* I. p. 47. VII. p. 518.
- IV. *Caryophyllata pentaphyllæa* LOBEL. *ic.* p. 696. (n). *add.* p. 309. quam etiam vocat *flore luteo*.
- V. Sic *Ranunculus cyprius* MYLLER. *Reis.* t. 5.  
*Ranunculus orientalis*, *Aconiti hycoctoni folio*, *flore magno*, *albo* & *purpurascente* TOURNEFORT *Voyag. au Levant.* T. III. p. 92.
- VI. *Anemone narcissiflora* CRANZ. p. 106. t. 3. f. 1.  
*Anemone floribus umbellatis*, *feminibus depresso ovalibus*, *nudis* LINN. p. 763.
- Nihil in alpebus vulgatius, locis herbosis. Abunde etiam in montanis *Grandvi*, & *Montendre* legi.

Formosæ stirpi radix perennis, lignosa, fibrosa, multiceps, vaginosa. Caules a dorante ad cubitum varii. Folia hirsuta, mollia, radicalia petiolata, quinquelobata, lobis profundissime bifidis, aut trifidis, ut lobi septeni videantur; lobulis acute trifidis, confertis, ita vicinis, ut sibi imponantur. Folia caulina ternata, palmata, acute trifida, quadri-fida. Ex iis flores sex, octo, in petiolis brevibus, unifloris. Petala sex, septem, subhirsuta, ovato lanceolata, alba, extus subrubra; ita fornicata, ut hypocraterem effingant. Capsulæ magnæ, rotundæ, compressæ, tubis brevissimis.

HEPATICA BOERHAAVII, SCOPOLI & olim LINNÆI.

Calyx etiam trifolius, persistens. Petala bis terna, patula, absque squama. Semen ferricum.

1156. ANEMONE foliis trilobis, integerrimis LINN. p. 758. — *hepatica*

- Trifolium aureum* DODON. *Cereal.* p. 216. *PASSÆUS* *biem.* t. 6.  
*Ranunculus tridentatus*, *vernus*, *flore simplici*, *caeruleo*, &c. J. R. H. GARIDEL *ic.* 84.  
*Hepatica nobilis* BLAKWELL. t. 207.
- Ludit flore albo, rubro, hæc sæpe spontanea, & varii coloris. Conf. CLARICE p. 382. MORE *Flowergard.* p. 11. 12. &c. (n\*).
- In sylvis abiegnis, circa Bernam, primo vere, abunde & ubique. Basileæ (n†) rara, unice in *Burghaldenberg*.

Folia

(1) SPIGELIUS.  
 (m) *Natur. hist.* p. 92. 93.  
 (n) PILLERERIUS ad *Ranunculum Aconitifolium* refert. Olim ad nostrum J. B. pertinere suspicatus est II. p. 398. o.  
 (n\*) Radices caerulearum alium in locum missæ albos flores oederunt, siveque solo restituta caeruleum BRADLEY *philos. account.* p. 79.  
 (n†) *Basler Merkwe.* X. p. 1017. 1023.

Folia firmula, coriacea: radicalia petiolata, femitri lobata, lobis cordiformibus, lateralibus inique, medio rectius. In caule aphylo similia folia terna, ovato lanceolata, sed adeo vicina flori, ut possint pro calyce haberi. Flos bis tripetalos, petalis lanceolatis, patulis. Stamina circa 25. Placenta succulenta convexa, fungosa; femina oblonge ovata, sericeo villo obvoluta, pauca, cum pleraque abortiant etiam sena, collo aliquo prædita, tubarum loco, brevissimo stigmate notata. Radix longa, capillata, lignosa, aliquando bulbillos alit (\*).

Habetur pro adstringente planta, quæ viribus cum Pentaphyllis conveniat. In gonorrhœa inveterata, sputo & mictu sanguinis, ulceribus, anginis, ad confirmandum partium tonum commendatur; sed omnino vix in usu est.

A D O N I S LINN. n. 698. BOERHAAVE p. 35.

R A N U N C U L I Spec. TOURNEFORT. t. 149.

Calyx quinquefolius, caducus. Petala nunquam senis pauciora, frequenter numerosiora, absque squama. Fructus ovalis, vel cylindricus (t): capsulis quadrangulis, acuminatis, in quincuncem congestis.

\* 1157. ADONIS radice perenni, flore dodecapetalo.

*Elleborus niger verus*. TRAG. p. 406.

*Buphthalmum* DODON. coron. p. 248. hist. p. 261.

*Helleborus Hippocratis* Icon ad BLAKWELL. adject. t. 504.

*Adonis, Hellebori radice, Buphthalmi flore*. MILLER. t. 14.

β Flore pleno Bresl. Samlung. 1722. m. Jul.

*Adonis flore dodecapetalo, fructu ovato*. LINNÆUS. p. 771.

Simillimus est, a LINNÆO tamen separatur.

II. *Helleborus niger, ferulaceus, caule geniculato, flore majori, instar Tulipæ* MEXZEL. pugill. t. 3. HILL. brit. herb.

In segetibus, inter *Aganum* & *Sedumum*, huic propius C. B. Utique circa *Vetro*, *St. Pierre*, *Branson*, *Fouly*, & inter *Charat* & *Saxon*.

Radix lignosa, crassa, numerosa, fibrosa, nigra, edit folia dura, numerosissima, caulem occultantia, tenuiter incisa, & multifida, lobulis linearibus, lineatis: caulina vaginalia. Caulis pedalis & ultra, ramosus & non ramosus. Flos maximus quemque ramum terminat. Calyx petalis multo brevior, hirsutus, fuscus. Petala duodena (o) & ultra, flava, cum macula in ungue violacea; cæterum elliptica, angusta, apice adrofo. Stamina numerosissima, ad 100. Fructus ovalis, capsularum mucro reflexus, angulose rotundus, semen simile.

Radices in Saxonia (p), Bohemia (q), etiam in Gallia pro vero *Helleboro nigro* HIPPOCRATIS habentur (r) & venduntur. DODONÆUS tamen & TOURNEFORTIUS omnino negant alyum ducere (s).

1158. ADONIS radice annua, flore octopetalo.

α. Flore citrino, elatior.

*Anemone flore pallido* CAMERAR. Epit. p. 648.

β Flore cinnabarino, humilior, & flore minori.

*Adonis flore flammeo* Hort. Aichstett. 4st. ord. 5. t. 11. f. 3.

Dat iconem MILLER T. 14.

*Adonis floribus pentapetalis, fructibus ovatis* LINN. p. 771.

Rubro flore circa *Basileam* legi, eundo versus *Münchenstein* & versus *Dornach*. Circa *St. Pierre*, & *Vetro* *Valesiæ*. Citrino flore circa *St. Jacob*. *Mulbusia*.

Annua huic radix, exigua, albicans. Folia etiam multifida, molliora, minus conferta. Caulis potius, quam in priore, elatior; flores ramos terminant. Calyx flore minor, pallidus, floralis. Flos fere octopetalos, nobis raro pentapetalos (u), miniatis,

(o\*) LOFLYNG. p. 445.

(o) Quindecim BLAKWELL.

(p) SCHULZE *mater. medic.* p. 152.

(q) MATTHIOLUS.

(r) Purgare SCHULZE de *elleborifim. vesi.* n. 5. Vogel *mater. medic.* p. 197.

(s) Sic Cl. LEWIS. p. 560.

(t) TOURNEFORT. P. Q.

(u) L.

miniatis, aut citrinis, ellipticis petalis, macula in utraque varietate penetrante violacea in ungue pictis. Stamina circiter viginti (x). Fructus longe cylindricus, quam priori longior. Capsulæ rugosæ, quadrilateræ, mucronatæ, Tuba sessilis, minima.

MYOSURUS DILLEN. *nov. gen.* p. 106. t. 4. VAILLANT. *Mém.* 1719. p. 33. LINN. n. 394.

RANUNCULI *Spec.* TOURNEFORTII.

Calycis caduci folia quinque, colorata, gnomonem (y) referunt. Alterum crus descendit, calcaris specie, & caulem sequitur: alterum ellipticum, obtusum & patulum est. Petala (z) quinque valde caduca; calyce minora, ungue gracili, bractea lingulata, ad angulum rectum repanda. Stamina in uno (a) ordine, septem ad duodecim. Fructus caudæ muris similis, longe cylindricus, numerosissimis fit feminibus (b). Tubæ brevissimæ.

\* 1159. MYOSURUS LINN. p. 407.

*Cauda muris* LOBEL. *ic.* p. 40 DODON. p. 112.

An der *Wiese* (c), etiam *Mühlbusch*; in Helvetia rarus.

Humilis plantula, caule recto, triunciali, unifloro, aphylo, foliis linearibus, obtusis, caule paulo brevioribus, calyce albido, petalis viridibus.

Pro Rorella vendi KORONZAI.

FICARIA DILLEN. *nov. gener.* p. 108.

RANUNCULI *Spec.* LINN. TOURNEFORT.

CHELIDONIUM MINUS (d) RAJ. BOERHAAVE.

Calycis folia tria (e), pauciora certe quam petala, quæ octona (f) sunt, squama in ungue notata. Fructus ranunculi ex capsulis congestis, apice suo recurvis.

Malui genus Ranunculi castum servare, ut idem foliorum calycis & petalorum numerus esset, in hætenus notis numerosis speciebus quinarius. Ficaræ dissimilis est partium ratio, quæ plus apud me valet, quam squamarum minutæ.

1160. FICARIA BRUNFELS. DILLEN.

*Chelidonium minus* DODON. *pempt.* p. 49. *Hort. Aichstett. vern. ord.* 9. t. 1. f. 2. BLAKWELL. t. 51.

β Varietates, folio majori C. B. *Prodr.* p. 137.

γ Folio maculato C. B.

δ Flore pleno *Bresl. Saml.* 1722. m. Jul.

ε Folio rotundiori, caule viridi, petalis novenis, staminibus reclinatis BERGEN *Flor. Franc.* p. 159.

Varietates aliæ MICHELI *Hort. florent.* p. 78.

α. ε *Ranunculus foliis petiolatis, cordatis, angulatis* LINN. p. 774.

Ad sepes & in umbrosis ubique, verna planta.

Radix fit, & fibris teretibus, & bulbillis intermixtis ovatis. Caulis humi repens, pedalis & ultra, debilis, etiam ramosus, rubens. Folia petiolata, in univèrsum cordiformia, sed angulosa, etiam integerrima, non raro macula ferruginea in origine

(x) Tantum octo FABRIC. *butisbac.* p. 60.

(y) VAILLANT. d. d. utcumque DILLEN A. E. C. melius.

(z) VAILLANT. c. e. DILLEN. F.

(a) Quinque vel plura LINN.

(b) VAILLANT. c. f. DILLEN. H.

(c) *Bastler Mémoires* p. 708.

(d) *Chelidonium minus*, herbulæ pedunculis a radice pendens, sine caule, foliis Hederæ, multo rotundioribus & minoribus, teneris & subpinguibus. Ra-

dices ex eodem collo habet complures, pusillas, in granorum Tritici modum acervatim congestas, quarum tres, & quatuor, in longitudinem exeunt DIOSCORID. L. H. c. 177.

PLINIUS cum majori chelidonio confandit, eique succum croceum credentem, semenque Papaveris tribuit L. XXV. n. 39.

(e) DILLEN. t. 5. TOURNEFORT. C. C.

(f) TOURNEFORT. t. 149. F. BLAKWELL.

gine sua notata. Flores in longis petiolis, nudis, unifloris, ex alis foliorum natis. Calyx caducus, multifolius saepe videtur, quia petala extus virefcunt. Quadrifolium tamen & quinquefolium vidi. Petala longe elliptica, ut in Adonide nostrate, lutea, nitentia, octona (g). Squama in ungue oblonga. Stamina viginti. Semina (b) abortant, & granula radicalia plantam propagant.

Radix nauseosa, styptica (i), in recessu acris (k) vesicas excitat, sed lentius. Ipsa aqua fervidissima est (l), sinapi acrimonia, ficcata tamen & cocta planta mitescit (m). Folia mitia sunt (n), & ab Uplandis in cibum recipiuntur (o). Decoctum radicis, contra hæmorrhoides, a BOERHAAVIO non absque successu ad duas uncias datum est: eodem fine unguentum adhibetur. Aqua inter colmetica refertur. In pharmacopolarum officinis vix innotuit.

Radices per pluviam denudatæ pro tritico habitæ sunt, quo cælum pluuisse imperita plebs sibi persuasit (p).

RANUNCULUS (q) DILLEN.

RANUNCULI TOURNEFORTII *multa species* T. 147.

RANUNCULUS LINN. n. 699. *præter Ficariam.*

RANUNCULUS & RANUNCULOIDES VAILLANT.

*Mém. de l'Acad. ann. 1719. p. 36.*

Calyx quinquefolius (r), fere caducus, foliis sursum curvis. Petala quinque patula (s), subrotunda, vel cordiformia. Stamina numerosa (t); sic semina (u), in capitulum (x) subrotundum congesta, in aciem lateraliter excavata, tuba brevi & curva (y). Addidit LINNÆUS foveolam sive nectarium in ungue floris, cujus locum alias eminens squamula tenet.

I. FLORIBUS EX PETIOLIS UNIFLORIS,  
EX FOLIORUM ALIS.

RANUNCULOIDES VAILLANT.

1161. RANUNCULUS caule fluitante, petiolis unifloris, foliis capillaceis, longissimis, laciniis parallelis.

*Ranunculo seu Polyanthemo aquatico, albo, affine, Millefolium maratriphyllum, fluitans.*  
J. B. III. p. 782.

Basilicæ ad *Wiesam*, & passim in fluentis paulo rapidioribus.

Non ignoro, nostro ævo quatuor aquaticos VAILLANTIANOS Ranunculos a LINNÆO conjungi, & a BOEHMERO (z), eoque inclinare LUDWIGII animum. Cum vero signa, ex quibus recognoscantur, sufficientia in plantis ipsis adsint: & cum Cl. Viri ideo has plantas conjungant, quod putent ab aliqua aquarum conditione alias & alias formas induci, nobis separare tutius visum est. Notas discriminis fatentur adesse, num ex casu obrepant, non perinde liquet.

Omnibus his Ranunculis aquaticis commune est, caule suo longe produci, & subinde radicem fasciculos, & e regione folia edere, scaposque ex alis floriferos, nudos, unifloros, ex communi, cum pediculo folioso, vagina natos. Folia capillari-ter multifida, ita vero, ut omnium laciniarum conjuncta longitudo latitudinem insignissime superet; rami vero foliorum sibi paralleli fluitent, neque divergant, ut

(g) Ad undecim BLAKWELL.  
(b) SEMEN GREW. T. 73. planum.  
(i) CRAFF. *Ranunc.*  
(k) MARANTA p. 114.  
(l) IDEM ibid. GEOPROI III. p. 315.  
(m) CRAFF. de *Ranunc.*  
(n) IDEM.  
(o) LINN. *macell. olistov.* p. 127.  
(p) GESNER. *phytogv. gener.* P. I. p. 31. & in proprio folio Tiguri ann. 1746. edito.

(q) Quatuor Ranunculos PLINIUS habet L. XXV. n. 109. & DIOSCORIDES II. c. 171. sed quorum solum secundum adgnoscas.  
(r) TOURNEFORT. E.  
(s) IDEM A. A.  
(t) Ad A.  
(u) J. L.  
(x) H. K.  
(y) J. L.  
(z) *Flor.* p. 181.

ut in sequentibus. Flos albus (a), ungue flavo, fovea insigni, quæ nectarium audit, & quam tumens anulus ambit. In hoc genere cæterum maximus, & uncialis flos est. Fructus subrotundus. Capsulæ ovatæ, rugosæ; tuba obliqua. Stamina viginti ad 30.

Acres sunt hi Ranunculi, veficas excitant (b), tardius, quam sceleratus & bulbofus.

1162. RANUNCULUS caule fluitante, petiolis unifloris, foliis capillaribus, laciniis divergentibus.

*Faniculum aquaticum, tertium* TABERNÆMONT. p. 71.

*Ranunculus trichophyllos, aquaticus, medio luteo* COLUMN. *ephras.* p. 315. 316.

*Ranunculus aquaticus, albus, Faniculi folio* BARRELIER. *ic.* 566.

Frequentissimus in rivulis quietis, fossisque aqua plenis. A priori 1161. differt, flore minori, foliis nulla quidem certa figura circumscriptis, multo tamen brevioribus, divergentibus. Flos similis: tuba maxima.

β *Faniculum aquaticum, cornutum* C. B. *Prodr.* p. 73. J. B. III. p. 784.

*Ranunculus aquaticus, albus, cincinnatus, tenuissime divisus foliis, floribus ex alis longis pediculis innixis* PLUKNET. p. 311. t. 55. f. 2.

Circa Nidau, Erlach, Mathod, in fossis quietis. J. B. *Genevæ*, C. B. in stagnis prope Hiltelingen.

Priori proximus, folia habet a caule parum recedentia, omnino circulari circumscriptione terminata, lobis densissime congestis, imbricatis. Nolui tamen a 1162. separare.

1163. RANUNCULUS fluitans, petiolis unifloris, foliis imis capillaribus, supremis reniformibus, orbiculatis, palmatis.

*Ranunculus aquaticus, Hepaticæ facie* LOBEL. *ic.* II. p. 35.

*Ranunculus aquaticus, albus, lato & Faniculi folio* BARRELIER. *ic.* 565.

Passim in Helvetia. Bernæ inter novum pontem & *Ortschwaben* in rivo inter duas sylvas elabente. Basileæ ad *Wiesam*.

Hunc facilius distinguas. Folia inferiora capillariter multifida, circumscriptione rotunda, breviora & crassiora, quam priori 1162. Folia suprema integra, triloba, lobis lateralibus bifidis, medio trilobo; omnibus lobulis lateralibus iterum bilobis & trilobis. In petalo fovea, albo circulo circumdata, cæterum album idem, ungue luteo.

LINNÆUS has tres species unico nomine comprehendit *Ranunculi foliis submersis capillaceis, emersis subpeltatis* 781. Et omnino flore albo, ungue flavo, habitu fluitante, florum nascendi modo convenient.

Neque *hederaceum Ranunculum* in Helvetia reperi, neque eum *longissimis & bifidis foliis*, quem in mea RUPPIANÆ floræ editione (c), descripsi.

## II. RANUNCULI VAILLANTII

### FLORIBUS RAMOS TERMINANTIBUS

#### I. FOLIIS DIVISIS.

##### I. FLORIBUS ALBIS.

1164. RANUNCULUS caule ramoso, multifloro, foliis venosis, quinquelobis, — *aconitifolium*  
lobis rhomboideis, acutis, acute ferratis.

*Ranunculus montanus* IV. CLUS. *Pannon.* p. 369. 370. bene.

& EJUSDEM species altera p. 369.

*Ranunculus quartus* CAMERAR. *Epit.* p. 383. optime.

*Ranunculus albus, apenninus, Saniculae majoris folio* BARRELIER. *ic.* 88.

β Flore

(a) Minor, puto typographi vitio GERARD. p. 388.

(b) CRAFF.

(c) p. 104.

β Flore pleno *Garden of EDEN*. t. 40. In monte *Salanfe* *Valesiæ*.

α. β *Ranunculus foliis omnibus quinatis, lanceolatis, inciso serratis* LINN. p. 776.  
Icon OEDERI t. III. paulo nostris obtusior.

Magno flore, & minori ludit, & iste in *Bruçtero* provenit. Nobis uterque in omnibus montanis & alpinis nascitur, in istis humilior.

*Ranuncolorum* nostratium speciosissimus, etiam quadrupedalis, brachiatus & ramosus. Radix bulbiformis, vaginis tecta, educit fibras teretes, albas, copiosas, fetasque. Caulis fistulosus, ad quemque ramum tria folia vaginalia emittit. Folia digitata videntur, vere tamen trilobata sunt, lateralibus lobis profunde bipartitis. Lobi singuli longe rhomboidei, acuti, acute circumferrati, venosi, cæterum inferne subhirsuti. Quemque ramum terminat suus flos albus, squamula obtusa notatus, petalis rotundis, ferratis. Calyx purpura tinctus, exiguus, caducissimus. Stamina numerosa, ad ortum petalorum adhaerentia.

\* 1165. RANUNCULUS caule unifloro, foliis imbricatis, pinnatis, pinnis lobatis, lobis obtuse palmatis.

*Ranunculus præcox, Ruta folio*. CLUS. p. 232. folia bona, sed flos alienus.

*Ranunculus minor, Ruta folio, Italicus, flore simplici, grumosa radice* BARRELIER. ic. 1153. non bene, si noster est.

*Ranunculus Rutaceo folio, flore suaverubente* C. B. Pin. Hist. Oxon. II. p. 448. S. IV. t. 31. f. 54.

*Ranunculus foliis supra decompositis, caule simplicissimo, unifloro, unisporo, radice tuberosa* LINN. p. 777.

Altissimarum alpium. In *Septimo* *Rhætiæ* monte (d), inque *Montemor* & *Oberstafelberg* *Valesiæ* superioris lectus est.

Radix fert teretes flavas fibras, quasi funiculos. Folia radicalia tria, etiam quatuor, pinnata, pinnarum paribus tribus, impare ultima. Pinnæ in latum expansæ, fumarizæ bulbosæ similes, iterum pinnatæ, parium duorum: pinnulæ primæ trilobatæ: lobus quilibet lateralis tripartitus; medius grandior, similis, etiam tripartitus, quavis lacinia laterali bifida, media trifida. Latiuscula sunt omnia, & ex petiolo divergunt: & ob copiam lorum fere sibi imponuntur, quod vocant imbricata esse. Caulis fere bifolius, foliis multifidis, brevioribus. Flos in caule unicus: calyx foliis ovatis, per maturitatem fere reflexis, lineatis, coloratis. Petala ex origine latescencia, ambitu subrotundo, lineata, alba, in basi miniata, cordiformi macula notata, quæ per totum petalum penetrat, & in quo interius est fovea, nectarii nomine celebris. Præcociter floret.

1166. RANUNCULUS foliis pulposis, repetito trilobatis, calycibus villosis.

*Ranunculus montanus, calyce villoso, Fel. Plateri* J. B. III. p. 862. SCHEUCHZER. It. II. p. 139. t. 20. f. I. It. IV. p. 339.

*Ran. Coriandri folio, flore albo, purpurascente* BARRELIER. ic. 456.

*Ranunculus caule bifloro, calyce hirsuto* LINN. flor. Lapon. n. 33. t. 3. f. 1.

*Ranunculus calycibus hirsutis, caule bifloro, foliis multifidis* LINN. p. 777.

Icon OEDERI t. 19.

β *Ranunculus ορημιπλασθησπηγανωδης* RICHER.

In *Gubernii Aquilejensis* alpibus frequens, in *Prapioz*, *Enzeinda*, *Pané Rossaz*, *sur Champ*, *Ovanna*. In vicinæ *Valesiæ* montibus *Simplon*, *St. Bernhard*, *Jeman*, *Fouly*, *Chermontana*: in vallecula *Furca* montis prope jugum. In *Septimo* monte *Rhætorum*, & in alpe *Piora* *Lepontiorum*. In montibus vallis *St. Nicolai*, & *Kienthal* Cl. ДИСК.

Radix fit bulbillo paulo minus lato, vaginoso, napulis teretibus, prælongis, succulentis. Caules semipedales, foliosi tamen & ramosi, multiflori, rarius biflori & uniflori, succulenti, lati. Folia radicalia aliquot, pariter succulenta, sublutea, tripartita, lobo quovis petiolato, lateralibus quadripartitis, medio semitridido; lobulis omnibus lanceolatis, latiusculis, subhirsutis. Flos uncia latior, calyce villo flavo, aut purpurascente, pubescente. Petala alba, aut purpura tincta, ex petiolo dilatata; stamina numerosissima.

1167.

(d) *Emend.* V. n. 28.

*glauca*

1167. RANUNCULUS uniflorus, foliis levibus, semitribobis, rotunde ferratis, caulinis lingulatis.

Ranunculi montani I. Spec. I. CLUS. Pannon. p. 363. 364.

Ranunculus minimus alpinus, rotundifolius, flore minori C. B. SCHEUCHZER. It. IV. p. 239.

Ranunculus tertius MARTENS tab. H. lit. e.

Ranunculus alpinus, humilis, folio subrotundo SEGUIER. t. 12. f. 1. p. 489.

β Varietas flore majori.

Ranunculi montani I. Species altera CLUS. Pannon. p. 364. 365.

Ranunculus alpinus, humilis rotundifolius, flore majore C. B. SCHEUCHZER It. I. p. 47. It. VII. p. 517.

γ Flore pleno, majori, legi en Chaud Commun; minori, petalis numerosis, Bellidem plenam referentibus, in monte Rosselenaz.

δ Ranunculus διμετονος RICHER. floribus adversis, dorsis sibi obversis.

α. β γ δ Ranunculus foliis radicalibus, subcordatis, obtusis, tripartitis, lobis trilobatis, caulino lanceolato, integerrimo, caule unifloro LINN. p. 778.

Ranunculus foliis subrotundis, splendentibus, semitribobis, petalis cordatis albis CRANZ p. 88.

Quando nives defluerunt, in alpinis & in Jura monte frequentissimus, late regnat.

Flore pleno reperi in monte Enzeindaz.

Radix ex graciliori collo recta demittit fibras succulentas, teneras. Caulis trientalis, una vel altera lineari alba ligula adspersus, cætera aphyllus, uniflorus, etiam biflorus. Folia levia, nitentia, in univsum orbicularia, & hilo excisa, ut renes solent, semitribolata, lobo quolibet trilobato, lobulis trifidulis. Dantur & integra, orbiculata, circumferrata. Flores unciales, aut minores, calyce pallido, in ora late albo & levi. Petala alba, cordiformia. Ovarium longius, ovatum (e).

Inter acerrimos est. Eo ut villosa Ranunculo, contra vertiginem venatores alpini utuntur, eumque ad lassitudinem mandunt. Vesicas excitat (f) inpositus. Ipsa aqua stillatitia vehementer (g) alvum ducit.

II. FLORIBUS LUTES.

1168. RANUNCULUS caule unifloro, foliis glabris, reniformibus, semiquinquelobis.

Ranunculus minimus, alpinus, albus & luteus It. Helvet. II. n. 76. J. B. III. p. 861. ic. exterior.

Ranunculus secundus MARTENS T. G. f. E.

Ranunculus caule unifloro, foliis radicalibus palmatis, caulinis multipartitis, sessilibus LINN. flor. Lapon. n. 232. t. 3. f. 2.

Ranunculus saxatilis, magno flore SCHEUCHZER. It. I. p. 46. cum alpinus sit. Nam de Monspelienfi dubito.

Ranunculus subhirsutus, caule subunifloro, foliis radicalibus palmatis, multipartitis, sessilibus CRANZ Fasc. II. p. 92. t. 4. f. 4.

Separat etiam SEGUIER. Supplem. p. 213.

In alpinis, cum albo 1167. In Enzeindaz, &c. abunde. In Creux du vent, Chafferon.

Radix lignosa, nigra, fibras demittens, setis coronata. Folia radicalia, qualia fere priori, nitida, glabra, petiolata, reniformia. In omnibus nostris semitribida sunt, lobis lateralibus bipartitis, ut digitati folii facies nascatur: loborum lateralium lobuli bilobi, trilobi, quadridentati; medius tridentatus, obtusi omnes. Caulis triuncialis & paulo ultra: folia caulina aut simplicia elliptica, aut palmata trifida, quinquefida. Flos unicus, flavus, nitens, petalis rotundis, calyce hirsuto, colorato, flavo.

β Ranunculus montanus, tenuifolius, luteus J. B. III. p. 416. SEGUIER. p. 215. qui ab ILL. GESNERO habuit.

Aliquanto altior est, foliis radicalibus minus reniformibus, magis laciniatis, segmentis profundissime divisis, ternis, lateralibus bilobatis, lobo exteriori iterum bifido, ejusque lobulis extimis bidentatis, sequentibus tridentatis; intimis quadridentatis: Medius trium loborum cuneiformis, profunde tridentatus. Folia caulina longa

(e) It. Helvet. n. 74.

(f) CONSTANT. medic. Helvet. obs. 20.

(g) C. GESNER.

longa, striata, trifida & quinquefida; flos, ut in priori. Reperi in monte *Tbuiri*, in *Luan*.

Non differre jam J. B. suspicatus est (g\*), & totus perinde glabro est habitu, & aliqua folia radicalia faciem minoris  $\alpha$ . conservant.

1169. RANUNCULUS foliis hirsutis, femitrilobatis, lobis lateralibus bipartitis, foliis caulinis femitrilobis.

*Ranunculus hortenſis* H. DODON. *piorg.* p. 275. *pempt.* p. 426.

*Ranunculus rectus, non repens, flore ſimplici, luteo.* J. B. III. p. 416.

$\beta$  Flore pleno.

$\gamma$  Fasciatus caule lato ELSHOLZ p. 246. quem etiam reperi.

$\alpha$ .  $\gamma$ . *Ranunculus calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito multifidis, ſummis linearibus* LINN. p. 779. CRANZ. p. 90. cum descriptione & foliorum icone.

Totus habitus conſentit, & noſter in alpes aſcendit: ſed receptaculum in *Breymino* lanuginofum propriam plantam indicat.

In pratis ad vias, & oras rivulorum.

Planta variabilis. Radix ex oblongo & tranſverſo tubere copioſiſſimas fibras rectas demittit. Caulis fiſtuloſus, erectus, ramoſus & folioſus, umbellam raram florum gerit, qui ramos terminant: in alpina varietate ſimplex eſt, non ramoſus, trientalis. Folia hirsuta, ſæpe ſubtus macula tinſta obſcuriori, quæ a petiolo ſe per totum florem diffundit. Folium figura pentagona, ad baſin uſque trilobata, lobis non petiolatis: lateralibus lobis bipartitis; medio trilobato, lobulis tridentatis. Ad caulem folia vaginalia, minutius diviſa, non tamen petiolatis lobis, ſed cohærentibus, latis, ferratis, ultimis palmatis, linearibus. Calyx nitens, nigra linea diviſus, caducus, patulus, &, ut ſolent in vetuſta planta, reflexus. Flos luteus, quaſi gummeo nitore oblitus. Squamula ſubcordata.

Acriſ planta & exurens, cujus acrimonia eſt in volatili elemento, ſiccus enim miteſcit (b). Aqua recentis plantæ ſtillatitia vomitum movet (i). Cuti admotus veficas (k) excitat, & poteſt cantharidibus hætenus præferri (l), quod viis urina-riis non moleſtus ſit. Hemicraniam eo emplafiro *Nicolans* CHESNEAU (m) expugnabat, & nuper *Georgius* BAGLIVI: alii arthritidem (n) & podagram, in ægris felices, quorum curam celebres medici (o) incaſſum geſſiſſent; demum carpiſ admotus febres intermittentes (p) dicitur fugaffe. Ad morbum equorum [*farcin*] tuſus & auribus admotus per 24. horas, pro efficaci remedio habetur (q). Sympatheticam curationem herniarum, quæ radice huius plantæ ſuſcipiebatur (r), Marpurgenſes medici condemnarunt. Deliquium animi, & enormem tamen ardorem excitavit (s), temporibus impoſitus. In horto cultus miteſcit (t).

\* 1170. RANUNCULUS radice ſubrotunda, foliis femitrilobatis, ferratis, hirsutis receptaculo lanuginofo. †

*Ranunculus Breyminus* CRANZ p. 91. T. 4. f. 2.

In monte *Enzeindaz* legi & in *Gottardo*.

Meus omnium ranunculorum minimus eſt.

Radix tuber habet verticilli modo rotundum, ex quo fibras demittit. Caules ex eo tubere numeroſi, hirsuti, humillimi, biunciales & triunciales, uniſtati. Folium caulinum unicum, palmatum, tridentatum, laciniis graciliſſimis, linearibus. Folia radicalia pariter hirsuta, femitrilobata, lobis lateralibus bilobatis, ut digitata videantur, lobis omnibus bipartitis aut tripartitis, per oram acute ferratis. Flos pro portione grandis, calyce hirsutiſſimo, qui a præcedente 1169. facile diſtinguitur. Per ætatem refleſtitur. Flos flavus, gummeus, receptaculum lanuginofum, quo ab acri 1162 ſe diſtinguit.

Omnia

(g\*) Conf. *It. Helvet.* II. n. 77.  
 (b) CRAPP.  
 (i) BUCHNER. *mater. med.* p. 375.  
 (k) KRAPP. p. 90.  
 (l) Præferbat SYLVATICUS apud HOFMAN *de ve- ſeant.* p. 12.  
 (m) p. 5. 12. 14. 15.

(n) STÖRK. *ann.* II. p. 123. CHESNEAU. p. 420.  
 (o) FABRICIUS & CAPIVACCIUS.  
 (p) *Breſl Saml.* 1719. m. Aug.  
 (q) WILLIS *cerebr.* p. 138.  
 (r) VALENTIN. *Pandect. med.* P. I. S. 4. c. 7.  
 (s) MURALT. *Chir. Geſchicht.* n. 59.  
 (t) CRAPP. p. 90.



Omnia cum CRANZIANO conveniunt, nisi quod multiflorus est, quod quidem discrimen facile a minus alta sede oriri potest, in qua Vir ILL. plantam legerit. Acerrimus est (u), cultu tamen in horto mitescit (x).

\* 1171. RANUNCULUS caule ramofo, multifloro, foliis semifseptilobis, lobis tridentatis, acutis.

*Ranunculus sylvestris* II. DODON. *purg.* p. 279.

*Polyanthemum* (y) *simplex* LUGDUN. p. 875.

*Ranunculus calycibus patulis, pedunculis sulcatis, caule erecto, foliis multipartitis* LINN. p. 779.

In fylvis.

Valde priori adfinis, paulo laxiori habitu & nudiori, foliis magis divisis & minus hirsutis. Nempe trilobata sunt, sed profundissime, & lobi petiolati: laterales pene ad basin bilobati, quoque lobulo bilobato, lobulis acute & inæqualiter dentatis: lobo medio bis trilobato, dentibus alterne magnis & parvis ferrato. Folia caulina prima petiolata, trilobata, lobis profunde incis; ulteriora trilobata & simplicia. Petioli vix sulcati (z). Rami longe nudi, multiflori. Vereor, ut fatis a priori 1169. diversus sit.

1172. RANUNCULUS caule folioso, ramofo, erecto, foliis semitrilobatis, ferratis, hirsutissimis, vaginis fericeis.

*Ranunculus magnus, valde hirsutus, flore luteo* J. B. III. p. 417.

An *Ranunculus ορεακαυλορριζογυκος* RICHER.

*Ranunculus montanus, lanuginosus, folio Ranunculi repentis* C. B. SCHEUCHZER I. p. 47.

*Ranunculus montanus, subhirsutus, latifolius* C. B. Prodr. p. 96. bene.

*Ranunculus nemorosus, hirsutus folio Caryophyllata* LOESEL. p. 220. ic. 71.

*Ranunculus calycibus patulis, pedunculis teretibus, caule petiolisque hirsutis, foliis trifidis, lobatis, crenatis, holosericeis* LINN. p. 779.

RAJUS in monte Saleva. J. B. & C. B. in monte Muteto. In fylvis inter Hub & Thorberg Alp. &c.

Ego quidem non separarem a repente, separant vero Cl. SCOPOLI, & LINNÆUS (a), & fere nuperi.

Radix fibris fit teretibus. Caulis pedalis, cubitalis, ramosus, erectus, perinde ut folia, undique pilis longioribus hirtus. Folia crassiuscula, sæpe pallida macula in divisione segmentorum signata, cæterum semitrilobata, lobis lateralibus bipartitis, medio trilobato, lobulo medio iterum tridentato. Caulina prima similia, ultima non terna, sed palmata & simplicia, petiolis totis fulvis. Calyces hirsuti, patuli, per ætatem reflexi: flos magnus, flavus, gummeus, in origine petalorum viridi lineatus, cum tuberculo.

Mitem esse Cl. CRAFF, qua nota cum repente convenit.

1173. RANUNCULUS caule reptante, radicato, foliis semitrilobatis, circumferratis, lobis petiolatis.

*Ranunculus hortensis* I. DODON. *purg.* p. 274. *pempt.* p. 425.

*Ranunculus pratensis repens* BLAKWELL. t. 31.

*Ranunculus calycibus patulis, pedunculis sulcatis, sarmentis repentibus, foliis compositis* LINN. p. 779.

II. *Ranunculus dulcis batrachium salutarium* TABERNEMONT p. 51. 52.

*Ranunculus pratensis, erectus, dulcis* C. B. J. R. H.

III. *Ranunculus rectus foliis pallidioribus hirsutis* J. B. III. p. 417. Apud PETIVERIUM habet folia aliqua rotunde ferrata t. 38.

*Thames Crowfoot* PETIVER. t. 38.

Radix semper tuberis vestigia habet, ex quo fibræ teretes descendunt. Caules alii prostrati, sive flagella foliosa, quæ speciem eunt propagatum, & radices agunt. Alii erecti, aut decumbentes (b), pedales, ramofo, multiflori. Folia a prioribus

(u) CRAFF.

(x) IDEM.

(y) *Polyanthemon*, etiam *Batrachium causticum*  
PLIN. L. XXVII. n. 90.

(z) LINN.

(a) p. 504.

(b) DODON.

bus diversa, hirsuta quidem & trilobata, sed lobis petiolatis, qui in *acri* feffiles sunt. Laterales lobi bipartiti, lobulo laterali minori iterum semipartito, sic anteriori majori; omnibus acute dentatis: medio lobo aut petiolato, trilobato, aut fessili, lobis ejus lateralibus quadridentatis, medio iterum lobulo trilobato, dentato. Folia caulina petiolata, simplicia & trifida. Flos flavus, gummofus, calyce patulo, sed leviter subhirsuto, per ætatem reflexo (c). Squama LINNÆANA lata, leviter bifida. Stamina 55.

Mitis est & oleraceus (d). Ad hæmorrhoides utile fomentum præstat (e).

1174. RANUNCULUS radice subrotunda, foliis hirsutis semitrilobis, lobis petiolatis, acute ferratis.

*Ranunculi nona species* CORD. p. 121.

*Ranunculus tuberosus* DODON. *purg.* p. 290. *hist.* p. 431.

β Flore pleno, in hortis frequens.

Varietates MICHELI Hort. Florent. p. 79.

*Ranunculus calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto, foliis compositis* LINNÆI p. 778.

Verna planta, in hortis, pratis & ad vias frequens.

Radix rotunda, superne tamen depressior, & inferne. Folia prima semitrilobata, reliqua radicalia, qualia priori 1173. trilobata, lobis petiolatis, lateralibus semiquadrilobatis, lobulis bidentatis & quadridentatis, medio longius petiolato, semitrilobato, lacinia media iterum semitrilobata, lateralibus segmentis bidentatis, medio segmento tridentato. Folia caulina petiolata, trilobata, sed longiora & grandiora. Caulis pedalis, erectus, fistulosus, brachiatus, aliquot flores gerit. Calyx pene glaber, alis coloratis, patulus, per ætatem reflexus. Petala rotunda, flava, cum gummeo nitore, ungue virente. Squama nectarina pulposa, bifida. Stamina 60.

Radix recens acerrima (f), odore fere spiritum salis ammoniaci refert (g), & ipsius Scelerati violentiam superat. Trita radix & imposita (h) vesicas ciet, tutius quam cantharides, & minori cum dolore (i). Per ætatem sensim mitescit (k), quarta tamen hebdomade adhuc vesicam trahit (l). Decoctus edulis fit (m). Folia & ipsa recentia vesicas trahunt (n). Decoctum cujusvis plantæ partis acre est (o); aqua tamen adjecta mitigatur: succus acrior est (p), quam scelerati, & sternutationem (q) excitat.

Summa similitudo folii, & petioli loborum, & reliquæ bulbosæ in repentis radice, & quod bulbosus solo vere reperiatur, & hirsuties bulbosi, & mitis natura repentis, ut plantæ vetustæ, & pene effetæ, fecerunt, ut dudum (r), & ego, & Cl. WILlich (s) repentem pro bulbosi vetustiori planta haberemus, cujus radix in stolones findatur, & figura globi pene amissa, tamen adgnoscat. Calyx, ex quo signum nuperi (t) sumere voluerunt, in meis exemplis & in bulboso patulus, & in repente omnino reflexus (u) fuit. Cum tamen plerique nuperorum (x) volint separare, nomina malui distincta hæcenus relinquere.

In Americam irrepsisse DOUGLAS (y).

1175. RANUNCULUS foliis levibus, semitrilobatis, rotunde ferratis, fructu ovato.

*Ranunculus* I. CAMERAR. *Epit.* p. 380.

*Ranunculus sylvestris* I. DODON. *purg.* p. 278. *pempt.* p. 428.

*Ranunculus palustris* TABERNEMONT. p. 42. BLAKWELL. t. 259.

*Ranunculus foliis inferioribus palmatis, summis digitatis, fructibus oblongis* LINN. p. 776.

In aquosis abunde circa Roche, Iverdun: Chateau Thiele, Matbod, &c.

Radix

(c) LINN. *Olanika vesca.* p. 40.

(d) CRAPP.

(e) CHOMEL.

(f) CRAPP p. 69.

(g) FLOYER *pharmacobar.* p. 122.

(h) CRAPP. p. 106. 73.

(i) IDEM p. 105.

(k) IDEM p. 69. Siccatus dulci est sapore FLOYER.

l. c.

(l) CRAPP. p. 74.

(m) p. 73.

(n) p. 70.

(o) p. 75.

(p) p. 76.

(q) *ibid.*

(r) *Enum. plant. hort. Gotting.* p. 110.

(s) *Disp. inaug.* p. 7.

(t) Patulum esse repenti LINN. p. 779.

(u) *Emend.* VI. n. 29. Etiam CRANZ. p. 90.

(x) GERAARD. p. 386. CRANZIUS, &c. WILlich *obs.* I. p. 45.

(y) II. p. 207.

Radix fibrosa, fasciculata, terminata crasso vaginoso collo. Caulis crassus, fungosus, erectus, cubitalis, ramosus. Folia radicalia petiolata, trilobata, lobis lateralibus femibipartitis; medio trilobato: isto secundo trifido; illis bipartitis omnibus rotunde demum dentatis. Caulina petiolata, palmata, angusta, profunde divisa; suprema elliptica. Flores in numerosis ramis, in diversa altitudine, exigui, petalis pallentibus. Calyx floralis reflexus. Stamina circa vigena. Pro nectario foveola, margine cincta tumente. Fructus convexus, longus, fere Adonidis, capsulis in quincuncem dispositis. Semina ovata, compressa, brevissimis tubis, dililiunt (a) ad tacto fructu.

Caulis juniore plantæ & terram propius acrior est (b). Folia urentem vim habent (c), & linguam inflammant & findunt. Flos etiam foliis (d) acrior est. Flos & folium cuti impositum ruborem excitat, & intra duodecimam horam vesicam (e) elevat, absque molestia, tamen ut ulcus diutius renuat sanari, magis etiam refractarium (f), si vesicam aperueris. Verrucas imposita folia inflammant (g): oculis etiam ab ipso volatili (h) odore calor & ulcus accedit, & contrita planta (i) nares feriens oculos irritat. Succus minus equidem, quam bulbosi succus, acris est, acrior tamen, quando recens (l). Decocta (l) ad duas tertias cum planta aqua acris est, & in ventriculo dolores ciet, cum deliquiis animi, infusa acerrima & erodens (m). Etiam guttulæ fucci idem, quod decoctum faciunt, ut tamen aqua, aut balsamus (n), id incommodi auferat. Canis a succo intruso vomuit (o) & in cadavere ventriculus inflammatus, ruberrimus, eminentibus papillis plenus, pylorus tumidus fuit, & arctatus, & lividi coloris (p). Quinquagecupla demum aqua acrimoniam fucci domat (q). Denique Ranunculus sceleratus ad ignem acerrimam aquam (r) fundit, quæ neque acidam naturam prodit, neque alcalinam, & ducentupla demum aqua domatur. Ea callosos sinus tollit. Quare cum & oves occidisse visus sit, & ei morbus das kalte Feuer tribuatur (s), & risum sardonium excitaverit (t), dudum pro herba sardoia habitus est, dulci, Apio simili, quam qui gustasset, maxillas & carnes suas erodat (u): quam porro in acetario sumtam Italos occidisse AMATUS (x) auctor est, & quæ ad carpum admota adversus febres continuas certo fit auxilio (y). Verum ANGUILLARA aliam plantam Apii tenuissimis pilosis foliis pro Sardoia habet (z); & mihi probabile videtur, Oenanthen croceo succo, quæ Apii folio est, id nomen mereri. Ea enim in vicina Corsica inter milites Gallos stragem edidit, ut in epistola ad me data Cl. VACHER retulit.

Denique hunc Ranunculum a pecore tamen depasci, quando cum aliis herbis commistus est, SCHREBERUS (a) eo magis probabiliter scribit, quod pecora etiam alias acres plantas invita devorent: neque possint Ranunculos ita seligere, ut folis vescantur dulcibus (b). Siccum eo minus devitant, quod innocuus nunc (c) sit, & herba sicca, & succus extractus edulem naturam recuperent. Decoctum levius demulcet, gratoque est & dulci sapore, in catarrho utile (d).

1176. RANUNCULUS feminibus aculeatis, foliis tripartitis, lobis longe petiolatis, bipartitis & tripartitis, acute incis.

Ranunculi V. Species CORD. p. 120. b.

Ranunculus sylvestris III. DODON. purg. p. 280. pempt. p. 427.

Ranunculus

- |  |   |
|--|---|
| (a) CEANZ p. 85.                               | (o) p. 25.                                    |
| (b) CRAFF. p. 13.                              | (p) p. 25.                                    |
| (c) p. 14.                                     | (q) p. 27.                                    |
| (d) p. 15.                                     | (r) p. 30.                                    |
| (e) p. 16. Etiam MARTIN. Westera Llandi p. 77. | (s) SCHREBER.                                 |
| 128. 129.                                      | (t) Eps. Nat. Cur. Dec. III. ann. 2. obs. 82. |
| (f) KRAPP p. 17.                               | (u) SILIENUS Rev. Syracus III. p. 288.        |
| (g) p. 18. 19.                                 | (x) p. 276.                                   |
| (h) p. 19.                                     | (y) FIORAVANT. tesor. L. IV. c. 14.           |
| (i) p. 20.                                     | (z) Simplic. p. 18.                           |
| (k) p. 20.                                     | (a) III. Saml. p. 71.                         |
| (l) p. 22. 29.                                 | (b) GLEDITSCH. method. p. 41.                 |
| (m) Ibid.                                      | (c) CRAFF. p. 20. 21.                         |
| (n) p. 24.                                     | (d) p. 22.                                    |

*Ranunculus arvensis*, echinatus C. B. Bas. J. R. H.  
*Ranunculus feminibus aculeatis*, foliis superioribus decompositis, linearibus. LINN. p. 788.  
 Olanzk. refa. p. 104. 105.  
 OEDERI ic. 219.

In agris non rarus.

Radices ex brevi quasi bulbo fibrosæ. Folia tenuius divisa, quam prioris: radicalia trilobata, longe petiolata. Caulina, & radicalia majora, trilobata, lobis petiolatis, lateralibus bipartitis, quovis lobulo profunde & acute bifido, medio bis trifido, lateralibus laciniis bifidis, omnibus angustioribus. Caulina similia, tenuiter divisa. Caulis pedalis, foliosus, multiflorus. Flos parvus, pallidus. Stamina circa quindecim. Semina pauca, octo, rotunda, plana, utraque superficie muricata, aculeis marginalibus maximis. Squama nectarii obscure cordiformis.

Succus acerrimus est (a). Radices, etsi fatuæ videntur, in faucibus tamen acrimoniam demonstrant. Folia vesicas trahunt (b); flores acerrimi sunt (c), & vesicas & ipsi excitant, etiam magis, si prius contriveris (d). Uncia succi hujus Ranunculi canem intra triduum occidit, ventriculo inflammato (e), rubro, eroso, cum vesiculis. Quinquagecupla aqua mitigatur.

Cl. LOEFLING palustrem echinatum, foliis latis, qui diversissimus videtur, negat differre, & ait, notas discriminis per gradus aliquos evanescere (f).

1177. RANUNCULUS foliis radicalibus integris & semitrilobatis, rotunde crenatis, caulinis multipartitis, linearibus, integerrimis.

*Ranunculus dulcis* seu *pratensis* TRAG. p. 97.

*Ranunculus rotundifolius*, *vernus*, *sylvaticus* J. B. III. p. 857.

II. Petalis nullis, calycis foliis semifloralibus (g).

I. II. *Ranunculus foliis radicalibus reniformibus, crenatis, incis, caulinis digitatis, linearibus, caule multifloro* LINN. I. p. 775.

In umbrosis, ad sepes, & in sylvis, verno tempore, non rarus.

Radix numerosissimis fit & gracilibus fibris. Folia levia; radicalia reniformia, subrotunda, rotunde crenata, proxima, etiam radicalia, aliqua trilobata; denique lobis denno divisis, semper rotunde ferrata. Caulis foliosus & ramosus, pedalis. Folia caulina palmata, quinque ad novem lobis ellipticis, non ferratis. Calyx patulus, per ætatem reflexus. Petala calyce majora, flava, nitida. Stamina 50.

Totus mitis est & oleraceus (h).

Pro erecto dulci habet TREW (i).

## II. FOLIIS INTEGRIS.

1178. RANUNCULUS foliis duris, venosis, reniformibus, rotunde crenatis; convexitate retusa, acute ferrata.

*Thora major* GESNER. de *Aconit.* p. 4. CAMERAR. *Epit.* p. 826.

& *Minor* GESNER de *Aconit.* CAMERAR. *Epit.* l. c. SEQUIER. *Supplem. purg.* p. 212. qui separat.

*Thora Valdensis* DODON. *purg.* p. 322. *hist.* p. 443.

*Ranunculus Thora* JACQUIN. *Obs.* T. I. t. 13. & *Obs. Vindob.* n. 47.

*Thora* MANGET *dict. pharm.* t. 14.

& *Flore pleno* *ibid.*

*Ranunculus foliis reniformibus, semitrilobis, crenatis, caulinis sessilibus, floralibus lanceolatis, caule subbifloro* LINN. p. 775.

Abunde in Gubernii Aquilejensis montibus occidentalibus supra le Pertuis d'Avenaire, en petit Ayerne, in mont. Chaude & in ea tota regione. Dans le Val de Lie.

In pascuis summi montis Thuri etiam post RAJUM legi.

Radix, quæ Ranunculorum coronariorum, fasciculus nempe incurvorum unguium, in imum caulem convenientium, inferne tamen in fibras sæpe prælongas productorum, unde nova species TILLI (k). Caulis firmus, humilis, vix dodrantalis, uniflorus

(a) KRAPP. p. 82. 206.

(b) p. 79.

(c) p. 81.

(d) *ibid.*

(e) p. 89.

(f) *Olanzk. ref.* p. 57.

(g) LINNÆUS juniores flores apetalos invenit, maturiori ætate pentapetalos; sed ego 12. April. mens. utique calycem legi petalodeum.

(h) CRAPP. p. 95

(i) Ad BLAKWELL. t. 31.

(k) *Hort. Pisum.* p. 143.

*Thora*

uniflorus & biflorus, unifolius & bifolius. Folia dura, coriacea, nervosa, glauca; radicalia nulla; caulinum primum rotunde reniforme, in parte convexa retusum, cum reliquis ambitus breves dentes habeat; plerumque bis profunde incisum, & in ea parte acute ferratum, etiam emarginatum (a). Folium caulinum superius simile, aut acute tripartitum: accedit tertia, simplex lingula. Flos parvus Ranunculi, splendens, ad ortum maculatus, petalis lineatis, constanter pentapetalos (b). Calyx subcoloratus, reflexus. Fructus capitulum subrotundum capsularum paucarum, grandium, tubis longis.

Radices in Gubernio Aquilejensi pro Afaro venduntur, ut emeticas esse adpareat; cultæ longiores fiunt & fibrosæ.

Habitus totus acris est, ut tamen post perfectum fructum folia mitescant, & sicca perinde (c) absque acrimonia sint, ut in aliis Ranunculis. Succo, tamquam atroci veneno, Valdenses (d) sagittas suas infecisse vetusta est narratio, & de Lucernensibus [Pedemontanis] GESNERI (e). Experimento facto COLLINUS periculi plenam plantam esse comperit, quæ torporem inferret (f). Gallinas cultro Thoræ succo vitiato macatas teneriores reddi WEPFER (g). Negat MANGETUS (h) & succum ferramentis vulnus illaturis illitum negat necare, ex suo experimento, sive veteres fabulæ fidem dederunt, sive imbellem succum MANGETUS adhibuit. Credas LIMEUM (i) esse, quo Galli sagittas infecerint. GESNERUS pro Pardalianche (k) Aconito habuit, repugnante MATTHIOLLO (l). Veterum vero plantæ, præter vulgares aliquas, ægre agnoscuntur.

Thoram fuisse, quæ pro Gentiana vendebatur (m), Angli. Sed id omnino fieri non potuit.

\* 1179 RANUNCULUS radicibus fasciculatis, imo caule reticulato, foliis cordiformibus Emend. I. n. 53.

Ranunculus dulcis, foliis latis, Rapistræ, persfoliatis, floribus albis MENZEL pugil. t. 8. f. 6.

Ranunculus montanus, folio Plantaginis C. B. Hist. Oxon. II. p. 444. S. IV. t. 30. f. 36.

Ranunculus foliis ovatis, acuminatis, amplexicaulibus, caule multifloro, radice fasciculata

LINN. p. 774.

In Gubernio Aquilejensi pene vulgo, in alpinis faxosis, Ovannaz, Chaud comman, Javernaz, Prapioz, la Boulaire, Sanetsch. In vicinæ Valesiæ mont. Fouly. Jeman, Dent de midi, Bovinaz, St. Bernhard; in montibus supra Praborgne.

Radices teretes, fasciculatæ, etiam semipedales, in quoddam tuber collectæ. Imum caulem ambeunt setæ reticulatæ. Folia dura, glabra, ex radice petiolata, cordiformia, obtusa, integerrima, nervis quinque notata, qui in apice conveniunt; ad caulem inferiora similia, sessilia, semiamplexicaulia, suprema angusta, linearia, acuta. Caulis dodrantalis, erectus, ramosus, brachiatus, multiflorus. Flos uncialis & major. Calyx coloratus, albus, subpurpureus, deciduus. Petala lactea, dilatata, subrotunda, venis concoloribus striata. Squama nectarii prælonga. Fructus ovalis, rotundus.

Ranunculus 6. Parnassifolius TILLI p. 145. t. 46. f. 1. est Damasonii species, flore tripetalo.

1180. RANUNCULUS radicibus fasciculatis, imo caule reticulato, foliis gramineis Emend. I. n. 52. †

Ranunculus alpinus, gramineo albo flore BURSER. Act. Suec. 1724. p. 505.

Ranunculus pumilus, gramineis foliis J. B. III. p. 866.

Ranunculus

(a) JACQUIN.

(b) In icone GESNERI, CAMERARII, MATTHIOLI flos tetrapetalos pingitur. Inde error RUPPII, cum Tormentilla recensentis.

(c) CRAFF.

(d) THUANI; LOEHL. adv. p. 267.

(e) Aconit. p. 196.

(f) COLLINS l. c. apud C. GESNER. p. 20.

(g) Cicut. equat. p. 215. Etiam ex THUANO.

(h) L. c.

(i) PLIN. L. XXVII. n. 76.

(k) Aconitum folia habet Cyclamini aut Cucumeris tria vel quatuor minora subbisfuta, caulem paulum album; radix Scorpii caudam amulatur, & Alabastris modo splendet DIOSCORID. IV. c. 72. PLIN. L. XXVII. n. 2. Partim consentit historia, partim aliena est.

(l) p. 384. 385.

(m) HILL, LEWIS. mater. medic. p. 628.

*Ranunculus leucanthos* RICHER p. 192. bene.

*Ranunculus gramineus* TABERNEMONT p. 51. bene, pro planta alpina.

*Ranunculus foliis linearibus, longissimis, caule erecto, nudo, unifloro* LOEFFLING.  
Itin. p. 60?

*Ranunculus foliis linearibus, caule subnudo, radice fasciculata, ramosa* GERARD. p. 389.

Non est *Ranunculus* γ. LINN. p. 773. ex fide Cl. GERARDI.

β Flore pleno *Ranunculus αλπικολευκανθοπληρης* RICHER.

In altioribus alpium, monte Fouly, Jeman, Enzeindaz, Prapioz, la Varaz, Pané  
Rossaz, Bovinaz, Salanfe, St. Bernhard; montibus supra Vallem D. Nicolai,  
mont. Bernina & Braulio Rhætiae, & ad glaciales rupes, ex quibus Rhoda-  
mus scaturit.

Radices fasciculatae, teretes: caulis imus quasi bulbosus, fetis reticulatis obnuptus.  
Folia radicalia longa, angusta, Graminis similia, nervis secundum longitudi-  
nem sibi parallelis: in caulis divisione, si divisus fuerit, aliqua latiora, ample-  
xicaulia. Si caulis uniflorus fuerit, unica ligula elliptica. Caulis superne hirsu-  
tus, saepe uniflorus. Flos non magnus, calyce subhirsuto, oris albis, patulo,  
petalis lacteis, sectorem circuli referentibus. Fructus ovalis. Sed altiora exem-  
pla etiam reperiuntur cubitalia, foliis ad unciam latis, receptaculo terete, cau-  
le ramofo, multifloro; etiam ad 20. flores.

β Non possum ab istis separare *Ranunculis* plantam rarissimam, cujus exempla (n)  
Cl. RICOU in monte Mille supra vallem de Bagnes legit.

Cum prioribus convenit summa radice obducta reticulo fetarum, eadem bulbillis fa-  
cta. Folia petiolata, ovata, ferrata, lacera, nervis parallelis, in longas pera-  
cutas lacinias eductis, in caule trifidis. Caulis cubitalis, ramofo, foliosus, su-  
perne hirsutus. Flores pauci, magni. Calyx fusco tinctus, reflexus. Petala alba,  
emarginata. Capsulae repandae, tuba curva.

Possit haec planta ex adulterio *Ranunculi* 1180. & *Aconiti* folii n. 1164. nata videri, si  
iste ad summas alpes adspiraret. Sed est potius per insignis varietas *Ranunculi* 1180.

1181. *RANUNCULUS* caule erecto, ramofo, foliis ensiformibus, subserratis.

*Ranunculus lanceolatus major* TABERNEMONT. p. 48.

*Ranunculus longo folio maximus*, lingua PLINII J. B. III. p. 865.

β Foliis serratis AMBROSIN. *phytogr.* p. 459.

γ Latiori folio, marginibus pilosis PLUKNET. p. 312.

α. γ. *Ranunculus foliis lanceolatis, caule erecto* LINN. p. 773.

Passim in aquosis circa Seelhofen, Seedorf, ad fossas viae Worbenfis, circa Murten,  
Roche, Michelfelde, &c.

Caulis erectus, fistulosus, cubitalis, ramofo, teres. Folia vaginalia, sessilia, integra,  
vel non ferrata, longe lanceolata, acuta; etiam tota hirsuta. Flores in summis  
ramis amplissimi. Calyx subhirsutus. Squama eminens, & sub ea foveola. Sta-  
mina fere centena. Petala rotunda, flava, nitentia. Semina videntur squamis di-  
stingui: sed ex sunt capsulae abortivae, a vicinis elisae.

Acris est, & causticus.

1182. *RANUNCULUS* caule declinato, foliis elliptico lanceolatis, subserratis.

*Flammula Ranunculus* DODON. *purg.* p. 292. DODON. *pempt.* p. 732.

β Foliis dentatis.

*Flammula Ranunculus, folio serrato* DODON. *pempt.* p. 433.

*Ranunculus lanceolatus, serratus* C. B. BAS.

α. β. *Ranunculus foliis ovato lanceolatis, petiolatis, caule declinato* LINN. p. 773.

In omnibus udis & inundatis abunde.

Caulis ramofo, partim prostratus, partim erectus, radicibus longis, teretibus. Folia  
radicalia ex petiolo fulcato, utrinque acuminata, firmula, elliptica, lanceolata,  
plerumque integra, tamen etiam dentata. Caulis floriger pedalis, cubitalis, ra-  
mofo, multiflorus, foliis vaginalibus, supremis linearibus. Flos, quam priori  
minor, flavus, nitens, cum foveola in ungue, ora eminente cincta. Stamina circa  
triginta. Calyx subhirsutus.

Acris

(11) *Emend.* VI.

Acris est, ut *Flammulæ* nomen meruerit, ad vesicas excitandas (o) utilis, mitior tamen, quam palustris, ut etiam nonnunquam fallat (p). In equis hoc *Ranunculo* pastis hepar corrumpi, & vesiculis aqua refertis repleti, etiam pisciculis *Solæ* fimilibus [fasciolis] (q).

1183. *RANUNCULUS* caule reptante, foliis linearibus, fasciculatis.

*Ranunculus longifolius minimus reptans* BURSER *Act. Lit. Suec.* ann. 1724. p. 505. qui & ipse *Morati* legit.

*Ranunculus flammens, minimus, Spargula folio* BUXBAUM *Cent. V. app.* n. 41.

*Ranunculus repens, gramineis foliis, e singulis geniculis radices agens* AMMAN. *plant. Ruthen.* p. 80. t. 13. f. 1.

*Ranunculus foliis linearibus, caule repente* LINN. *Flor. Lapon.* p. 236. t. 3. f. 5. *Spec.* p. 773.

*Icon OEDERICI.* 108.

Ad ripas lapidas lacuum Helveticorum, Biennensis, Moratensis, Neocomensis, Genevensis.

Habitus prostratus; radiculæ per intervalla ex caule prodeuntes. Caulis alterne alium ductum induens. Folia linearia, tamen cis finem latiuscula, sæpissime conjugata. Flores exigui, lutei, nitentes, in petiolis unifloris. Calyx semipellucidus, per ætatem reflexus.

Pene certus sum varietatem esse (r) *Ranunculi* 1182. quem per continuos gradus viderim, ut a lapidosis recedebat, altiorem fieri, & denique in omnes *Flammulæ* conditiones redire.

DAMASONIUM VAILLANT. 1719. p. 26.

ALISMA (a) LINN. n. 460.

RANUNCULI *Spec.* TOURNEFORTII.

A Sagitta & a *Ranunculis* hoc loco retinetur, etiam si stamina tantum sensa sunt: nam florem illius, hujus fructum habet. Calyx trifolius, foliis triangularibus. Petala tria (b), pro plantæ ratione exigua, expansa, ambitu circulari, ferrato, arcum efficiente. Siliculæ numerosæ, duodecim, viginti (c), in circulum dispositæ, in nostra monospermæ, ut in *Ranunculo*, dantur enim & polyspermæ species. Nihil adinet nomen *Damasonii* (d) novare.

1184. *DAMASONIUM* foliis ellipticis, lanceolatis, capitulo rotunde triquetro.

*Plantago aquatica* CAMERAR. *Epit.* p. 264. DODON. *cereal.* p. 267. *bist.* p. 606.

*Plantago palustris, seu aquatica* TABERNEMONT. p. 734.

& *Plantago aquatica minor* EJUDEM *ibid.* parva TARGIONI *viagg.* III. p. 192.

*Alisma foliis ovatis, acutis, fructibus obtuse trigonis* LINN. *spec.* p. 486.

In omnibus fossis aqua plenis.

Radix alba, bulbiformis, tunicata, densissimis fibris capillata. Folia radicalia longe petiolata, ovato lanceolata, & ellipticolanceolata (e), acuta, nervis in apice convenientibus, ut in *Plantagine*. Caules nudi, cubitales, paniculati. Petioli ex caule verticillati, vaginis excepti trifoliis, ramosi ipsi & secundo verticillati, & tertio. Discus siliquarum rotunde tripartitus. Petala rosea, dum inaperta. Flos pro plantæ portione minimus.

Acris est, & ea nota cum *Ranunculis* cohæret: in hydropicis vesicis (f) excitandis adhibetur, ex HEURNII consilio. Vaccas occidisse Cl. FABREGOU testis est, & alia animalia.

Qui

(o) CHYDENIUS *gamle Carleby* p. 41.

(p) MARTIN. *Western Island.* p. 179.

(q) Le NOBLE *lact.* p. 12.

(r) L. *Helvet.* H. n. 19. p. 207.

(a) *Alisma Damasonium*, foliis *Plantaginis* angustioribus, magis laciniosis, in terram converis, ramosis, caule simplici, tenui, cubitali, capite thyrsi, radice densis *Veratri*, tenuibus, odoratis, pinguibus

DIOSCORID. L. III. c. 154. PLIN. L. XXV. n. 77.

Sed addit, aliud in sylvis nigrioribus foliis nasci.

(b) TOURNEFORT. D.

(c) IDEM. S. T.

(d) Non esse *Plantaginem* recte JUNGIVS.

(e) Etiam angusta, quasi *graminea*.

(f) ETTMULLER p. 77.

Qui fit adeo, ut FLOYERUS (g) refrigerantem vocet & adstringentem, & Paulus BOCCONE (b) ajat, in Umbria radicem hæmorrhoides sanare impositam. Damafonium veterum alvum fistebat (i), sursum tamen & deorsum purgare MARCELLUS Emp. (k) auctor est.

Neque stellatum Damafonium, neque minimum in Helvetia lectum est.

SAGITTA (l) VAILLANT. *Mém.* de 1719. p. 25.

SAGITTARIA LINN. n. 1067.

RANUNCULI *Spec.* TOURNEFORT.

Flores sexu distincti, sed in eadem planta. Supremi mares sunt, calyce ovato, trifolio, petalis tribus, subrotundis, staminibus triginta, & ultra, fructu nullo. In imis verticillis flores sunt feminini, calyce & petalis similibus, ob numerum vero filicularum & tubarum quasi muscosi, staminibus nullis, fructu hemisphærico, ex numerosissimis capsulis, monospermis, compacto. Semina alata.

1185. SAGITTA foliis acuminatis.

GESNERI *icon. aenea* n. 72.

Sagitta DODON. *cereal.* p. 235. CAMERAR. *Epit.* p. 874.

& Sagitta major CAMERAR. *Epit.* p. 875. TABERNEMONT. p. 743.

& Minor J. B. TABERNEMONT. *ibid.*

& Sagitta minor, angustifolia J. B. TABERNEMONT. p. 744.

Tres etiam figuras dat PETIVER t. 43.

Icon OEDERI t. 172.

β Foliis partim gramineis, partim sagittatis.

Gramen bulbosum, aquaticum C. B. *Prodr.* p. 4.

Sagitta aquatica, foliis varians LOESEL. p. 234. *ic.* 74.

Grass arrow head PETIVER. t. 43.

α. β. Sagittaria foliis sagittatis, acutis LINN. p. 1410.

Ebroduni in fossis, inque lacu J. B. Nidoviæ in fossis legi, quæ a monte descendentes primæ occurrunt. Circa Landeron, & inter Pont de Thiele & Gampe-len GAGNEBIN. Michelfelde, Mülbustie in fossis urbanis; in aquis puris.

Radix fit teretibus fibris innumerabilibus, in vaginosum caput convenientibus. Habitus Damafonii, nempe caulis erectus, aphyllus, paniculatus, rariores autem, quam Plantagini aquaticæ, paniculæ sunt, ut flores majores. Folia petiolata, juniora graminea, simplicia, adultiora sagittata, ad acutiorem angulum, aut ad minus acutum. Vaginæ sub petiolis florigeris trifoliæ, ovato lanceolatis, purpureis. Petala alba, rotunda, ungue purpureo.

Radices in America (m) crassiores, Indis in cibum cedunt. Chineses Sagittam (n) colunt, cujus radicibus vescuntur. Nobis negliguntur. Præter oves etiam a pecore amantur (o). In pruritu ani & vulvæ Theodorus TURQUET decocto Sagittæ partes adfectas fovebat.

#### VIII. MULTISILIQUÆ.

A priori classe folis capsulis distinguuntur, quas habent polyspermas, caractere cæterum naturali inseparabiles.

BUTOMUS TOURNEFORT. t. 143. LINN. n. 507.

Flos bis tripetalos, ut cum Sagitta & Damafonio continuetur. Petala subrotunda, duorum ordinum (p), exteriora mucronata, duriora, minora (q); interiora majora, teneriora. Stamina ter terna. Siliquæ sex (r) distinctæ, in figuram hexagoniam

(g) *Pharmacopœia*. p. 166.

(b) *Musci fisci*. p. 224.

(i) DIOSCORIDES.

(k) p. 212.

(l) Mago pistillum Græcis vocari ait, quam inter alvas vocant sagittam PLIN. L. XXI. n. 68.

(m) KALM. *Americ. resa* III. p. 52.

(n) K. *Svenska Vetensk. Acad. Handl.* 1757.

(o) SCHREBER. *Sami.* III. p. 73.

(p) TOURNEFORT. A. B. C.

(q) A.

(r) E.



niam dispositæ, per inferiorem valvarum conjunctionem dehiscunt (*s*). Semina pene innumerabilia, ad totas valvas adhærent (*t*). Tuba recta, filiformis.

## 1186. BUTOMUS LINN. p. 532.

*Juncus floridus* MATTHIOL. p. 1037. CAMERAR. *Epit.* p. 781. BLAIR. *botanical Ess.* p. 215.

*Gladiolus aquatilis* DODON. *Cereal.* p. 253. 254. *hist.* p. 400.

β Flore albo TRAG.

In Helvetia, quam in Germania, rarior: in fossis *Mischelfelde* & *Ebroduni* legi. *Mulbusia*. Radix fibrosa; folia ima quasi bulbosa (*u*). Caulis erectus, bicubitalis, nudus. Folia radicalia longissima, cubitalia, ensiformia, triquetra. Summus caulis edit tres stipulas, majores, ovato lanceolatas, semiflorales, & multas minores: tum copiosam umbellam. Petioli uniflori, in æquali longitudine. Flores patuli, rosei, aut purpurascens, interioribus petalis pallidius roseis, lineis saturatioribus virgatis, exterioribus atropurpureis, cum virore aliquo.

Armentis non placet (*x*).

## PÆONIA (γ) TOURNEFORT. t. 146. LINN. n. 678.

Calycis folia duorum ordinum, inæqualia & difformia (*z*); exterior ordo aristatus; interior obtuse triangularis. Petala quinque, etiam numerosiora (*a*), ovata, patula, sæpe inæqualiter lacera. Siliquæ duæ (*b*), vel plures, ad quinque (*c*), villosæ, per suam longitudinem hiscentes. Tubarum loco ungues lati, compressi, adunci (*d*), spongiosi. Semina nigerrima (*e*), subrotunda, nitida: fimiles in iis nuclei (*f*). Stamina numerosissima, ad trecenta (*g*).

## 1187. PÆONIA radice glandulosa, foliis duplicato pinnatis, pinnis ellipticis &amp; trilobis.

*Pæonia femina* MATTHIOL. p. 915. LOBEL. *ic.* p. 682.

*Pæonia rubra*, flore simplici Hort. *Aichstett. vern. ord.* 6. t. 15. & t. 10. f. 1. & t. 12. f. 1.

β Flore pleno BLAKWELL. t. 65.

α. β. *Pæonia foliolis oblongis* LINN. p. 746. qui marem conjungit.

C. GESNERUS in montibus *Glavonensum*, qua fluv. *Sernf* scaturit: idem circa *Luganum*. In montis *Generosi* Infubriæ pratis Clar. la CHENAL. Circa Genevam LOBELIUS, sed ea sede dudum non reperta est. In Delphinatu SOLIER ad AETIUM.

Radix glandulosa. Folia firma, nitida, pinnata, pinnis pinnatis, duorum parium, extrema impare; pinnulis ovato lanceolatis, etiam semibilobis & semitribis, cum nervo medio confluentibus. Caulis pedalis, ramosus. Flos purpureus, speciosus.

Fætida planta, mihi suspecta. Semen vomitum movet, BOERHAAVII experimento, & alvum GREWIO teste; & olim SUIDAS radicem alvum laxare scripsit (*b*). Infusum maris aqueum iners est & nauseosum: spirituosum infusum & extractum aliquantum adstringit (*i*). Florum extractum spirituosum parcius, sed grato sapore balsamico & pene dulci (*k*) est, ut Græcæ vocis vis postulat. Semen fere inutile, sapore pisi (*l*). Ejus extractum spirituosum non ingratum est, aquosum secundum nauseosum & rancidum (*m*). Radix (*n*) recens sub-

critis

(*s*) F.

(*t*) H.

(*u*) Pro involucre LINN.

(*z*) BERNHARD *Wiesenhau* p. 142.

(*γ*) *Pæonia* seu *Glycyfide* caule sesquipedali, quem multi stolones comitantur, femina Smyrni foliis: filiquis amygdali similibus [ villosis ], in quibus, cum dehiscunt, multa grana rubra, in medio nigra. Radici feminae ut glandes septem vel octo inhaerent DIOSCORIDES L. III. c. 140. PLIN. L. XXVII. c. 60. add. L. XXV. n. 1. Omnino nostra.

(*z*) TOURNEFORT.

(*a*) A.

(*b*) Duas LINN.

(*c*) TOURNEFORT. D. Negat LINNÆUS.

(*d*) TOURNEFORT. D.

(*e*) G.

(*f*) PARSONS t. 3. f. 5.

(*g*) LINN.

(*h*) p. 487.

(*i*) CARTHEUSER *mater. medic.* P. post. p. 400.

(*k*) IDEM *ibid.* p. 468.

(*l*) NEUMAN. T. II. P. IV. p. 35. 40.

(*m*) *ibid.*

(*n*) Analysin radicis habet HUNDEWOLF. p. 22.

cris, subdulcis (o) cum amarore. Extractum ejus spirituofum Pæoniæ characterem retinet, subdulce est (p), sed ingratum. Aqua etiam destillata odorem Pæoniæ servat (q). Nihil hic est, quod magnas vires medicas promittat: ut ad apoplexiam (r), aut epilepsiam (s), gravissima certe mala, valere, aut ejus vi LEONICENUM (t) ad 106. annum pervenisse, aut appensum florem (u) & femina ejusmodi virtutes possidere, aut subfultus infantum in fomno (x) molestos, aut demum convulsiva infantum tormina a radice sedari credas (y). De vi antiepileptica dubitabat BOERHAAVIUS & D. LUDOVICI (z). Veteribus fidem superstitio minuit, quam in extrahenda Pæoniæ radice plurimam THEOPHRASTUS ostendit (a). Neque GALENO crediderim, qui de collo suspensam radicem epilepsiam sanasse prodidit (b).

Marem, foliis minus difformibus diversam, & radice glandulis destituta, in monte *Generoso* GESNERUS, circa Genevam LOBELIUS nasci audivit. Sed in illo monte femina nascitur, Genevæ neutra.

C A L T H A L I N N. n. 733.

P O P U L A G O T O U R N E F O R T. t. 145.

Flos nudus, petalis bis ternis, subrotundis (c), etiam quinis. Stamina supra centena. Siliquæ in stellam (d) dispositæ, quarum duodenæ fere maturefcunt: in qualibet femina numerosa (e). Tubæ nullæ, præter spongiosos siliquarum apices.

1188. C A L T H A L I N N. p. 784.

GESNERI icon aenea 54.

*Caltha palustris* LOBEL ic. p. 594. &c.

*Populago major* TABERNÆMONT. p. 750.

& *Minor* EJUSDEM ibid. Hort. Flor. p. 76.

β Flore pleno TABERNÆMONT. p. 751. CLUS. VALLET. t. 84. BLAKSTONE p. 9.

γ Petalis acutis Hort. Florent.

Ubique ad rivulos, ineunte vere.

Radix fibris numerosis composita. Folia radicalia petiolata, reniformia, sed rotundiora, pene cordiformia, circumferrata. Caules pedales, folia aliquot, & flores edunt. Flores in petiolis brevibus, grandes, flavi, tinctorii.

Acris est & caustica, a vaccis tamen editur.

Nonne est *Gillcups*, Ranunculus, cujus flores boum adipem flavo colore tingunt (f)? Flores nondum evoluti, in muria macerati, pro Capparidibus venduntur (g).

T R O L L I U S L I N N. n. 700.

Non bonum nomen. *Trollblume* videtur significare florem magicum. Cum Helleboro olim retinuerat LINNÆUS. Nunc separat, habet tamen communem characterem tubulorum cavorum, qui intra petala reperiuntur, & quorum numerus hic alias (b) novenarius sit, ad sedecim in meis adscenderit. Differt petalis numerosis, circa duodecim, ad quindecim, & siliquis pariter numerosissimis, cum Helleboro petala quinque, siliquæ ad sex sint. Tubæ perbreves. Monospermas siliquas meæ notæ faciunt, LINNÆUS polyspermas.

1189.

(o) NEUMAN p. 38.

(p) p. 41.

(q) Ibid.

(r) In NICOLAUM p. 163.

(s) Ibid. RHAZE L. III. c. 44.

(t) SANCTORIUS in l. *Fen. Actc.* p. 350.

(u) BRASSAVOLA *exam. simpl.* p. 384. etiam proprio experimento.

(x) STORCH *Kinderkrankb.* II.

(y) DETHARDING. *Spec.* p. 128.

(z) *Pharm.* p. 271.

(a) L. IX.

(b) *Simpl. Fac.* L. VI.

(c) TOURNEFORT. A.

(d) C.

(e) D. E.

(f) *Hereford Orchards* p. 31.

(g) SCHREBER. III. *Saml.* p. 19.

(h) BOEHMER. *nectar. flor.* p. 22.

## 1189. TROLLIUS.

*Ranunculus* VI. CAMERAR. *Epit.* p. 385.

*Ranunculus flore globofo* DODON. *purg.* p. 287. *hist.* p. 430.

*Helleborus niger, Ranunculi folio, flore globofo majore* J. R. H. SCHEUCHZER.  
It. I. p. 39.

Icon OEDERI t. 133. & in EDEN. t. 38.

β Minor CLUS. &c.

*Trollius corollis conniventibus, nectariis longitudine flaminum* LINN. p. 762.

Nihil vulgatius in pratis montosis & subalpinis.

Radices numerosæ, fibrosæ. Caulis erectus, pedalis, sæpe non ramosus, uniflorus, tamen etiam ramosus & multiflorus. Folia Ranunculi Chrysanthemii, circumscriptione rotunda, sed ad petiolum usque quinquelobata, lobis semibilobatis, semitrilobatis, lobulis acute ferratis. Petala fere duodecim, per sex ordines binatos: exteriora sex petala virorem retinent, & adrofo sunt apice: interiora late ovalia, tota petalodea sunt. Tubuli duodecim, tredecim, sedecim, petiolati, inflexi, lingulati, plani, ad locum flexionis fovea excavati, inde geniculo tumentes, sine latiori, obtuso, extrorsum cavo. Stamina innumerabilia, antheræ in medio latiores, puncto notatæ. Siliquæ rugosæ numerosissimæ, supra duodecim in stellæ speciem congestæ, bivalves, apice recurvo. Semina minuta, nitida, edulia.

Flos odoratus est: herba absque noxa (i) pabulo cedit. Aqua cum Trollio decocta scorbutum sanasse dicitur, de quo medici desperaverant (k).

## ISOPYRUM LINN. n. 701. CRANZII.

Planta Helvetica alium characterem habere videtur, alium Sibirica. Isti petala quinque elliptica, lanceolata: tubuli octo bilabiati, utroque labio integro, breviori quod interius. Stamina duodecim & tredecim. Siliquæ octo, in orbem dispositæ, tubis extrorsum recurvis, capitatis. Intus semina perexigua, subrotunda, subaspera.

In Austriaco Isopyro (l), quod Cl. JAQUINI dono mihi contigit videre, quinque squamulæ sunt, quæ stamina erecta tenent, auriculatæ, integræ. Siliqua una, ad tres, ad se invicem recurvæ, aristatæ. Stamina triginta ad quadraginta (m), ego circa dena video. Petala quinque, elliptica.

Helvetici character ignoratur.

LINNÆUS Isopyro facit tubulos quinque tridentatos, filamenta numerosa, filiquas plurimas.

## ? 1190. ISOPYRUM.

*Aquilegia montana, flore parvo, Thalictri folio* C. B. *Prodr.* p. 75. *Hist. Oxon.* III. p. 458. S. 12. t. 11. f. 5.

*Isopyrum stipulis obsoletis* LINN. p. 783.

Annon *Aquilegia foliis Thalictri, flosculis minutis, seu albis* MENZEL. *pugill.* t. 8.

In Helvetiorum alpebus C. B. loco non addito.

Radix exigua: folia Thalictri parva, pallida, virentia: cauliculus tenuis, palma minor, duobus tribusve foliolis brevibus, oblongis, minime divisis. Flos unicus, cæruleus, vulgari Aquilegiæ similis, quintuplo minor.

## HELLEBORUS (a) TOURNEFORT. t. 144. LINN. n. 702.

Flos nudus, petalis (b) solidis, fere quinis (c), ovato lanceolatis & subrotundis. Tubuli bilabiati (d), cavi, calice breviores, ostio ferrato, sex ad decem & ultra

(i) EBERHARD. *Pflanzenhist.* VII. p. 123.

(k) KALM. *vesa* I. p. 76.

(l) CRANZ. H. p. 125. Etiam SCOPOLI p. 555.

(m) SCOPOLI.

(a) ΕΛΛΗΝΙΣΤΗΣ; SUIDAS I. p. 710.

Elleborum nigrum appellatur Melampodium, quod eo MELAMPUS Proetidas purgaverit & sanaverit PLIN. L. XXV. n. 21. Folia viridia Platani, minora, foliis

sphondylii proxima, pluribus divisuris incisa. Caulis asper, flores in purpura albicantes, racematim coherentes. Semen Anisi. Radices nigrae, tenues, a capitulo Cepæ simili confibratæ. Anticyræ nigrum Elleborum optimum generatur, tum in Helicone, Parnasso, in Oeta monte, Parnasso THEOPHRAST. *Caus.* L. VI. c. 20. & Aetolia DIOSCORID. IV. c. 146. Anticyram advenæ undique confluebant, quod ibi cum Sesameo

ultra (e). Stamina numerosissima (f). Siliquæ (g) circa quinas & fenas, incurvæ (h), bivalves (i), rugosæ (k), apice recurvo, tuba terminato, cui apex globosus. Semina gemino ordine (l), ad valvarum commisionem.

\* 1191 HELLEBORUS flore folio infidente LINN. n. 783.

*Aconitum luteum minus* DODON. *purg.* p. 312.

*Aconitum unifolium, bulbosum* C. B. HILL. *veget. system.* t. II.

*Aconitum hyemale* CAMERAR. *Epit.* p. 828.

Passim in pratis, imprimis in ipso pago Bex. In montosis Biennensibus; ut in rupibus montis Chasseralle SCHUH.

Radix transversim lata, tuberosa, multiceps, multos caules emittit. Folium petiolatum circum fere sub flore facit, ad petiolum usque quinquepartitum, lobis simplicibus ellipticis, bilobatis, trilobatis, quadrilobatis. Eorum foliorum (m) unum aliquando luteum est, & tunc quidem uno petalo flos diminuitur; solet nobis hexapetalos esse (n), petalis ovatis, flavis, lineatis, aliquantum coniventibus, deciduis. Totidem in flore tubuli; hinc brevius incisi, sæpe denticulo præditi; inde longiores & bidentati. Stamina triginta. Siliquæ sex; hinc rectæ; inde curva linea terminatæ, spongiola curvula coronatæ.

1192. HELLEBORUS foliis multipartitis, ferratis, caule paucifloro.

*Elleborum nigrum alterum* CAMERAR. *Epit.* p. 941.

*Veratrum nigrum alterum* DODON. *purg.* p. 190. *pempt.* p. 385.

*Helleborus niger flore viridi* C. B. HILL. *vegetable system.* I.

*Helleborus niger fatidus* GARIDEL *ic.* 48.

β Foliis maculis sanguineis adpersis BOCCONE *mus di piant.* p. 26. t. 4.

*Helleborus caule multifloro, folioso, foliis digitatis* LINN. p. 784.

In Helvetia rarior. Prope Tigurum C. GESNER, & circa Kyburg Cl. DICKIUS legit. Mendrisii in dumetis. In rupibus versus la Chetelaz haud longe Bellelai.

Radices fibrosæ, nigrae. Folia radicalia petiolata, solida, viridia, nervosa, ad petiolum usque in decem lobos divisa, acute circumferratos, etiam bilobatos, trilobatos. Similia ad caulem firma, ferrata & digitata folia, trilobata, quinquelobata. Caules pedales & dodrantes, etiam ramosi, ramis bifloris & multifloris, flore sæpe cernuo. Petala, vel calycis folia, ovato lanceolata, patula, viridia. Tubuli conici octo, ad decem, ostio ferrato. Stamina quinquaginta & ultra. Siliquæ tres, ad quinque, cornu in tubam abeunte, terminatam globulo. Eadem elatere suo se aperiunt (a).

Difficillime de Helleboris veterum dicitur, cum ne inter se quidem consentiant. De THEOPHRASTI Helleboro non liquet. Videtur DIOSCORIDES nigri nomine *roseum velle*, qui nobis nusquam (b) provenit. In monte tamen Olympo Helleborus nascitur radice tuberosa, valide purgans, quem botanici Persæ TOURNEFORTIO pro vero (c) dederunt. Eum flore rubro esse BELLONIUS (d). Idem a TREWIO (e) pingitur, & aliquantum a rubro differt, & radice fusca, ut iste nigra est. Radices legi tenuissimas, breves, decurtatas suprema, quæ crassissima &

famo simili herba misceretur THEOPHRASTUS L. IX. c. 14. STRABO L. IX. Ibi sonatus Helleboros DRUSUS PLINIUS L. XXV. n. 21. Est ergo Helleborus albo flore Austriacus aut adfinis certe species. Similia PLINIUS L. XXV. n. 21. minus bono ordine. *Eranthis niger*, radice nigra est; sunt, qui ei folia laurina faciunt, caulem Asphodeli breviorum, folia radici adnexa, humi sparsa, radicem longam, multiplicem, prætenuem: nascitur in Helicone & Melampodium dicitur THEOPHRASTUS L. IX. c. 11. putes velle Veratrum. Helleborus niger tenuem medullam habet, acris & ignitus est, qualis in Helicone, Parnasso & Anticyris nascitur ORIBAS. *Synops.* II. c. 56. Cretensem commendat DEMETRIUS *accipiter.* p. 608.

(b) Calycem vocat GESNER. *Epist.* ad KENTMAN.

(c) TOURNEFORT. t. 144. A. B.

(d) C. C. Add. RAJ. *de method.* p. 73.

(e) Orostedim in Orientali BLAKWELL. t. 504.

(f) A.

(g) Tres E.

(h) G. F.

(i) G.

(k) G. F.

(l) H.

(m) *Emend.* VI. n. 25.

(n) Florem esse Ranunculi JUNG.

(a) *Anc. ment.* T. X. t. 10.

(b) In monte Jovis Ostensium fastigio provenire LOBEL. *Advers.* p. 304. qui certe Penninus est Jupiter, cujus templum nuper detectum est, idem nobis a St. Bernharo dicitur. Frequenter autem cum me procurante nuper is mons percurreretur, nunquam Helleborus roseus apparuit, nimisque pro eo Helleboro hæc alpium culmina edita videntur.

(c) *Voyag. au Levant.* III. p. 347. 348.

(d) *Cult.* p. XIX.

(e) Add. ad BLAKWELL. t. 505.

& Cepis similis PLINIUS (e\*). Rubrum austriacum solum valere MATTHIOLUS (f), & LOBEL (g), & Franciscus APOLLO (b), & ipse C. GZSNER (i). Sed noster, qui viridi flore est, non ideo iners est, ut MATTHIOLUS existimabat (k), qui etiam de albo austriaco idem fert iudicium, cum a roseo non differat. Nam noster quidem & ad fetacea (l) adhibetur, & in Pyrenæis & alpidibus pro Helleboro habetur, qui (m) a roseo vere differat. Denique a Clar. BOULDUK (n), & ab ipso MATTHIOLO (o) noster adhibitus fuit, qui Tridentanis in usu sit.

Liceat ergo hic recensere, quæ de nigro Helleboro certiora reperi.

Nigrum albo fortiorem esse (p) aliqui veterum, & capras albo pasci, quas niger enecet PLINIUS (q). Meliora tamen docti Arabes (r) nigrum pro salubriori habuerunt. Arabes Hellebori nomine nigrum intellexisse, Græcos album CODRONCHUS (s). Eadem cum nigro est procul dubio Consiligo APSYRTI & HIEROCLIS (t).

Radix Hellebori nigri nigra, cum amarore nauseosa, odore acri, inutilis est, quando odorem amisit. Extractum utrumque uberrimum est, cum etiam resinoli sex drachmæ ex duabus radicibus unciis obtineantur (u); adeo vero accurate partes gummosæ cum resinosis mixtæ sunt, ut gummosas spiritus vini solvat, & resinosas aqua (x). Igne subjecto aqua exstillat acris, cum flagitio purgatura (y), lixiviosæ naturæ (z): tum spiritus acer (a), qui & ex nigro & ex fetido Helleboro obtinetur. Una sæculæ (b) albæ primo ab igne ascendunt, sal nempe volatilis acerrimus (c). Olei multum inest, non tamen ætherei (d), ad semuncem ex felibra (e); falsi fixi minimum, ad scrupulum (f). Præcipua vis est in resinoso (g) volatili, acri, quod per coctionem avolat, ut ea sola vim Hellebori vehementer frangat (h), & Hellebori solus odor sternutationem moveat (i). Extractum etiam resinosum sævius alvum ducit (k). Deinde alvum ciet (l) infusum, decoctum, aqua, extractum, ut vocatur, aquosum, resinosum, radix ipsa, folium, semen (m).

Si aliquando imbellis (n) fuit pharmacum, potuit & non absque specie est suspicio, diu (o) servatas radices effectas fuisse.

Dosis difficiliter determinatur. Radix ad gr. XII. (p), ad scrupulum (q), ad drachmam semis (r), ad scrupulos duos (s), ad drachmam (t), & ad duas (u), & ad quatuor (x) drachmas sumta fuit. Folia pariter ad semidrachmam (y). Extractum aquosum ad semi scrupulum (z), & ad integrum scrupulum (a). Extractum vinosum amarissimum ad grana undecim (b), & quindecim (c) datur.

In

- (e\*) L. XXV. c. 21.  
 (f) p. 1222.  
 (g) *Altoerf.* p. 304. & DRODATO apud HILDANUM *Epist.* XXVI.  
 (b) p. 756. b.  
 (i) Ad J. BAUHINUM p. 118.  
 (k) l. c.  
 (l) KRAMER. p. 190.  
 (m) *Journ. de Trévoux* ann. 1720. m. Aug.  
 (n) *Mém. de l'Acad. Royal. des Sciences* ann. 1701. p. m. 195.  
 (o) *Epist.* p. 218.  
 (p) AVICENNA L. II. *tr.* 2. c. 242.  
 (q) L. XXV. n. 21.  
 (r) RHAZI III. c. 51. ad MANSORUM. MESURE p. 261. II. c. 30. Sic Cl. BOULDUK. p. 194.  
 (s) p. 261.  
 (t) P. HESSUS p. 76. 77.  
 (u) NEUMAN. T. II. P. III. p. 114. 115.  
 (x) NEUMAN. CARTHEUSER. *mater. medic.* p. 535.  
 (y) BORRICH. *hermet. Aegypt. Sapiens.* p. 340. 341. De cohobata aqua sola admittit PACHLINUS *pur-gant.* p. 98.  
 (z) Infusum caeruleo colore tingit LEWIS. p. 561.  
 (a) *Projet pour l'histoire naturelle des plantes* p. 165. Add. BOULDUK. p. 196.  
 (b) *ibid.*  
 (c) DEIDIER. p. 12. prior.  
 (d) NEUMAN. p. 114.

- (e) MEZGER. de Helleboro. Add. BOULDUK.  
 (f) *ibid.*  
 (g) CARTHEUSER.  
 (h) NEUMAN. p. III.  
 (i) Per tredecim horas SMET. *miscell.* L. X. add. BOERHAAVE *prax.* I. p. 588.  
 (k) BOULDUK p. 197. & parce tamen.  
 (l) Deorsum niger PLIN. L. XXV. n. 21.  
 (m) THEOPHRAST. L. IX. c. 10.  
 (n) EUDEMUS apud THEOPHRASTUM L. IX. c. 18. THRASYAS *ibid.* CRANZ. *mater. medic.* III. p. 36. De aquoso extracto HAARTMAN. *ida pharm. usul.*  
 (o) Digestum inertem esse MAYERNE *prax.* p. 68.  
 (p) CLAUDIN. *ingr. infum.*  
 (q) S. PAULI.  
 (r) *IDEM.*  
 (s) FALLOP. *pirog.* p. 253. PREVÔT.  
 (t) Aureum semis SERAPIO, ACTUARIUS de *med. compos.* p. 95. MASSARIAS *prax.* p. 996.  
 (u) THEMISON apud PLINIUM L. XXV. n. 23. EX multo ARETÆUS *cur. dist.* I. c. 5.  
 (x) PLINIUS *ibid.*  
 (y) PARACRISUS. SCOPOLI p. 557.  
 (z) HILDAN. *Epist. ined.* Bono effectu SCOPOLI II. p. 381.  
 (a) BOULDUK. *Helmontianum* ad gr. 12. LENTIL. III. p. 108.  
 (b) SPIES *Diff.* p. 15.  
 (c) BOVIUS *Flagell. med. metab.* p. 41.

Y

In calidioribus regionibus vis purgans vehementior est, & extracti, ut puto, aquosi scrupulus, aut drachma semis, vehementer alvum movet (*d*). In his regionibus infusa radix ad duas drachmas (*e*) fumi potest; sic decocta cum radice aqua, aut (*f*) vinum infusum (*g*) aut decoctum cum Helleboro vinum (*b*). Hydromel ex drachma una, cum sex uncis aquæ ad unam tertiam coctum, additis æquis aquæ & mellis partibus, abjecto Helleboro, datur pueris ad unum cochlear (*i*). Aquæ stillatiæ cochlearia octo magna tormina excitarunt, duodecim canem fursum & deorsum purgarunt (*k*). Etiam capræ eo pastæ purgantur, si vere ab eo eventu MELAMPUS vires Hellebori didicit (*k\**).

Sed & aliis modis adsumtus Helleborus alvum ducit, in fonticulum missus (*l*); & cornices veratro pastæ non absque periculo in cibum recipiuntur, quæ tetanum faciunt (*m*). Filum Hellebori nigri per cristam gallinæ trajectum, avem interfecit (*n*). Extus impositus vesicas trahit (*o*), & sagittas venenat, & pro fetaceo est (*p*).

Non pauca etiam exempla exstant nimie efficacis, & moti inde alvi fluxus (*q*), & hypercatharæos (*r*), vomituum sæpissime repetitorum (*s*), convulsionum (*t*), inflammatorum intestinorum (*u*), solo recto excepto; funestæ sternutationis (*x*); ipsius denique mortis (*y*), etiam ab una drachma pulveris radice (*z*). Equos, boves, sues necare olim THEOPHRASTUS (*a*). Quare olim legimus, corruptis Helleboris aquis Cyrrham a SOLONE ad deditorem compulsam fuisse (*b*). Periculum subesse LOSSIUS (*c*) suspicatus est, etsi folia Consiliginis ad vermes puerorum valent. Et canibus veteres summas radices dabant, quæ validiores (*d*). Eaque causa fuit, cur variis modis Hellebori vim frangere tentatum sit, aceto (*e*) etiam cum Helleboro destillato, &c. (*f*).

Morbos autem aliquos difficiliore peculiariter ab Helleboro superari creditum est.

Maniam adeo ab antiquissimis temporibus Helleboro sanare adgressi sunt, albo quidem potissimum Veratro, sed etiam nostro (*g*). Sic adversus epilepsiam (*b*) veteres Helleborifimos adhibuerunt, & adversus melancholiam (*i*). Quartanam, terribilem, ante inventum corticem peruvianum, morbum Helleboro decocto (*k*), & ipsa radice (*l*) propinata sanare susceperunt: sic podagram PARACELSI Helleboro adgressus est, & N. CHESNEAU (*m*), & olim ARETEUS (*n*). Peculiari etiam vi Helleborum menses (*o*) residues expedire creditum est, ejusve extractum (*p*), aut tincturam (*q*), tanta vi, ut etiam abortum a Thasio vino moveri scriptum sit, quod Helleborus inter vites (*r*) nasceretur. Et nuper demum, & olim ad vermes (*s*) datus est, tum ad dolores capitis (*t*), ad memoriæ vitia (*u*), ad hydropem

(*d*) TOURNEFORT.  
 (*e*) FALLOP. de roseo Helleboro LOBEL. *adv.* p. 304.  
 (*f*) PREVOT. *med. pamp.* p. 495. CODRONCHUS expertus Hellebor. p. 469.  
 (*g*) CHESNEAU p. 406.  
 (*h*) ORIBAS. *Synops.* l. c. p. 17. addit Scamoneum.  
 (*i*) HOLLER. ad HIPPOCRATEM *apbor.* S. IV. n. 13.  
 (*k*) BORRICH. l. c. p. 341. Purgat ZWELFER. A radice granis 30. parum purgata virgo SCOPOLI. In clystere uncia semis decocti fumi potest.  
 (*k\**) PLIN. L. XXV. n. 12.  
 (*l*) DU HAMEL. *bist.*  
 (*m*) CASSIANUS L. XIV. c. 24. Helleborum nominat.  
 (*n*) MONARDUS.  
 (*o*) RONCALL. *med. Europ.* p. 214.  
 (*p*) LANG. *Epist.* L. II. n. 20. PLIN. L. XXV. n. 25.  
 (*q*) RHAZE L. VIII. c. 50.  
 (*r*) TIMÆUS *Cas.* 6. L. VII. In cane COURTEN. *Phil. Trans.* n. 335. *Act. Helv.* V. p. 326. VERZASCHA *obs.* 3.  
 (*s*) DORRING *med.* p. 243.  
 (*t*) TIMÆUS. TOURNEFORT. l. c.  
 (*u*) MORGAGN. l. c.  
 (*x*) HILDAN. IV. *obs.* 12.  
 (*y*) *Act. Helv.* l. c. TIMÆUS l. c. HILDAN. p. 913. HARDES. *apiar. obs.* 69. ut putatur.  
 (*z*) SCHAARSCHEMIDT *relat.* I. n. 18.

(*a*) L. IX. C. XI.  
 (*b*) PAUSANIAS L. X. p. 625.  
 (*c*) L. III. *obs.* 34.  
 (*d*) PLIN. L. XXV. n. 21.  
 (*e*) Scillitico PRACHLIN. p. 185.  
 (*f*) GESNER. *Epist.* p. 25.  
 (*g*) Decoctum MONAVIUS apud CRAT. L. VII. p. 616. mel Helleboratum MAYERNE; extractum HILDANUS *Cent.* IV. *obs.* 9. in exemplo: sic PRACHLINUS *purg.* p. 315. ter de die dimidia drachma data.  
 (*h*) CÆLIUS *Chronic.* l. c. 4. BERICELLI extracti granis X. *hort. genial.* p. 168.  
 (*i*) Ex mulla data Hellebori ARETEUS l. c.  
 (*k*) MATTHIOL. p. 1222.  
 (*l*) *Journ. de Trevoux* l. c. Extracto sanatus HILDANUS p. 914. Radicum drachmas duas in vino coctas CODRONCHUS feliciter adhibuit p. 471.  
 (*m*) Infuso vinoso usus p. 416.  
 (*n*) *Cur. dist.* II. c. 12.  
 (*o*) BATTIK *apbor.* p. 74.  
 (*p*) Ad grana 15. BOVIUS l. c. ad decem BERICELLI.  
 (*q*) Etiam per vias alienas MEAD. *monit.* p. 247.  
 (*r*) PLIN. L. XXIV. p. 724.  
 (*s*) LOSS. l. c. LILLIE apud ROSEN. *Kinderkr.* p. 414. Extracti scrupulus unus cum croco martis præscribitur.  
 (*t*) HILDAN. *intid.*  
 (*u*) MEIUS p. 261.

hydropem (x), quando paracentesis frustra facta est, ad tetanum (y), etiam diuturnum, adque paralyfin (z).

Neque continuo oportet fidem derogare, etsi aliquando frustra datus fuit, adversus maniam (a), adve menses ciendos (b). Vix ullum enim fuerit adeo certum medicamentum, quod subinde spem medici non fefellerit.

Ad externos usus varie adhibetur; & ad callos fistularum abstergendos (c).

Decocta cum Helleboro aqua scabiem (d) tollit. Pediculos (e) radix Hellebori abigit, ut adfinis Staphisagria. Vesicæ, quas Helleborus impositus excitat, ischia di medentur (f).

In medicina veterinaria antiquum remedium est, bobus ægris ex pituita (g), ex lue vulgatissima (h) pecorum, per auriculam (i), aliamve cutis partem (k), Hellebori nigri furculum trajicere, qui suppurationem excitet (l): sic in suum morbo (m), in equis asthmaticis (n), leprosis (o); quam medendi rationem etiam in humana peste milites, cum bono successu, imitati sunt (p). In ea etiam boum lue, quæ a ventriculi inflammatione provenit, aliquando (q) hoc setacei genus frustra adhibitum fuit.

Inter sternutatoria (r) princeps est medicamentum.

Pessarium ex radice fit, ad pellendos menses utile.

1193. HELLEBORUS caule ramofo, multifloro, foliis multipartitis, serratis, stipulis ovato lanceolatis, coloratis.

*Veratrum nigrum* DODON. *purg.* p. 191. *hist.* p. 386. Eadem icon LOBEL. p. 680.

& *Helleboraster maximus flore & semine pragnans* LOBEL. *ic.* p. 679.

*Helleboraster* BLAKWELL. t. 57.

*Helleborus caule multifloro, folioso, foliis pedatis* LINN. p. 784.

Characterem dat MICHELI *Hort. florent. app.* p. 142.

Hæc species in Helvetia frequentissima est, ad alpium pedem & Juræ. Bernæ rarior reperitur, in sylva *Bremgarten* in via a *Langgasse* ad rivum *Glasba*.

Radices longæ, teretes, succulentæ, acerrimæ. Folia trilobata, sed lobis lateralibus ad petiolum quadrifidis, medio simplici, nitida cæterum, firma, circumferrata, graciliora. Folia caulina ad ramorum divisionem alba, pallida, tenera, ovato lanceolata. Caulis cubitalis, multiflorus, umbellifer. Petioli lanuginosi. Flores virentes, similes, etiam per oram rubro tincti, cernui. Tubuli pauci, quini, ad octo, interius resecti, exterius producti, margine denticulati. Siliquæ fere tres. Semina ovato triquetra, rugosa.

Fætet ingrate & acriter, spiritum acrem dat, uti niger Helleborus (a): alvum ducit cum vehementia, ut etiam hypercatharfin movisse, & ægros occidisse (b) exempla existunt. Vehementius etiam, quam nigrum, purgare Cl. LEWIS (c). Bo agyrta sudorem movebat, ut luem veneream expugnaret (d). Nuper in Anglia cepit contra vermes (e) infantum commendari. Dosis (f) est drachmæ foliorum cum aqua decoctæ, aut foliorum siccorum in pulverem tritorum. Paulum purgare additur, & vomitum fere movere, ut necesse sit Rheo barbaro (g) adjecto vim alvum purgantem adjuvare. Succus etiam in syrupum cum saccharo viliori reductus

(x) CÆLIUS *tardar.* III. c. 8.

(y) CODRONCH. *hydropob.* I. c. 6.

(z) Infusi drachmæ duæ LOBELIUS *advors.* p. 304.

(a) BATTIE.

(b) PASTA *mistr.* p. 157.

(c) *Anat. LUSITAN.* p. 448. MATTHIOL. p. 1223.

*de roseo.*

(d) MATTHIOL.

(e) MARCELL. p. 43.

(f) RONCALLI. I. c.

(g) PLIN.

(h) MANGET. *reflex.* p. 167. MATTHIOL. *Epist.*

p. 219. BOCCONE p. 189. CHOMEL. MAUCHART. *de*

*lue vacc.* KANOLD. p. 26.

(i) PLIN. L. XXV. n. 22. De Consilagine COLU-

MELLA. L. VI. c. 5.

(k) VEGETIUS I. c. 12. III. c. 2. Per paleare

MANGET.

(l) MAUCHARD. KANOLD. MANGET.

(m) WILLOUGHBY apud RAJ. *KRAMER.*

(n) LANG. p. 579.

(o) BOERHAAVE *morb. nervor.* p. 754.

(p) IDEM. *ibid.*

(q) *Mém. de l'Acad.* ann. 1748. p. 147.

(r) CÆLIUS I. c. 15.

(s) *Projet pour l'histoire naturelle* p. 165.

(t) THREKELD *Irish herb.*

(u) *Mater. medic.* p. 560.

(v) CONNOR. *hist. of Poland.* II. p. 90.

(w) ANDREW *inocul.* p. 11. Nominat Helleborum 2.

LINNÆI. Verum non probabile est, eodem tempore in Anglia duas species Hellebori vi sua vermifuga in-

claruisse.

(f) BISSERT. *medical constit.* p. 333.

(g) IDEM p. 336.

dañus, & cum aceti momento, potest ad tria, quatuorve cochlearia infantibus exhiberi.

Eundem Delphinatus incolæ adhibent contra noxas Hellebori albi, ab ovibus devorati, & contra inflationes. Ex eodem perinde fetaceum fit, per aures trajecto (*b*). Omnino suspicor, quæ Cl. BOULDUÉ de Helleboro nigro scripsit, ad nostrum pertinere. Nam rarior viridis; iste nostris frequentissimus est, neque repugnat, nostratam magis, quam Anglicum, alvum ducere.

NIGELLA (*i*) TOURNEFORTII t. 134. LINN. n. 685.

Flos patulus, pentapetalos, nudus, nisi petala pro calyce censere velis; ovato lanceolatis (*k*), quinis, coloratis, venosis petalis. Nectaria octo (*l*), petiolata, quorum quodque ex filamento sustinet artificiosam quasi testudinem, superne convexam, transversis lineis pictam, in duas partes æquales divisam, delinquentem in stylum geniculatum, crassiori fine terminatam. In principio hujus gemellæ testudinis fovea est, quam squama latiuscula, longe aristata protegit. Labia firmamentum, in fundo succus est. Stamina numerosissima. Fructus quinquelocularis, superne in quinque conica cornua fissus (*m*), quorum quodque in suam tubam terminatur. In quoque loculo femina angulosa, rugosa (*n*).

1194. NIGELLA flore nudo, filiquarum cornubus longissimis.

*Melanthium sylvestre* FUCHS p. 505. alterum MATTHIOL. p. 797. CAMERAR. Epit. p. 553.

*Nigella arvensis cornuta* C. B. J. R. H.

*Nigella petalis integris, pistillis quinis, capsulis turbinatis* LINN. p. 753.

In fegetibus borealis Helvetiæ circa Bellelai, Lichtstal, Basileam ad Birsam (*o*), Mülhusiam. Caulis semiectus, ramosus, pedalis. Folia sessilia, tenuiter divisa, duplicate pinnata, pinnis primis conjugatis, pinnulis trifidis, bifidis, & simplicibus, lobis acutis, planis. Rami uniflori, & nulla sub flore folia. Petala petiolata, ex albo viridia, lanceolata. Capsularum pars magna discedit libera: quæ inferne angustiores (*p*) sunt. Cornua filiquarum prælonga. Inter duos antheræ loculos corniculum eminet.

Semina acris & aromatici saporis.

Extracti spirituosus tres sunt sedecimæ (*q*), gummosi tantumdem. Vis odorata in aquam transit, inque spiritum (*r*), inque eo oleum est æthereum, præter quod & expressum oleum ex eo semine habetur. Laudatur Nigellæ semen ad lac, urinam (*s*), menses, & lochia pellenda; infusum feminis per nares haustum ad coryzam & nares obstructas (*t*) adhibetur, a CRATONE ad icterum (*u*). Expressum oleum ad impetigines RHAZE (*x*). Largius epotum semen jam olim enecare apud DIOSCORIDEM legimus. Non male ergo Nigella TRAGO, & HOFMANNO, suspecta est.

AQUILEGIA TOURNEFORT. t. 242. LINN. n. 684.

Petala, quæ possunt pro calyce haberi, etsi colorem petali habent & teneritatem, quinque, ovato lanceolata (*a*). Nectaria LINNÆANA, sive tubuli quinque, alterne cum petalis posita, lato ostio, sine ad cornu copiam modum angusto, cylindrico, recurvo (*b*), cæco. Ostii amplioris labium supremum brevissimum, ad ovarium sessile (*c*): inferius longum, obtuse rotundum. Quodque nectarium, cum

(*b*) SOLIER ad ARTIUM.

(*i*) Melanthium exiguis furculis fruticat, sæpe duos quadrantes excedentibus, foliis ut Senecionis minutis, sed multo tenuioribus, capitulo in cacumine tenui, parvo, quasi Papaveris, oblongo, intercurvantibus intus membranis, quibus semen includitur nigrum, acre, odoratum DIOSCORIDES III. c. 177.

(*k*) TOURNEFORT. A. B. Petala vocat CRANZIUS

p. 120

(*l*) C. MALPIGHI *ic.* 159.

(*m*) F. D. E.

(*n*) L. GREW. t. 74

(*o*) *Basl. Merkwürd.* VI. p. 700.

(*p*) LINN.

(*q*) NEUMAN. T. II. P. III. p. 420.

(*r*) *Ibid.* & p. 421.

(*s*) DIOSCORID.

(*t*) ARCHIGENES apud ORIBAS. I. s. 21.

(*u*) *Ibid.*

(*x*) *Antidotar.* DIOSCORIDES.

(*a*) TOURNEFORT. B.

(*b*) C.

(*c*) *Ibid.*



cum duobus vicinis petalis aquilæ, vel columbæ, bullam cum alis refert (*d*). Stamina ad quinquaginta, ortu lato, sæpe confluenta. Post ea decem alia foliola (*e*) plicata, obtusa, quæ sulcos decem efficiunt, in quos stamina recipiuntur. Siliquæ quinæ (*f*), venosæ, bivalves, sine incurvo & gracili. In iis multa duplici (*g*) ordine angulosa femina & nitentia.

1195. **AQUILEGIA** foliis trilobatis, lobis petiolatis, tripartitis, subrotundis, obtuse dentatis.

*Aquilegia* DORSTEN. p. 306. BLAKWELL. t. 409.

*Ioppyrum* COLUMN. *phytothesan.* P. I.

β Flore rubro, Bernæ vulgaris LOBEL. *iv.* p. 751.

γ Flore albo, Bernæ etiam lecta TABERNEMONT. p. 41.

δ Flore pleno, in agro Vaudensi. Duplici vero modo plenus fit; vel multiplicatis foliis ovato lanceolatis (*b*), vel nectariis multiplicatis, & miris modis in se invicem insertis, concentricis.

α. β *Aquilegia nectariis incurvis* LINN. p. 752.

In dumetis, ad sepes, in sylvis.

Radix ramosa. Caulis tripedalis, erectus, ramosus, & foliosus. Folia glauca, levia, ternata: pinnae quinque, trifidæ, lobis rotunde bilobatis & trilobatis, & obtuse ferratis. Flores ex summis ramis nudis penduli.

Ad varia mala passim laudatur: Succus recens ad scorbutum ab EYSELIO (*i*), qui etiam in puella hectica utiliter datum vidit. Ad gingivas confirmandas florum tincturam TOURNEFORTIUS commendat. ad anginam LOBELIUS, & infusum theiforme ad idem malum PATRIUS BLAIR. Idem feminis drachmam ad icterum præscribit. Hispani in Asturia radice in pulverem trita ad calculum renum comminuendum utuntur (*k*). Eisdem feminis emulio binis horis ad drachmam semis propinatur, S. PAULI, KALTSCHMIDIO, & ILL. WERLHOFIO auctoribus. Parciori tamen in usu est.

Nectaria apes subeunt (*l*):

1196. **AQUILEGIA** foliis trilobatis, lobis tripartitis, linearibus, caule pauciflora.

*Aquilegia montana, magno flore* C. B. *Prodr.* p. 75. J. B. III. p. 484. SCHEUCHZER.

*lt.* I p. 31.

*Aquilegia nectariis rectis, petalo lanceolato brevioribus* LINN. p. 752.

Circa thermas *Fabrias* C. B. supra vallem alpinam *Waldnacht* SCHEUCHZERUS. Abunde legi in monte *Richard*, *la Pavez*, *Chapuisse*, *Essuyeres*, *Pillon*, *Orgevaux*; *Prapioz* Aquilejensium. In montibus vallis de *Lie*, *Beverin* Rhætiae, &c.

Diversa a priori planta. Radix lignosa, magna, setis coronata. Caulis pedalis, cubitalis, uniflorus, aut biflorus. Folia etiam glauca, sed alia divisione, lineis fere parallelis, neque divergentibus, cæterum trilobata, lobis petiolatis trilobatis. Flores grandiores, speciosi, pulcherrime cærulei, penduli. Petala ovato lanceolata, similia. Tubulorum amplum ostium, ovatum, emarginatum, latum, obtusum, æquæ fere longitudinis, finis perinde curvus, ut inde nota discriminis sumi nequeat.

## II. FLORE DIFFORMI.

**A CONITUM** TOURNEFORT. t. 239. 240. LINN. n. 682.

Conf. Cl. SCHINZII versionem operis STÖRKIANI.

Flos nudus, pentapetalos (*m*), ad perpendiculum longior (*n*), petalis firmulis, quæ semper nonnihil de natura viridi retineant. Eorum supremum majus (*o*), convexum

(*d*) A.  
(*e*) Non habet TOURNEFORTIUS, LINNÆUS paucas vocat.

(*f*) TOURNEFORT. F.

(*g*) H.

(*b*) M.

(*i*) Diff. de Aquilegia.

(*k*) BONCALL. *Europ. med.* p. 196. A.

(*l*) HANNOV. *Seltenb.* II. p. 284

(*m*) Ad Napellum TOURNEFORT. t. 239. A.

(*n*) A. B. C. C.

(*o*) A.

*alpina*

convexum, fornicatum, cavum, in mucronem productum, cassidis in aliquot speciebus simillimum (*p*). Duo lateralia transversim elliptica (*q*), undulata. Duo infima (*r*) ex ovatis acuta, minora (*s*), deorsum versa. Intra cassidem duo tubuli (*t*), ex ovarii ambitu nati, delphinorum, qui tormentis æneis bini incumbunt, similes, cavi, curvuli, hinc in succiferum incurvum calcar terminati, inde trifida lamina finiti. Squamulæ sex, brevissimæ, coloratæ, in orbem dispositæ (*u*). Stamina supra triginta, latis unguibus elasticis, antheris repandis. Siliquæ ternæ (*x*), vel quinæ (*y*); tubæ simplices, vel mucronatæ, univalves. Semina angulosa, fere tetraëdra (*z*), aspera, nigra.

1197. ACONITUM caule simplici, spica densa, petiolis unifloris, casside breviter mucronata.

Napellus MATTHIOL. p. 1094. CAMERAR. *Epit.* p. 836. DODON. *purg.* p. 318. *Hist.* p. 442.

*Aconitum cæruleum*, seu Napellus C. B. GARIDEL. p. 7. ic. 2. Ic. ROBERT. n. 7.

β Minor TRAG. *flore minore* RIVINI t. 128.

γ Flore albo GESNER, quem etiam in Aquilejensibus reperi, in *Taveyannaz*, supra *les Plans*, montibus circa *Servant*.

δ Flore fusco in mont. *Taveyannaz*.

ε Siliquis quinis CORD. in hortensibus frequens.

α. ε. *Aconitum foliorum laciniis linearibus, superne latioribus, linea exaratis* LINN. p. 751. K. *Swensk Wetensk Acad.* 1739. p. 41. t. 2.

In lapidosis & ad vias montium & subalpinorum perfrequens.

Radix unica, napiformis, lignosa, tuberosa, inæqualis, Caulis erectus, firmus, totus foliis tectus, cubitalis; spica densa, florali, cylindrica terminatus. Folia subnigra, nitentia, firma, ad petiolum usque tripartita, lobis lateralibus profundissime bipartitis; lobo medio tripartito; lobulo quolibet acute & inæqualiter trifido: sic fere lateralibus lobis divisus, sed magis irregulariter: superne foliis linea depresso percurvis, quæ inferiori nervo respondet. Ceterum folia angustiora, quam sequenti, minus divaricata, non perinde latefcentia. Petioli florales uniflori, breves; stipula simplex, non laciniata. Flos potius major, petalis magis collectis, saturatus violaceus, rostro cassidis breviori.

\*1198. ACONITUM caule ramoso, paniculato, petiolis multifloris, cassidis mucrone longiori.

*Aconitum lycoctonum Taurinum* CLU's. *Pannon.* p. 406. 407. *hist.* p. 95. Hoc dubium; ob pedunculos breves, unifloros.

*Aconitum lycoctonum Neuberghense* EJUSDEM. *Pann.* p. 406. 408. *hist.* p. 96. hoc melius.

*Aconitum lycoctonum Judenbergense* EJUSDEM. *Pannon.* p. 410. 412. *hist.* p. 96. hoc reliquis melius, ob laxiorem habitum.

& *Aconitum lycoctonum maximum, nutante coma* p. 410. 411. nam & nostra nutasse visa est, & petioli CLUSIANO sunt multiflori.

*Aconitum STÖRKII* t. 3. optime, non autem nomen.

*Aconitum floribus subpentagynis, foliorum laciniis, cuneiformibus, incisus, acutis* LINN. p. 451.

*Napellus flore majore* RIVIN. t. 129.

β Flore albo EJUSDEM, quem etiam inveni.

γ Floribus aquose cæruleis, albo mistis, apud Urientes lectum est a Clar. GESNERO, in monte *Mittelberg* Biennensium a D. GAONEBIN. Id est *Aconitum coma inflexa, floribus rarioribus, & foliis eleganter dissectis* J. R. H. SEGUIER. Tom. 2. p. 117. *Napellus flore mixto* RIVIN. t. 131.

Abunde in Aquilejensibus, in valle *Goufin* inter *Arveja* & *la Croix d'Arpille*. In montibus *Richard*, *la Varaz*, *Ovannaz*, *Taveyannaz*.

Radix etiam est tuber (*a*) napiforme, deorsum fibras emittens. Caulis altior, etiam sepedalis; folia latiora, eundo latefcent, laciniis magis divaricatis, habitu magis ramoso,

(p) Brevem SCHINZ.  
(q) TOURNEFORT. B. B.  
(r) C. C.  
(s) SCHINZ.  
(t) TOURNEFORT D.  
(u) LINNÆUS.

(x) Quatuor TOURNEFORT. G. Tres SCHINZ.  
(y) Præcoces Napellos tres siliquis terre ferotinos  
quinas HAUCHER. *Opus.* p. 840.  
(z) K.  
(a) *Emend.* VI. n. 26.

ramoso, spicis numerosis, sed minus densis, ex alis foliorum natis, petiolis longioribus, unciam superantibus, ramosis & multifloris, foliis sub rami origine laciniatis, flore laxiori, petalis magis divaricatis, cassidis mucrone longiori. Curvo caule & inflexo vidi (*b*). In hortum translata folia latiora producit, fere ut *Lycodonum*.

Eo minus separo, quod ad hanc speciem *ILL. STÖRKII* experimenta pertineant, qui plurimum laborem in hanc plantam impendit.

Aconitum veteres, qui chemica venena ignorabant, pro summo veneno habuerunt, & Hecates (*c*) inventum dixerunt, aut ex Cerberi spuma natum. Aconitum *THEOPHRASTI* vix agnoscat, cui folia Cichorei tribuit, radicem nucum figura, herbam brevem frumenti similem (*d*). Aconitum *DIOSCORIDIS* tertium *Lycodonum*; [nam duo priora non describit] foliis erat Platani, crebrius diviso, longiori & multo nigriori: caule cubitali, aut ampliori, Filicis pediculo simili, nudo; semine in siliquis oblongis, radicibus in cirrhorum squilla marinæ modum, nigrescentibus (*e*). Cum præterea ad lupos enecandos adhiberi ajat, nihil impedit, quin sit hoc ipsum 1198. acerrimum, cubitali altius, folio nigricante. *CELSIUS* Aconitum veterum ad *Lycodonum* nostrum refert (*f*).

Nostrum Aconitum acerrimum est, ut pulvis in lingua diuturnum ardorem excitet, & lancinantem dolorem, salivamque ciet (*g*), ut Cebadilla solet, Americanum Aconiti aut Delphinii genus. Succus perinde in lingua diuturnum (*h*) sensum reliquit. Infusum mitius est, nauseose dulce, & fere insipidum (*i*): extractum linguæ non molestum est, in oculis tamen lacrimas ciet (*k*).

Veteres uno ore Aconitum pro funesto habuerunt, neque absque consentiente experientia. Vesicas impositum excitat, & perinde ut Hellebori radix suppurationem movet. si per cutem animalis trajeceris, passim etiam pro Helleboro venditur (*l*). Intus adsumtus Napellus vomitum movet (*m*), convulsiones (*n*), rigorem (*o*), vertiginem (*o\**), maniam (*p*), hypercathartes, sursum (*q*) & deorsum erumpentes, tum ventris tumores (*r*), & alia gravissima symptomata (*s*), sudorem frigidum, asphyxiam (*t*). Sunt qui sumto Aconito vitales evaserint, ex debiliore, ut puto, malo, cum portionem minorem veneni sumfissent (*u*). A vomitu (*x*) meliora sperarem, quem olim *RHAZE* præscripsit, & nuperum experimentum confirmavit. Sed omnino sæpe enecat, ut dudum mali ingenii homines hoc ipso veneno interemerint (*y*), quos e medio volebant sublato, eoque toxico *CALPURNIUS* (*z*) *BESTIA* uxores suas occiderit: Sed etiam *THEOPHRASTI* tempore vulgo norant ita hoc venenum moderari, ut intra unum, duos, aut tres, pro arbitrio menses interimeret (*a*). Neque nupera exempla desunt. Chirurgus militaris Suecicus interiit, cum Acetarium ex foliis, in ipso septentrione (*b*), comedisset, & simile exemplum interemti, a septem fere floribus Napelli cum aceto (*c*) devoratis viri, ex Gallia exstat. Maniam & intra 24. horas mortem supervenisse *WILLISIUS* (*d*). Tres fratres intra paucissimas horas interierunt, cum pro Santonico Napelli radicem adsumfissent (*e*). Mortes ab eadem causa narrabat *VALVASOR* (*f*). Denique experimentum jussu

(b) *Emend.* I. n. 44.

(c) *DIOSCORID. SICUL. Biblioth.* L. IV. c. 46.

(d) L. X. c. 16.

(e) L. IV. c. 73.

(f) *Hierobot.* II. p. 199.

(g) *STÖRK.* p. 71.

(h) *WEPFER cicut.* p. 48.

(i) *RITTER Epb. Nat. Cur. Vol. X. app.* p. 344.

(k) *STÖRK.* p. 72.

(l) *EHRHARD. Oecon. Pflanzhist.* II. p. 42.

(m) *Epb. Nat. Cur. Dec. I. ann. 5. obs. 23.* *DIOM. CORN.*

(n) *Phil. Transf. Vol. XXXVIII.* p. 187. *RHAZE.*

*MATTHIOLUS VALVASOR.*

(o) *VALVASOR.*

(o\*) *Ibid.* *RHAZE.* L. VIII. c. XI.

(p) *WILLIS anim. brut.* p. 150. *MATTHIOLUS*

p. 1056. *DIOMEDES CORNARIUS.*

(q) *VALENTIN. Pandect. med. leg.* P. I. S. 6.

(r) *CAMERAR. Cent.* III. n. 65. *DIOM. CORN.*

(s) *CAMERAR. LENTIL. misc.* p. 381.

(t) *Med. mus.* III. n. 3.

(u) Nam a Bezoar sanatos esse vix credas, ut *MATTHIOLUS*, & *RHAZE*, & *CAMERARIUS* reliquerunt, aut a Ruta, ut *ATHENÆUS*.

(x) Ab acetario servatus *Med. Mus.* III. n. 3.

(y) *CLEARCHUS* Heracleæ Tyrannus apud *ATHENÆUM deipnosophist.* II. p. 43.

(z) *PEIN* L. XXVII. n. 2.

(a) *THEOPHRAST.* L. IX.

(b) *MORÆUS K. Svensk. Vetensk. Acad. Vol. I.*

(c) *BRADLEY new. improv.* p. 131.

(d) l. o.

(e) *VALENTIN. J. G.*

juſſu Pontificis in latrone factum, aliudque Præge repetitum MATTHIOLUS ſuſe narrat (g).

Porro animalia, quæ majores, quam homines venenorum doſes ferunt, Aconitum quidem noſtrum ſponte non tangunt, ut olim THEOPHRASTUS (b), & ſæpe ego vidi, dum montes & alpes pererrabam. Capræ tamen Fahlunenfium aliunde advectæ, indoctæ quaſi, unico loco naſcentem Napellum depaſcuntur, & inflatis ventriculis intra aliquot horas pereunt (i): nam advectæ vicinorumque oppidorum capræ venenata ſtirpe abſtinent. Patiuntur autem perinde convulſiones (k), rigores (l), ſyncopen (m), difficultatem glutiendi (n), ſingultum (o), vomitum (p), abdominis tumorem (q), inteſtini inflammationem (r).

Experiendi cauſa animalibus obtruſa radix alios (s) canes vehementiſſimis ſymptomatibus multavit; occidit alium (t). Sed etiam lupus (u) a drachmis radicis duabus jamjam erat periturus, cum vivus incideretur, & felis a drachma ſumta interiit, diſſoluto, ut ab acri veneno exſpectes, ſanguine (x): lupos denique circa *Kraſnojari*, ad veterum exemplum, Aconiti radice incolæ pe imunt (y). Ita ſuccus Napelli (z), cum caſu aliquo in vulnuſculum minima ejus portio irrepſiſſet, cardialgiam, lipothymiam, brachii tumorem & gangrænâ fecit. Addunt nuperi ſcriptores, Napellum etiam geſtatum anxietates cieri (a), & debilitatem & deliquia (b) in puellis facere, quæ faſciculos in ſinum condidit, ſuffuſosque ſanguine ei unguis fuiſſe, qui Napellum manu geſtaſſet (c), & cibos denique vitari venenata vi Aconiti, quo ſubdito ignis excitatus fuerit (d). Sed illa quidem manifeſto falſa ſunt, ut toties expertus ſum, cum integros ſorum faſciculos ex montanis domum reportarem: & inter medios Napellos illæſa pecora decumbunt (e).

Non ideo innoxiam habeo plantam, eſſi in Polonia (f), in Ruſſia (g), in minori Britannia (h), & in Laponia (i) mitem dicunt eſſe & oleraceam: capriſque nocere alii (k) negant: eſſi denique nonnunquam cani (l), aut feli (m) non nocuit, neque equos enecat (n). Aliqui horum eventuum poſſunt eo pertinere, ut in Britannia minori, Ruſſia & Polonia non Napellus, ſed Aconitum Lycopodium cæruleum ab hominibus in uſum recipiatur, qui in ſeptentrionalibus regionibus provenit. Animalia plerisque venenis reſiſtunt, maxime vegetabilibus, niſi doſis major fuerit.

Internum in equis uſum primus, quem legerim, STAHLIUS (o) indicavit, quod animalium genus Napelli cærulei doſi ſanari ſcripſit, quando morbo *der Würm* laborat.

Sed nuper Vir ILL. Antonius STÖRCK (p) experimentis primum in ſe ipſo, deinde in ægrotis factis, comperit, extracti Aconiti, cum ſexagecuplo ſaccharo compoſiti, grana decem (q), & denique ſcrupulum (r), & grana 30. (s) abſque malo adſumi poſſe, indeque ſudorem (t) abſque noxa moveri. Dedit ergo, cum ſaccharo compoſitum, Napelli extractum in dolore lateris, poſt febrem ſuppreſſite

(f) *Ebré von Crain*. I. p. 357.

(g) p. 1091.

(h) l. c.

(i) *K. Svensk Wetensk Acad.* 1745. p. 119.

HASSELGREN. *pan. Suetici*. p. 7.

(k) SPROGEL. *Diſp. SEVERIN. COURTEN. Phil.*

*Wauſ.* n. 335.

(l) SPROGEL.

(m) SEVERIN.

(n) COURTEN.

(o) SPROGEL.

(p) COURTEN. SPROGEL. WEPFER. *ciut.* p. 176.

178. 179.

(q) WEPFER. p. 176. *K. Svensk Wetensk Acad.*

1745.

(r) WEPFER. p. 178.

(s) COURTEN. SEVERIN.

(t) SEVERIN. *Viper.* p. 463.

(u) WEPFER. *ibid.* p. 178. 179.

(x) SPROGEL.

(y) STRAHLENEBERG.

(z) RÖDDE. *apud ALBERTI. med. leg.* T. VI.

26f. 23r

(a) *Épb. Nat. Cur. Dec. III. ann. 10. obſ.* 92.

Cent. I.

(b) VIRIDET. *bon. chyle.* p. 203.

(c) ERHARD. *Oecon. Pflanzhiſt.* p. 95.

(d) QUER. *Flor. Eſpagn.* II. p. 175.

(e) *Mem. Oeconom.* 1762. n. 4.

(f) HEYOD. *crocolog.* p. 274. in *acetariis. Épb.*

*Nat. Cur. Dec. I. ann. 2. obſ.* 42.

(g) RUDBEK. *Fundam. nov. plant.* n. 45.

(h) DES LANDES. *recueil de phyſ.* p. 98.

(i) LINN.

(k) RIEDEL. *Gartenlexic.* p. 20.

(l) COURTEN. l. c. FLOYER. *pharm.* p. 245. *manipulus foliorum & radicum.*

(m) HANOW. *Seltenh.* II. p. 270. 271.

(n) HASSELGREN. l. c.

(o) *De cancr.* p. 29.

(p) *Libellus quo demonſtratur Stramonium Hyoſcyz-*

*mum Aconitum tuto poſſe exhiberi* Vienn. ann. 1762. 8<sup>o</sup>.

(q) p. 73.

(r) p. 74.

(s) p. 78.

(t) *ibid.* & p. 77.

perstite (*u*), in dolore ischiadico (*x*), in arthritide (*y*), in dolore articularum, cum febre quartana conjuncto (*z*), in doloribus brachii pertinacibus (*a*), cum motu sublato. Porro adversus scirrhos glandulosos (*b*), tumorem regionis iliacæ (*c*), mammarum tubercula ulcerosa (*d*), tophos venereos (*e*), ancylofin (*f*), absque ullo malo, cum ægri levamine, & non raro cum plena subjugatione morbi idem remedium repetit.

Deinde in *nupero libello* (*g*) confirmavit, ejusdem Napelli usu superatam fuisse arthritidem & rheumatismum (*h*), & dolores a nixu (*i*) natos, & veneream arthritidem (*k*), & nodos manuum tophosque diminutos aut sublato (*l*), & brachii post apoplexiam rigiditatem (*m*) sanatam, & amaurosin (*n*).

De rheumatismo sanato testem se addit Vir ILL. *Abraham BÆCK* (*o*); de febre intermittente Cl. *LEBMACHER* (*p*). Ut omnino magni momenti experimenta sint, quæ porro repeti mereantur, & confirmari.

? *Aconitum montis Lusii* prope *Wablenstatt* *GESNERI hort.* p. 244. radicis Napis duobus, minus divaricatis, foliis tenuioribus, & minus divisis, hætenus ignotum est.

1199. **ACONITUM** foliis linearibus, profundissime tripartitis, lateralibus lobis bipartitis, incis; mediis duplicato trilobatis.

*Anthora seu Antithora* CAMERAR. *Epit.* p. 837. 838. cum caractere.

*Anthora* DODON. *purg.* p. 324. RIVIN. t. 126. MILLER t. 12.

*Aconitum salutiferum* seu *Anthora* ROBERT. ic. 10.

*Aconitum floribus pentagynis, foliorum laciniis linearibus* LINN. p. 751.

Unico hætenus in Helvetia loco reperta, in montis *Thuri* adscensu australi, inferius, quam stabula. *LOBELIUS* in alpibus *Rhaticis*, sed nuper in iis montibus nemo vidit.

Radix fit angulosis bulbis, carnosis, duobus (*p\**), ad quatuor. Folia linea media depressa, linearia, sed angusta, tripartita, lobis lateralibus profundissime bipartitis, medio duplicato trifido, longe inciso, acuto; lateralibus magis difformibus. Caulis pedalis & cubitalis, parum ramosus. Petioli uniflori, biflori. Flos fere ut Napelli, sed colore luteo subviridi, inelegante, hirsutus præterea & pulposus. Ima petala rotundiora, callis mucronata. Tubuli, ut in prioribus. Stamina ad 50. latis filamentis, antheris reflexis. Filamenta juxta antheræ pedicillos utrinque aristata. Siliquæ quinque, bivalves, hirsutæ. Tuba in caudam producta. Semina rugosa, multangula.

Sapor radicis cum amaritie dulcis, & acris (*q*). Odor gratus. Olim pro antidoto Thoræ populariter habita est, quam in ejus veneni vicinia natura nasci voluisset, ut Toxici venefica virtus faciliori auxilio debellaretur (*r*): Napellum Moyfis Arabes dixerunt, sed *nimis* Napellum legere jubet Cl. *CELSIUS* (*s*). Innoxiam in animalibus radicem *SPROEGELIUS* (*t*) reperit, in homine *Clar. GESNERUS* (*u*), in se ipso expertus. Ex characteris tamen natura olim & *CLUSIO* suspicio mota est, & *J. BAUHINO*, vix posse ab Aconito benignam indolem sperari. *SOLERIUS* (*x*) certe radicis tantum, quantus phaseolus est, alvum sursum & deorsum emovere vidit, tum *LOBELIUS* (*y*), & strenue purgare radicem, a scrupulo ad duos scrupulos sumtam (*z*) *Cl. PREVOT.* iterum

(u) p. 79.

(x) p. 79. seq. obs. 118.

(y) p. 97. 101. seq.

(z) p. 83. seqq.

(a) p. 97.

(b) p. 85. 87. 89. 107.

(c) p. 91.

(d) p. 95.

(e) p. 117. &c.

(f) p. 109.

(g) *Continuat. experimenti.*

(h) p. 163. 209. 228. 229. 256. 257.

(i) p. 226.

(k) p. 258. 262. cum Cicuta

(l) p. 164. 165.

(m) p. 222.

(n) p. 268.

(o) *Chron. Suedom. bot.* p. 29.

(p) Apud *STRÖM.* de *Aconit.* p. 117.

(p\*) An *Aconitum montis Lusii* *GESNERI*?

(q) *LEWIS* p. 627.

(r) *AVICENNA* L. II. tr. 2. c. 500.

(s) l. c.

(t) p. 10.

(u) *Epist.* p. 66. 142.

(x) *Schol. ad AETIUM.*

(y) *Advers.* p. 101.

(z) *Medicin. pauper.* p. 500.

rum malignam plantæ vim *Fridericus* HOFMAN (a) accusavit. Contra eum Cl. GEOFROI & purgandi vim in ea esse negavit, & adfirmavit, ad scrupuli & dimidiæ drachmæ pondus posse contra vermes, viscidamque inde natam colluviem intestinalem, pueris molestant, inque malignis morbis sæpe suspectam exhiberi (b). Ego quidem mallem suspicioso medicamento abstinere, quoad de ejus innocentia per experimenta constat. Turam & Anturam herbam miscebat, utriusque succum ad leucomata oculorum commendabat MARCELLUS (c).

1200. ACONITUM foliis hirsutis, semitrilobis, lobis duplicato trifidis.

*Aconitum* II. CAMERAR. *Epit.* p. 827.

*Aconitum lycoctonum luteum majus* DODON. *purg.* p. 310. *hist.* p. 443.

*Aconitum lycoctonum luteum* C. B. J. R. H. *ic. Reg.* p. 9.

*Napellus flore luteo* RIVIN. t. 127.

*Aconitum foliis palmatis, multifidis, villosis.* LINN. p. 750.

In montanis Helvetiæ, Jura, Valle Emnia, & subalpinis ubique.

Radix est magnum tuber, fibras educens. Caulis cubitali altior, foliosus. Folia multo latiora, quam prioribus, hirsuta, semitrilobata, lobis duplicato trifidis, lateralibus profundissime bipartitis. Spica rarior, simplex. Flos ochroleucus, hirsutus; galea in longam, cylindricam, appendicem, sursum educta: duo petala ima minima. Tubuli hinc obtusi, inde aperti, sine emarginato. Stamina circa triginta. Siliquæ tres.

*Aconitum lycoctonum Septentrionalium* non huc pertinet; cæruleo enim flore est, ut olim WIGANDUS (d), & nuper OEDERUS (e). Non separat LINNÆUS.

Edunt caballi (f): recte tamen CONSTANTIUS pharmacopolam retinuit (g), qui pro Sanicula, hujus Aconiti radice erat usurus. Mitius videtur prioribus, verum parum est, quod certi, de eo novimus. Cæruleum in Laponia oleraceum est; cur ergo lupos occidit? (h).

DELPHINIUM (i) TOURNEFORT. t. 241.

LINN. n. 681. MALPIGH. *ic.* 143.

Flores nudi, difformes, hexapetali. Petala quatuor inferiora (k) duorum parium; quorum superius majus est, simplicia omnia, ovato lanceolata; supremum subrectum, cætera simile, in calcar rectum (l) & acutum deorsum continuatur. Petalum sextum (m), sive nectarium malueris vocare, intra summum florem continuatur in bracteam plantæ pedis humani similem, bifidam (n), cujus loco in aliis speciebus quatuor sunt similes particulæ, ciliatæ. Id nectarium in minoribus Delphiniis hinc calcar (o) educit, in quinti petali calcar receptum, tanquam in vaginam ensis: inde duas (p) latas appendices erigit, quæ stamina sustinent. Calcaris ostium squamula peculiari clauditur, quæ ad idem sextum petalum pertinet. Filamenta lata, ad fedecim. Siliqua una, vel tres (q), cylindrica, bivalvis (r), polysperma, tuba simplici.

1201. DELPHINIUM trifiliquum, foliis semiquinquelobis, acute ferratis, petalis interioribus quaternis, barbatis.

α Latifolium.

*Aconitum Lycoctonum* I. CLUS. *Pannon.* p. 403. 404. hirsutum.

*Aconitum* I. CAMERAR. *Epit.* p. 829.

*Aconitum Lycoctonum, flore Delphini Hort. Aichstett. æst. ord. I. t. II. f. I.*

*Delphinium perenne, montanum, villosum, Aconiti folio* J. R. H. SCHREUCHZER. *It. I.* p. 35.

*Delphinium Aconiti folio ampliori* AMMAN. p. 174.

*Siberian Larkspur Garden of EDEN.* t. 47.

β An.

(a) *Medicin. inficur. & infid.*

(b) III. p. 11.

(c) p. 68.

(d) *Plant. Boruss.* p. 66. l.

(e) t. 123.

(f) MANETTI ad SAUVAOES *de modo, quo medic.*

(g) *Obs.* 51.

(h) LINN. *Fazm. Svec.*

(i) Surculi a radice sesquipedales, majores; folia parva, tenuia, divisa, prælonga, quæ Delphinorum effigiem representant. Flos Violæ albæ non dissimilis,

purpureus. Semen in siliquis, Millo proximum DIOSCORID. L. III. c. 70. Vix videtur posse ad nostrum reduci.

(k) TOURNEFORT. t. 3. 4. 5.

(l) H. E.

(m) B.

(n) Ad B. E.

(o) C. C. D.

(p) E.

(q) F. G.

(r) G.

## β Angustifolium.

*Lycostonum flore Delphini* DODON. *purg.* p. 315. *hist.* p. 441.

Separat quidem CLUSIUS. Conjunxit recte, ut puto, LINNÆUS, cui est *Delphinium nectaris diphylis, labellis bifidis, apice barbatis, foliis incis, caule erecto.* p. 749.

Olim in *Nesso* monte ARETIUS; in monte *Surenense* SCHEUCHZERUS. Maxima copia legi in adscensu petroso *la Boulaire*, inter *M. la Varaz & Enzeinda*. Sic etiam in montibus *Liozon, Taveyannaz, Prapioz, Audon* & alibi in *Aquilejensibus* provenit.

Speciosa planta ad humanam altitudinem adscendit. Radix perennis, lignosa, multiceps, fetis coronata, aspera, inæqualis, scrobibus effossa, tuberosa, semipedalis, ramosa, ramis similibus, teretibus. Folia quidem nostris leniter villosa, adulta glabra, semiquinqueloba, petiolata. Lobi acuti, sæpe semitribolobati, acute circumferrati. Caulis cavus, erectus, ramosus. Spica longissima & pulcherrima. Petioli uniflori, lanuginosi. Flores (s) saturate cærulei, calcar rugoso. Petali sexti loco quatuor petala; duo superiora, antè complicata, quæ fiunt lamina fuliginosa, fusca, nigra, tamen alias alba & pallide virente, oblonge quadrato, posterius in semicanalem abeunte, qui cum focii petali simili semicanali calcar tubulosum perficit, in quo mellugo. Alia duo interiora petala petiolum latum habent, sursum cavum, & ovatam bracteam, emarginatam, cavam, fuliginosam, nigram, etiam albam, aut pallide virentem, ornatam penicillo viridium pilorum. Siliquæ tres. Stamina triginta & quadraginta, albis antheris. Tubæ loco, corniculum tubæ perforatum.

## 1202. DELPHINIUM unifilium, caule recto, spicato.

*Delphinium sativum* RIVIN. t. 123.

*Flos regius* DODON. *coron.* p. 55. 56.

*Consolida regalis* BLAKWELL. t. 26.

*Delphinium nectaris monophyllis, caule simplici* LINN. p. 748.

β *Flore pleno* RIVIN. t. 123.

γ *Flore semipieno* RIVIN. t. 122.

Exotica planta passim nunc in ruderosis provenit.

Caulis erectus, etiam ramosus, foliosus, cubitalis & ultra. Folia petiolata, ad angulum de caule acutum nata, tenuissime divisa, repetito fere trifida. Spica certior & densior, quam sequenti, calcar leve. Petalum sextum unicum; ejus superior lamina venosa, bifida: inferiores ovatae stamina tegunt. Calcar obtusum, crassiori sine solo melluginem continet, reliquus fundus calcaris adnatam habet sibi peculiarem squamam, ovali principio, ad partem staminum supernam ortam, unde naviculæ species. Siliqua sæpe unica. Tuba lata, obtusa, papillaris.

## 1203. DELPHINIUM unifilium, caule brachiato, diffuso, floribus sparsis.

*Consolida regalis* CAMERAR. *Epit.* p. 521. *arvensis* TABERNÆMONT. p. 62.

*Delphinium* RIVIN.

*Delphinium nectaris monophyllis, caule subdiviso.* LINN. p. 748.

β *Flore pleno*, mihi in horto nata.

Passim in agris circa *Ebrodunum, Neocomura, Bellelai, Basileam, Roche*, in *Valesia inferiori*.

Folia potius latiora, laxius divisa, magis vaga, prima rotunde lobata. Caulis magis brachiatus, quam priori, minus erectus. Spicæ vix ullæ, floresque sparsi; character, qualem dixi. Flos cæruleus. Stamina undecim, ad sedecim. Siliqua etiam unica.

In medicina aliquis ejus usus est. Florum extractum aquosum suavi est odore, mucilagineo, sapore amaro; spirituosum fere simile, sed duplo parcius (t). Aqua eorum florum passim ad oculorum inflammationem dicitur valere, forte ob cæruleum floris colorem. Sed ad movendas etiam urinas, & ad calculum commendatur. Serio tamen vix unquam præscribitur. GARIDELLO nihil in oculorum malis profecisse visa est, BOERHAAVIO in tanta Aconiti vicinia etiam suspecta. Delphinio masculo pisces provocari, ut manu capi possint, CONSTANTINUS (u); sed id Delphinium aliud a nostro fuerit.

P L A N-

(t) *Enum hort. Gotting.* p. 93.

(u) *CARTHUSELL. mater. med. II.* p. 443.

(u) *L. XX. c. 2.*

PLANTÆ PETALODÆ.

IX. LILIACEÆ

BOERHAAV. ADANSON. p. 42.

Classis naturalis & a nemine prætervifa. Unico foliolo nascens plantula prodit (x): caulis foliis convolutis cingitur simplicibus, in quibus nervi paralleli in apice conveniunt. Fructus trilocularis, loculis in paucissimis speciebus distinctis, ut tres sint filiquæ, cæterum polyspermos. Floris petala, aut segmenta, longe plerumque bis terna (y) absque calyce. Stamina tria, aut sex: tuba unica, trifida, aut tres. Radicum denique teneritas; frequentes bulbi, & viscida natura totius plantæ cum acrimonia commista, colores florum fere speciosi vulgo hanc classem produnt. Unica nobis difformi flore est.

I. TRISILOQUÆ

VERATRUM TOURNEFORT. t. 145. LINN. n. 1144.

Flores bis tripetali, petalis ovato lanceolatis (a), lineatis, firmis, persistentibus, staminibus tot quot petala, ex ungue ortis. Ungues petalorum conglutinati. Sili- culæ tres (b), quarum repandi apices extrorsum vergunt. In nostra specie, non ita in rubra, flores alii mares cum imitamentis fructuum; alii femineæ cum fila- mentis absque antheris.

1204. VERATRUM spica paniculata, floribus maribus & feminis. MILLER. t. 271.

*Veratrum album* DODON. *purg.* p. 114.

*Elleborum album* (c) MATTHIOL. p. 1219. CAMERAR. *Epit.* p. 939.

*Helleborus albus*, flore herbaceo Hort. Aichstett. ord. 8. t. 9. f. 1.

*Veratrum racemo supradecomposito*, corollis erectis. LINN. p. 1479.

Nihil frequentius in pratis montanis & subalpinis. Noxia planta, quæ integros mon- tes pascuis destinatos inutilis occupat, nullo animali vesca, præter mulum, quem, cum iter per vasta Helleboreta in montem *Montendre* urgerem, vidi folia, dum transibamus, avide decerpisse.

Radix ex tubere longas & innumerabiles fibras teretes demittit. Caulis bicubitalis, non ramosus, erectus. Folia ex evolutione caulis nata, lineata, ovato lanceolata. Spicæ florales numerosæ, densæ: flores erecti, subhirsuti, firmi, albi, extus virescentes, sagittata linea in basi inscripti; tria petala exteriora duriora, tria interiora pallidiora, omnia lineata. Supremi androgyni, imi mares.

Radices acres manducatæ fauces exurunt & labia (d) potissimum mordent. Ad ignem liquorem stillant acerrimum, fere qualem calx fundit (e). Infusum aquosum de- bile

(x) De hordeo & tritico THEOPHRASTUS, cum pi- sum, faba, cicer multis foliis prodeant L. VIII. c. 1.

(y) Conf. *Comm. Lit. Nor.* 1744. p. 357.

(a) TOURNEFORT. A.

(b) D.

(c) Helleborum album fert folia Plantaginis, aut Betæ sylvestris, breviora, nigriora, canalium dorso rubescentia; caulem cavum, quadrantalem, tunicis convolutum, quæ albicant, dum arefcere incipit, ra- dicibus multis, tenuibus, ab oblongo & exiguo capite, ceparum modo, exantibus. Optimum habetur can-

didum, friabile, carnosum, non mucronatum, tenui medulla, gustu non admodum fervido, neque sili- vian- tiens. Primam laudem cyrenaicum habet DIOSCORID. L. IV. c. 145. PLIN. L. XXV. n. 21. Helleborus candidus radice alba, folio porraceo, secundum aliquos, caule Alphodeli breviori; foliis continuo radici adnexis humi sparsis, radice longa, multiplici THEOPHRAST. L. IX. c. XI.

(d) GREW.

(e) GEOPHORI. II. p. 226.



bile est (f), spirituosum acre (g). Extracti aquosi magna copia habetur, ad dimidium radicum pondus (b), idem debile; sed etiam spiritu vini paratum extractum parcius (i) est, infuso debilius (k), & tamen nimis acre (l). Vis adeo est in particulis volatilibus, quæ avolant, dum extractum spissatur, ut coquendo vires nimix debilitentur (m). Denique & aquoso extracto etfi debilior vis, tamen nimia est (n). Mirum est, quam parum salis det, ex 150. libr. uncias duas (o).

Vis veratri, cum pecora eo uterentur, deprehensa (p) est. Eadem, quam Helleboro nigro, multo est vehementior, & magis emetica (q). Olim Græci, cum Anticyris uterque Helleborus nasceretur, solo utebantur nigro, albo enim vomitus movebatur (r). Sic RHAZE album infecurum esse pronunciavit (s). Acriorem nigro esse MESUE (t), sursum & deorsum purgare, & universum corpus immutare ARETEUS (u). Multo nigro terribilior, etiam ubi prospere cadit (x) PLINIUS. Quare HIPPOCRATES, qui albo usus fuisse putatur, non absque magna cautione propinavit, ut prius corpus cibis & vino replet (y). RHAZE vero tepida multa data vim pharmaci superabat (z). Horrendos certe inde vomitus successerunt, cum radix pro radice Polygonati sumta fuisset (a). Vomitus inde vehementissimi (b), & sanguineæ sedes (c). Durissimis mortalibus, qui in septentrione Veratro sibi alvum repurgant, tantus violentiæ sensus est, ut oculi convertantur & excæcentur (d). A Veratro strangulatio, vomitus, anxietas, nervorum convulsio, crampus (e). Ab eodem pharmaco animi deliquium (f). Ab eodem cum cerevisia cocto, pulsus deletus. A scrupulo uno nervorum distentio (g), subpressa respiratio, aponia, frigus universi corporis (h). Iterum ab eodem in vinoso infuso hypercatharsis, sudor frigidus (i), convulsiones. Ex nodulo feminx præscripto, in quem Helleborus albus recipiebatur, vomitus & mala symptomata (k). Denique experimento in cane factò, vomitus inde, & alvi purgatio, & convulsio, & ventriculi inflammatio (l). Etiam ventriculo extus impositæ radices vomitum cient (m). Vinum ex vitibus, inter quas albus Elleborus nascatur, urinam ciere THEOPHRASTUS (n). Si vero vis venenata ad sanguinem infracta penetraverit, continuo moriendum est animali, etiam a levi vulnere (o), ut veterum Lusitanorum exemplo constat, qui Veratri succo tela obliniebant (p), & experimenta MATTHIOLI (q) confirmarunt: una tanta putredo excitatur, ut enecti animalis carnes subito tenerescant (r).

Denique deglutitum Veratrum, si paulo nimia copia sumatur, etiam occidere poterit (s). Ab eo medicamine strangulatos vidit FALLOPIUS (t), & mortem intra sextam horam BENIVENIUS (u), & sæpe Sibirix incolas ex eo pharmaco sumto interire GMELINUS (x). Cum drachma, vel duæ drachmæ, cum pomo coctæ fuissent (y), tunc abjectæ, & additum saccharum, tantilla dosis vehementia

(f) CARTHEUSER *mater. med.* p. 413.

(g) *Ibid.*

(b) NEUMAN. T. II. P. 3. p. 101. CARTHEUSER.

(i) NEUMANN. p. 101.

(k) CARTHEUSER.

(l) NEUMAN. *ibid.*

(m) *Idem.* T. I. P. 2. p. 421.

(n) *Idem.* P. 3. p. 102.

(o) REDI *Sal factit.*

(p) THEOPHRAST. I. c.

(q) PLIN. L. 25. n. 21.

(r) PAUSANIAS L. X. p. 623.

(s) Ad MANSOR. III. c. 61.

(t) II c. 30. Iconem dat p. 81.

(u) *Curr. diut.* II. fin. Ut vomitum moveat, addi

Elleborinen THEOPHRASTUS.

(x) PLIN. L. XXV. n. 22.

(y) Περὶ ὀλλιβερύων. Sic DIOSCORIDES.

(z) L VIII. c. 49.

(a) LENTILIUS *Ecodrom.* p. 368.

(b) FALLOP. *purg. medic. simpl.* c. 69.

(c) DESSERNIUS p. 442.

(d) *Act. hafn.* T. V. obs. 55.

(e) LORRY *melanch.* II. p. 113. 114.

(f) WEPFER *cicut. aquat.* p. 48.

(g) *Eph. Nat. Cur.* Dec. III. ann. 1. obs. 65.

(h) RÖDDER & ALBERTI *med. leg.* obs. 15.

(i) *Idem.* obs. 14.

(k) SCHRADEK. *de venenis.* Vide vehementes etiam effectus *Bresl. Saml.* 1725. m. Febr. ann. 1724. p. 517.

(l) WEPFER *ibid.* p. 219.

(m) ETTMULLER. *Præf. ad Chir. infus.*

(n) L. c.

(o) CRATO *Epist.* L. II. p. 226.

(p) CMSALP. *Spec.* p. 192.

(q) p. 1276. *Epist.* p. 219 in gallina.

(r) ARRTAUS *curr. diut.* I. p. 76.

(s) RHAZE.

(t) I c.

(u) C. 51. 52.

(x) I p. 75.

(y) LORRY.

vehementia symptomata movit; & narrat NEUMANNUS, tincturam cum spiritu vini factam adeo acrem esse, ut suscepta guttula, quantum calamus sibi fumere potest, inque vinum malvaticum dimissa, purgationi vehementi sufficiat (z). CATO major vinum purgans faciebat radicibus Veratri circa vitem fatis; vel ad vini amphoram Veratri manipulo addito, & una cum musto fermentato. Scrupulus radicis unicus catellum equidem juniorem occidit (a). Drachmæ duæ cum cerevisia coctæ vehementissima mala fecerunt (b); magis adhuc drachmæ (c) quatuor, & a decocto Hellebori albi, in venas injecto, mors cum subita flacciditate successit (d). GESNERUS vini Helleborati duo dabat cochlearia, ea ad vomitum movendum sufficiebant (e). Quare unus radicis scrupulus nimia dosis fuerit (f): drachmam maniacis relinquimus (g), quam BRASSAVOLA dedit; nimium audax (h). CODRONCHUS ad grana 70. (i) exhibuit, & ego equidem in tanta tutiorum medicamentorum copia nollem veneno uti, & cautos vellem pharmacopolas, ne radices albi Hellebori pro nigro emant (k).

Veteres in gravissimis malis album Veratrum exhibebant, ad universum corpus mutandum (l), ad humores frigidos expellendos (m), & reddendum calorem, ad rigorem (n), ad quartanam (o), ad cephalæas (p), ultimum auxilium, ad epilepsiam (q), ad maniam (r) [etsi Cl. LORRYO dante morbum non superavit], ad elephantiasin (s); denique in rabie canina (t), si nondum aquæ timor (u) adfuerit, & nuperi ad venerea mala (x). Ulcera vetusta lento usu in Sibiria Helleboro sanant (y). Unguentum ad scabiem valet (z), & decoctio ad tineam vaccarum (a).

Americani radices Hellebori albi in aqua (b) coquunt, in eo decocto macerant suum MAYZ, quod sementi destinant; ita bestias inebriat, neque homini nocet.

ANTHERICUM (c) LINN. edit. prior. n. 303.

NARTHECIUM GORTER Flor. Belg. p. 70. GERARD p. 142.

Difficillima genera sunt. Phalangium, Ornithogalum & Scilla. Quare ne definitiones alioquin plenas exceptionibus exceptione maxima onerarem, malui hanc plantam separatam relinquere, cui petala sex, stamina sex; in nostra specie imberbia; siliquæ tres per ætatem distinctæ, cornutæ, polyspermæ; tubæ totidem sunt brevissimæ. Sub flore foliaceum quid breve, trifidum.

1205. ANTHERICUM filamentis glabris.

Pseudosphodelus CLUS. Pannon. p. 262. secundus histor. p. 198. ALPINUS C.B. Theatr. p. 552.

Phalangium alpinum, palustre, Iridis folio J. R. H. SCHEUCHZER. It. II. p. 139. SEGUIER II. t. 2. f. 14. conf. descript. MOEHRINGII Eph. Nat. Cur. Vol. VI. obs. 117. LINN. Oelansk ref. p. 194.

Anthericum foliis ensiformibus, perianthiis trilobis, filamentis glabris GMELIN. I. p. 73. t. 18. f. 2.

Vulgo

(z) p. 101.

(a) WOFFER. p. 219.

(b) RÖDDER. obs. 15.1

(c) Obj. 14.

(d) Phil Transf. n. 335.

(e) Epist. p. 5.

(f) Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann. 1. obs. 65.

(g) MATTHIOLUS p. 122. In infuso WELSCH. miflom. p. 42. 43 & CODRONCHUS p. 231. in vino. In rabie canina SALIUS.

(h) Exam. simplic. p. 531.

(i) p. 419.

(k) EHRHARD. Pflanzenhist. VII. p. 82.

(l) ARETÆUS. Pilulas STANKYI ingreditur.

(m) Infusum ARETÆUS Curat. diut. II. c. 7.

(n) CODRONCHUS p. 74. ad drachmam.

(o) SALIUS affell. part. c. 19.

(p) ARETÆUS diut. cur. I. c. 2.

(q) THEMISON. CELIUS Chron. I. c. 4. Cels. L. II. c. 23. Eo remedio LIVIUM DRUSUM sanatum fuisse PLINIUS L. XXV. n. 21.

(r) MAYBENS præf. p. 67. BATTIE apbor. 74. CELIUS Chronic. I. c. 5. ROBINSON. Spleen. p. 402. & in literis Cl. RAST Junior.

(s) l. c.

(t) CELIUS Chron. IV. c. 1.

(u) SALIUS. LAYARD bite of a mad dog. p. 68. cum exemplis.

(x) GMELIN. Flor. Sibir.

(y) IDEM ibid. I. p. 76.

(z) NICOLAUS p. 167. b.

(a) BIANCHI obs. p. 192.

(b) KALM. K. Svenska Wetensk. Handl. 1751. trim. 4.

(c) Domicilia Afrorum pastoralia facta ex *antypus* HERODOTUS nominat IV. p. 282.

II. FRUCTU INTRA FLOREM I PATULO. 99

Vulgo in Helvetia, nusquam uberius, quam Bernæ in prato *die Eymatte*, qua primum rivus de sylva effluit; & in palustribus circa *Seelhofen*; *Burgdorf* in der *Eymatte*. Etiam in montes & alpes ascendit.

Radix ex communi capite alba, foliosa. Folia radicalia duriuscula, plana, graminea, plurima. Caulis simplex, inferne foliosus, terminatur spica florum conferta, quæ per ætatem longa fit, & cylindrica, neque raro interrumpitur. Stipulæ sæpe purpureæ, ovato lanceolatæ. Flores in petiolis unifloris, brevissimis. Petala duorum ordinum, ex ellipticis lanceolata, patula, linea media divisa, ex luteo viridia. Stamina glabra, filiformia. Siliquæ semiovatæ separari possunt; tuba filiformis, acuta. Semina scobiformia.

Hæc nostra species nullas vires *offifragas* habet, ob quas simillima in septentrione planta celebratur.

II. FRUCTU UNICO TRILOCULARI.

I. INTRA FLOREM.

I. PETALIS PATULIS.

ASPHODELUS TOURNEFORT. T. 178. LINN. n. 421.

Flores hexapetali (d), patuli, unguibus conglutinatis, petalis ellipticis. Filamenta ungue (e) valente ex origine petalorum orta. Si unguis circa germen in globulum coeunt. Id vocat LINNÆUS valvas nectarii, quibus inserta sint filamenta. Fructus rotundus (f), subcarnosus fit tribus ellipticis localis (g), conjunctis. Tuba longa, simplex. Semina subtriquetra (h).

\* 1206. ASPHODELUS (i) caule folioso, foliis angulatis, striatis, stipulis maximis.

*Asphodelus femina* CAMERAR. *Epit.* p. 372.

*Asphodelus luteus* DODON. *Coron.* p. 142. 143.

*Asphodelus caule folioso foliis triquetris striatis* LINN. p. 443.

*Asphodelus verus luteus* BLAKWELL. t. 233.

In monte *Fräka* vallis Tellinæ BATTIRANUS rhizotomas.

Radices subteretes, succulentæ, numerosæ, divergentes, flavæ. Caulis non ramosus, firmus, rectus, tripedalis. Folia radicalia numerosa, ex bulbosa quasi origine, glauca, striata, carinata, repanda, ad caulem similia, vaginosa. Spica densa, speciosa. Stipulæ maximæ, albæ, ovato lanceolatæ. Petioli uniflori, breves. Flos paulum irregularis. Petala flava, linea viridi, sena: quatuor in unum ordinem disposita, duo inter (k) petala superiora. Ungues villosi; filamentum curvum. Stamina tria reliquis breviora descendunt per inferiora floris, & sursum reflectuntur. Fructus globosus, sex lineis percutus; tuba curva, simplex.

Caulis Asphodeli elixatione mitescunt, & panem suppeditant (l). Semen ipsum perinde edule (m) est. Ex radice (n) bonus panis fit, cocta, siccata, ejusque succus dulcis est. Nocuisse tamen in Biturigibus album Asphodelum, cum in cibum reciperetur, & scorbuti genus excitasse Cl. le MONNIER (o).

PHALAN-

glandibus similes, gustu acres DIOSCORIDES. L. II.

c. 64.

(k) LINNÆUS.

(l) SUIDAS p. 364 *Porta magia natural* L. IV. de Asphodelo siculo, qui noster.

(m) SUIDAS.

(n) Apud Burdigalenses potest de albo sermo esse

*Journal de Trévoux* ann. 1709 in Dec.

(o) Le MONNIER *Obs. a'byf. natur.* p. CXV.

(d) TOURNEFORT. A.

(e) *ibid.* & C.

(f) D.

(g) E.

(h) G.

(i) *Hastula* regia vulgaris notitia, foliis majoris porri, caule leviori, terente in cacumine florum, quem Anthericon appellant. Radices oblongæ, rotundæ;

## P H A L A N G I U M (p).

A N T H E R I C I L I N N. n. 422.

Pleræque species.

P H A L A N G I I T O U R N E F O R T I I. pleræque species

&amp; aliquæ O R N I T H O G A L I Sp.

A Scilla non video, ut distinguatur. Ab Ornithogalo potest staminibus non trifurcis separari. Petala patula non possunt inter characteres recipi. Nam in vulgatissimo Phalangio ostendit Cl. MÜLLERUS, perpetuam esse mutationem, ut noctu flos totus clausus sit, meridie patulus, mediis horis medio modo se habeat. Nolim tamen nimis longum florem Liliastri huc revocare. Erunt ergo Phalangio sex petala, sub meridiem patula (q): Fructus ovato triquetrus (r). Stamina sex subulata, tuba longa, unica, sine globo (s).

1207. P H A L A N G I U M radicibus teretibus, foliis radicalibus carinatis, ensiformibus, petiolis unifloris.

*Liliago* CORDI. *hiff.* L. II. c. 106. p. 190. b.

*Phalangium non ramosum* DODON. p. 106.

*Liliago Cordi* LOBEL. *ic.* p. 48.

*Phalangium parvo flore, non ramosum* C. B. *Theatr.* p. 555.

II. Foliis strictioribus C. B. in monte *Wasserfall*.

L. II. *Anthericum foliis planis, scapo simplicissimo* (t), *corollis planis, pistillo declinato*. L. II. p. 445.

In Helvetiæ rupestribus, in *Passgardsbüh* prope *Biennam*, circa *Roche*, *Agauni*. Circa *Basileam bey Oris*, *Michelfeldæ*, & in monte *Crenzach*. In montana etiam ascendit, ut in monte *Saleva*, *Wasserfall*: in Valle *Weisland* sub *Gutendammen*, in montibus *Tombej*, *Prapioæ*, circa *Morcle*.

Speciosæ plantæ radices numerosæ, teretes, in tuber collectæ, coronatum fetis. Folia ex radice plurima, firma, pedem longa, carinata, graminea. Caulis erectus, cubitalis, firmus, foliis nudus. Spica laxa, pauciflora, decem florum, petioli uniflori. Flores ad biuncem lati; petala duorum ordinum, ut interiora latiora sint, petiolata, cæterum ex ellipticis lanceolata, & pure alba; exteriora extus virente linea dimidia percurruntur. Filamenta latiuscula. Fructus ex rotundo triquetrus, tribus tuberibus exuberans. Semina nitida, hinc convexa, inde duabus planis faciebus excissa. Tuba debilis, incurva.

1208. P H A L A N G I U M radicibus teretibus, foliis duris, gramineis, caule ramoso, laxè paniculato.

*Phalangium* CAMERAR. *Epit.* p. 580.

*Phalangium ramosum* LOBEL. *ic.* p. 47. *conf. Flor. Suec.* p. 104.

*Phalangium parvo flore, ramosum* C. B. *Theatr.* p. 557.

*Anthericum foliis planis, scapo ramoso, corollis* (u) *planis, pistillo recto* L. II. p. 445.

In Helvetia vulgatissimum. Bernæ in prato aprico *Brunnadern* optimi olim ITHII, in pratis circa *Seelhofen*, in monte *Bolligerberg*. In Aquilejensibus ubique, circa *le Furet*, *le Bévioux*, &c. etiam in montanis *le Creux du Champ*.

Diversissimum a priori, mollius, minus speciosum. Folia radicalia similia, caulina nulla. Caulis ramosus, brachiatus. Panicula rara, sparsa; petioli uniflori. Flos multo minor, petalis ellipticis, quorum exteriora angustiora, non petiolata, lanceolata; interiora petiolata, ovalia (x). Fructus & semina similia. In singulo angulo fructus porus parvus, mellifer. Horologium floris ingeniosus MÜLLERUS in hoc flore invenit (y).

1209.

(p) Phalangio rami duo, tres, plures, in diversa tendentes; flos candidus Lilio similis, multas incisuras habens. Semen nigrum, crassum, Lenticulæ dimidiatæ figura: radix parva, tenuis, herbacei coloris.

(q) TOURNEFORT. A.

(r) D.

(s) A. C.

(t) *Conf. Ouzsk vesk* p. 228.

(u) *Conf. Iter. Oeland.* p. 178.

(x) L. II.

(y) *Mém. de la Soc. de Berne* 1766. T. IV.

## 1209. PHALANGIUM foliis crassulis, scapo unifloro.

*Pseudonarcissus gramineo folio*, seu *Leuconarcissus aestivus* C. B. Prodr. p. 27. RUDBEK. Elyf. II. p. 64.

*Bulbocodium alpinum*, *juncifolium*, flore unico, intus albo, extus squalide rubente DILLEN. Syn. III. p. 374. t. 17. f. 2.

*Anthericum foliis planiusculis*, scapo unifloro LINN. p. 449.

Et ex horto sicco C. B.

*Narcissus serotinus* CLUS. p. 162.

*Narcissus autumnalis minor* J. B. II. p. 662.

Pure alpina. In *Hobeumesmer* & *Sattel Abatiscellanorum* J. GESNER. C. B. in *Speluga*, HUBE<sup>us</sup> in monte *Lunae*. Ego in *Geminio* abunde; etiam in monte *St. Bernhard*, *Kaltenberg*, *Schönbühl*.

Radix bulbosus est oblongus, obductus reticulo. Folia ex radice multa, gracilia, teretia aut triquetra [in notis meis]. Caulis quatuor unciarum, aut paulo altior, frequentibus, sed brevioribus foliis adpersus. Flos unicus, sponte connivet, ut vespertinus flos Phalangii Petala ovato lanceolata, alba, intus & extus rufis, spadiceis lineis picta: unguis luteolus. Fructus ex triquetra conicus; tuba prismatica, tribus ferrugineis punctis notata. Verna planta, continuo nivis defluxum sequitur.

## 1210. PHALANGIUM longissime spicatum, filamentis latis, lanceolatis.

*Ornithogalum saxuodes* RENEAULME. p. 90. 93.

*Ornithogalum raveno longissimo*, filamentis lanceolatis, pedunculis floriferis patentibus, equalibus, fructiferis scapo approximatis LINN. p. 440. Add. Iter. Scan. p. 220.

J. B. Genevæ à la *Batie*, & in colle ad *Fl. Arve* e regione *Champé* ibid RAJUS in segetibus versus mont. *Saleva*. Circa *Buffigny* & *Cressy* supra *Lausannam*. STÆHELINUS ad *Birsam* in dumetis, in via ducente ad *Münchenstein*, in via secundum *Sylvam* montosam prope *Sissach*. Abunde legi in dumetis ad viam inter *Chambon* & *Ch. l. Aquilejensium*.

Bulbus crassus (z). Folia mollia, carinata, ad terram reflexa, cito dispereunt. Caulis bipedalis & altior, non ramulosus spicam gerit longissimam, & maxime multifloram. Stipulae albæ, amplexicaules, lata origne, longe caudatæ. Flores erecti, immaturi connivent inde sensim magis & magis expanduntur. Petala ex viridibus flava, oris albis; eorum tria exteriora angustiora, tria interiora latiora, breviora. Filamenta omnia lata, mucronata, tria exteriora angustiora. Tuba filamentis brevior. Fructus ovatus, colliculis subrotundis distinguitur.

## 1211. PHALANGIUM radice bulbosa, foliis latissimis, obtusis, spica pauciflora, stipulis minimis.

*Hyacinthus* (a\*) *Fuchsii* DODON. coron. p. 181. hist. p. 219.

*Hyacinthus stellatus Germanicus* VALLET. t. 35.

*Hyacinthus stellatus bifolius*, vernus, dumetorum, flore caruleo J. B. II. p. 679.

Icon C. LEDERMULLERI *Versuch*. t. 6.

II. Flore exalbido, carneo, albo.

III. *Triphyllus* I. Flore albido.

*Hyacinthus stellatus albo flore* CLUS. hist. p. 184.

& II. Caruleo C. Basil. p. 19.

I & III. *Silla radice solida floribus erectiusculis, paucioribus* LINN. d. 443.

In Helvetia aliquanto minus, quam in Asia vulgaris; Basileæ tamen legi paulo ultra *Crenzach*. C. B. in nemore *Wyleni*, versus *Hitteling* n, & circa *novam domum* (a) *Im Humburger Amte* (b). Tiguri in *Käferbösclein* Aquilejæ abunde in pratis, ut in prato familiae *Bernensis Magran*. In sepibus à *Noiraigues*. Au verger de la *Combe* CHATELAIN.

Radix

(z) Emend. III. n. 179.

(a) Basl. Merkw. p. 709.

(a\*) Hi Scillae LINN. n. 419. quibus pro chara-  
ctere datur tuba decidua.

(b) Ibid. n. 13.

Radix bulbosa, cepacea. Folia lata, obtusa, mollia, duo, tria. Scapus nudus, semipedalis & dodrionalis. Spica florum laxa, pauciflora, ad 10. flores, sæpe vero tantum duos ternosve fert. Stipulæ minimæ. Flores patuli, etiam repandi, brevissime connexi, ungue viridi; bractea ovali cærulea, saturatiore linea divisa. Ordo exterior petalorum angustior, interior latior. Tuba simplex, sine acuto. Ovarium conicum. Filamenta lata.

- \* 1212. PHALANGIUM radice bulbosa, foliis latissimis, obtusis, spica multiflora, stipulis longitudine petioli. †

*Hyacinthus stellaris*, vernus, parvulus, flore ex cæruleo cinereo J. B. II. p. 581.  
*Parvulus Hyacinthus stellaris*, vernus LOBEL. advers. II. p. 486.

In partis suburbanis legi in alten Berge, qua nunc via munita & omnia Medica confita sunt.

Bulbus & folia fere perinde ut in 1211. Sed spica brevis, multiflora (c); stipulis, petiolis & floribus cæruleiscentibus, petalis obtusis. Stipulæ longæ, subulatae (d).

Non est *Scilla* 3. LINN.

1213. PHALANGIUM radice bulbosa, stipulis maximis, hirsutis, floribus umbellatis, petiolis unifloris.

*Ornithogalum πυροχίτων* RENEAULME p. 91. ic. p. 90.

II. Majus TABERNEMONT. p. 632.

*Ornithogalum alpinum*, latifolium, flore luteo de BRY florileg. t. 48.

*Ornithogalum scapo anguloso*, diphylo, pedunculis umbellatis, simplicibus LINN. p. 439.

Basilicæ versus St. Jacob, ubi legi, circa Gundeldingen. C. G. Kiburgi. Circa Thierachern. In Gubernio Aquilejensi abunde, Rupe in præpouy prope stagnum, quod effodi: inde in alpes ascendit Chapuise, Fouly, Trone, in pratis ubique, vel in agris.

Radix bulbus est carnosus, rotundus. Folia radicalia paucissima, graminea, acuta, scapo sæpe longiora (e). Scapus educit aut unicum, aut duo folia inæqualia, aliquando tria, multo latiora, per oras subhirsuta, ex quorum sinu multi pediculi floriferi, uniflori, exeunt, leves isti, aut paulum subhirsuti. Petala lineata duorum ordinum, intus cum virore lutea, extus tota viridia, plerumque glabra. Stamina neque lata, neque tricuspidata, nata ex petalorum origine. Tuba trigona, trifida.

- \* 1214. PHALANGIUM radice bulbosa, stipulis maximis, hirsutis, floribus umbellatis, petiolis multifloris.

*Ornithogalum panmonicum*, minus, luteo flore CLUS. Pannon. p. 190. 191.

*Ornithogalum pallido* flore J. B. II. p. 624.

*Ornithogalum luteum* TABERNEMONT. p. 633.

β *Ornithogalum bulbiferum*, minimum, tenuifolium COLUMN. Ecphras. p. 323. 324.

*Ornithogalum ανθομηλωνιζογκος* RICHER.

*Ornithogalum angustifolium*, bulbosum RUDBEK. II. p. 139.

*Ornithogalum scapo angulato*, diphylo, pedunculis umbellatis, ramosis. LINN. p. 440.

In sylvula ad dextra novæ domus Cl. MIEG.

Humilius (f) est & ramosius: folia radicalia angusta, vix lineam lata. Scapus folia edit numerosa, quinque, sex & septem, pariter radicalibus latiora, in longiorum mucronem educta. Petioli floriferi, hirsuti, biflori, etiam triflori. Petala exteriora subhirsuta. In sinu umbellæ sedet non raro agmen bulbillarum congestorum.

ILL. GMELINUS cum 1213. conjungit *Flor. Sibir.* I. p. 46. seqq. & certe summa est, etiam cum discriminibus, quæ dixi, in utroque similitudo.

ORNI.

(c) Paucos habet J. B.  
 (d) Habet J. B.

(e) Emend. VI. n. 23.  
 (f) Emend. VI. n. 24.

ORNITHOGALUM (g) RAJ. *meth.* p. 119.ORNITHOGALI TOURNEFORT. t. 203. *Species.*ORNITHOGALI LINN. *Spec.* n. 418.

A Phalangio differt staminibus latis (b), quæ vel omnia tricuspidata sunt, vel certe alterna tria. A Porro defectu vaginæ distinguitur. Flos patulus. LINNÆUS characterem staminum excludit, sed addit initium petali erectum esse, idque persistere. Ea nota perobscura est.

1215. ORNITHOGALUM stipulis maximis, petiolis lateralibus longissimis.

*Bulbus Leucanthemos minor, seu Ornithogalum DODON. coron. p. 183. hist. p. 221.*

*Ornithogalum ηλιόχαρμος RENEAULME. p. 88. ic. p. 87.*

*Ornithogalum floribus corymbosis, pedunculis scapo altioribus, filamentis emarginatis LINNÆUS p. 441.*

In viis gramineis & inter vineas, inque agris. *Tiguri circa Silam & Richtschwyl, Aquilejæ abunde, Basileæ, circa Lichthal.*

Bulbosa radix adgnatos habet. Folia radicalia mollia, carinata, linea parum latiora, tamen & bilinearia, obtusa. In caule dodrantali stipulæ albæ, maximæ, carinatae. Petioli uniflori. Flores spicati sunt, ut tamen umbellam mentiantur, cum inferiorum petioli longissimi supra supremos breviores se efferant. Petalorum ordo duplex, quæ lactea intus, extus lata virente linea distinguuntur. Staminum filamenta lata, succulenta, tria simplicia, tria emarginata antheram ex divisione emittunt. Fructus ovatus, obtusus. Tuba simplex.

*Ornithogalum umbellatum aliud medium (i), latifolium C. B. quod dicitur in Basileensibus provenire, pro eodem habeo.*

\* 1216. ORNITHOGALUM floribus spicatis, senescentibus pendulis, filamentis staminum alternis majoribus, bicornibus.

*Ornithogalum Neapolitanum CLUS. append. II.*

*Ornithogalon exoticum, magno flore, minori imato C. B. RUDBEK. Hort. Elys. II. p. 137. f. 12.*

*Ornithogalum floribus secundis pendulis, nectario flamineo campaniformi LINNÆUS p. 441.*

Exotica planta indigenatum adepta est, & in pratis circa Bernam passim floret via *im alten Berge*. Prope Genevam in pomariis pagorum *Frontenay, Conche*.

Bulbus conicus, gracilis. Folia non lata, fere ad fescuncem, mollia, obtusa, culmo breviora. Culmus spicatus. Spica longa, bracteis ovato lanceolatis, coloratis, flore longioribus, longe aristatis. Flores juniores erecti, maturi penduli, in petiolis semuncialibus, conniventes, per ætatem reflexi, petalis per oram albis, cæterum late virentibus. Stamina quasi in unam cylindrum conjuncta, ut tamen separari possint, tria majora, tria minora, omnia filamentis latis, quorum minora integra sunt, apicemque ex obtuso sine gerunt, majora tricuspidata, cuspidibus latis, ovato lanceolatis, paulo anthera brevioribus, quæ ex nervo filamenti lati orta ei insident. Fructus ovato trigonius, niger; tuba simplex, sine extimo clavato.

## II. FLO.

(g) Ornithogala caule tenero, albo, seminedali; radice bulbosa, molli, tres, quatuorve adgnatos habente, in pulve coquitur. PLIN. L. XXI. c. 17. Eos adgnatos DIOSCORIDUS in cacumen ponit, & addit flores foris herbaceos, qui, dum se pandunt, hian-

tes lactei videntur, inter quos dissectum cachryos modo capitulum emicat DIOSCORID. L. II. c. 138.

(b) TOURNEFORT A.

(i) *Baier Medkw.* p. 874. 1024.

## III. FLORIBUS AGGREGATIS.

ALLIUM (k) HALLERI LINNÆI n. 409.

ALLIUM TOURNEFORTII.

CEPA TOURNEFORTII.

PORRUM TOURNEFORTII.

Flos hexapetalos plerumque connivens, petalis lanceolatis. Stamina simplicia, aut alterne trifida. Flores congesti, & communi vagina excepti. Ostendi, non posse Porrum, ob stamina trifida, separari, cum etiam Ceba vulgaris stamina alterne trifida habeat, & ea (l) tamen Ceba ab altera Ceba sibi simillima separari nequeat, cui stamina non trifida sunt, eamque notam inutilem reddat eadem Ceba quæ Allium 12. Opusculi nostri, cui stamina & integra sunt, & semitrifida, & trifida. Eadem Ceba ostendit a staminum coalitu characterem fumi non posse. Ordines inde constituere licuerit.

## I. STAMINIBUS ALTERNE TRIFIDIS

PORRUM TOURNEFORT. t. 204.

1217. ALLIUM radice ambeunte tunicata, foliis gramineis, spica sphaerica, staminibus alterne trifidis (m).

*Porrum* CAMERAR. *Epit.* p. 321. *commune capitatum* C. B. RUDBEK. II. p. 142. BLAKWELL. t. 421.

*Allium caule planifolio, umbellifero, staminibus tricuspisatis, radice tunicata* LINN. p. 423. *β Porrum scitile* MATTHIOL. p. 550.

In vineis *Wylensibus* C. B. Circa *Moutru* in vineis; sed, ut puto, casu aliquo provenit.

Bulbus carnosus, ventricosus, scapum ex medio emittit. Scapus tripedalis & ultra; inferne foliosus. Folia ad unciam lata, ora levi. Vagina breviter conica, caudata. Spica densa, maxima, sphaerica. Petioli purpurei; petala subpurpurea, linea purpurascens divisa, cui in petalis exterioribus obscurior color respondet.

Culinaria planta, mihi cum toto genere ob diuturnum factorem exosa, fatuo juri ad saporem additur. Decoctum ex potentioribus medicamentis est, quod calculum vesicæ maceratum dissolvat (n), quæ laus a Ceba abest. Succum trium denariorum pondere potum subito occidisse PLINIUS (o). Non probabat Porrum DIOSCORIDES, nisi ad pectoris vitia, ciendamque venerem (p).

1218. ALLIUM (q) radice sobolifera, foliis gramineis, spica sphaerica, staminibus alterne trifidis de *Allio* n. 5.

*Allium sphaerico capite, folio latiori* C. B. RUDBEK. *Camp. Elys.* II. p. 151. *Scorodoprasum latifolium, spontaneum, Italicum, floribus solute purpureis, odoratis.* MICHELI t. 24. f. 95.

*Allium caule planifolio, umbellifero, umbella globosa, staminibus tricuspisatis, petalis carina scabris* LINN. p. 123.

In agris circa *Wiesum*, inque vinetis circa *Crenzach*.

Neque hanc veram civem esse persuadeor. Stirpes tamen a G. BAUHINO citatas non sustinui omittere.

Radix carnosæ, sphaerica, ex inferiori parte adgnatos bulbos producit, sibi circumnatos. Culmus cubitalis, aut paulo altior, inferne foliosus, foliis glaucis, pulposis & succulentis, tribus etiam lineis latioribus; spatha conica, unifolia, decidua; sphaera densa; petioli unciales; petala exteriora cavula, alba, media linea divisa,

(k) *Allii generis nat.* p. 325.

(l) *Ibid.* p. 356.

(m) *De Allio* n. 7.

(n) *LOBB. de calc.* c. 10.

(o) *L. XIX.* c. 6.

(p) *L. II.* c. 142.

(q) *Ameloprosum* in vinetis nascitur, foliis Porri. Ructu gravis stomacho adversatur. *PLIN. L. XXIV.* n. 26. *DIOSCORID. II.* c. 144.



divisa, interiora latiora, & rotundiora. Tria stamina paulo flore longiora, lata, mucrone extrorsum flexo, antheram sustinente: interiora longiora, latiora, trifida, tribus aristis quarum media antheram sustinet. Fructus (r) constat duabus pyramidibus, in basibus sibi adaptatis. Earum inferior, brevior, sursum latefcit, superior est pyramis truncata, trihedrica. In utriusque pyramidis conjunctione tres lineæ eminentes, quasi resectæ. Tuba brevissima. Odor Porri.

1219. ALLIUM radice multiplici, foliis gramineis, spica sphaerica, staminibus alterne trifidis de *Allio* n. 8.

*Allium seu Moly montanum* V. CLUS. *pannon.* p. 216. 218. ob bulbos laterales: nam figura est *Allii* n. 1221.

*Allium montanum, capite rotundo* C. B. RUDBEK. p. 157.

*Allium caule planifolio, umbellifero, staminibus tricuspидatis, umbella subglobosa, floribus lateralibus mutantibus* LINN. p. 423.

RAJUS & J. B. in vineis & segetibus *Geneve*, *Basilea* C. B. & in vicino Comitatu *Montbelgardensi*, inque *Delphinatu* ubique provenit. Legi *Suisæ* *Thuringiæ* & inter *Erfort* & *Tieffenthal* *Thuringiæ*, in *Helvetia* nonquam.

Radix fit bulbis purpureis & nigris, numerosis, inter albas communes vaginas congestis. Scapus tripedalis; folia graminea, tres lineas lata; spatha, ut LINNÆUS vocat, brevis. Caput fere sphaericum. Flores petiolati, medii subrecti, laterales penduli, sed id cum *Porris* & omnibus *Alliis* capitatis commune est. Petala exteriora deorsum gibba, acutiora, ut solent, purpurea, linea distincta saturati coloris. Interna dilutiora, erecta, absque linea eminente. Fructus & semina *Porri*, & brevissima pariter tuba: stamina de flore eminent.

Ob radicem simplicem non pertinet ad nostrum *Porrum caule tereti, folioso, foliis linearibus, planis, umbella globosa, staminibus corolla longioribus.* GMELIN. n. 19. p. 56. t. 13. & 14. f. 1.

1220. ALLIUM radice gemella, foliis fistulosis, capite sphaerico, staminibus alterne trifidis.

Vulgaris plantæ synonyma difficilia.

Nonne *Allium sphaerocephalon, purpureum, Italicum* J. B. II. p. 563?

*Allium seu Moly juncifolium, capite sphaerico, flore purpureo* RUDBEK l. c. p. 160.

*Allium caule tereti, folio umbellifero: foliis semiteretibus, staminibus tricuspидatis, corolla longioribus* LINN. p. 426.

*Scorodoprason montanum, juncifolium, capite rotundo, dilute janthino, floribus paucis* MICHELLI. p. 25. t. 24. f. 2. non videtur differre.

In rupibus *Helvetiæ* calidioribus abunde. Prope *Hinderlachen* in *der Goldey*, circa *Bonneville*, *Neocomm*, *Roche*, in *Gubernio Aquilejensi*, *Seduni*, *Agauri* ubique. *Basilea* in agris *aufm Birsfeld*; versus *Huningen*; ad pontem *Wiesæ* & retro *St. Jacob* la CHENAL.

Icones prioris, plantamque ipsam, satis refert. Bulbi tantum duo, quorum alter in caulem florentem ejus anni consumitur; alter lateralis priori adfidet, semicavus, futuri anni caulem editurus. Scapus cubitalis. Folia fistulosa, succulenta, semiteretia, continuo marcescunt, ut in plerisque solent *Alliis*. Vagina, quæ spatha, brevis. Spica sphaerica, floribus mediis erectis, lateralibus repandis, etiam pendulis. Petala conniventia: exteriora in basi gibba, & reliqua *Allii* præcedentis. Stamina de flore erumpunt; exteriora acuta, tria interiora longiora, obtusa; aristæ prælongæ: color late & saturate alias purpureus est. Fructus triquetropyramidalis.

Recte conjungebat LINNÆUS hortense, grandius, *Moly atropurpureum* SWEETII t. 60. cujus iconem dederam. Nunc separat, ob pedunculos exteriores breviores. Eos video in utroque *Allio* pares esse, & perinde dependere. Et stamina nostrati juniori breviora flore, adultiori longiora sunt, & habeo in *Valesia* natum atropurpureum.

1221.

(r) LINN.

Tom. II.

D d

1221. ALLIUM radice multiplici, foliis fistulosis, capite sphaerico, bulbifero, staminibus alterne trifidis, de *Allio* p. 338. n. 4.

*Allium sylvestre* L. FUCHS. p. 737.

*Allium sylvestre tenuifolium* DODON. p. 683. LOBEL. ic. p. 156.

*Allium sylvestre, campestre, purpurascens* C. B. RUDBEK. p. 153.

Nonne *Scorodoprasum montanum, juncifolium, nucleis capitulorum ciceris magnitudine; plerumque crinitis & purpurascens: floribus concoloribus* MICHELLI. p. 25. n. 5. ob crines, tum n. 7?

II. Capitulo geminato, floribus destituto.

*Allium sylvestre, capite gemino* C. B. MORIS. p. 391. S. 4. t. 15. f. 4.

III. *Allium campestre, juncifolium, purpurascens, capitatum majus* C. B. RUDBEK. p. 153. Foliis quidem latis, sed ex *crinibus* agnoscitur.

IV. Et minus C. B.

*Allium caule tereti, folio bulbifero, staminibus tricuspидatis* LINN. p. 428.

Circa Brugg, Königsfelden, Tigurum; Basileæ in agris lapidosis versus *Mutters, Kleinriehen, Kleinbuningen, aufm Birsfelde*. Gottingæ vulgatissimum. *Interlaci* in segetibus.

Radix congeritur ex multis bulbillis, variæ molis, per planas superficièculas sibi respondentibus, in unum bulbum coagmentatis: altera facies convexa, color albus est; scapus bipedalis; folia teretia, fistulosa. Vagina longa, angusta. Capitulum fit ex uno, etiam ex duobus bulbillorum sphaericis racemis, qui sæpe vivipari, plantulam incipiunt, id vocant *crinitum* esse. Inter eos bulbillos petioli florigeri, serotini. Flores exigui; petala duorum ordinum, ad basin gibba & subviridia, alba, obscure purpurea linea distincta, apice subrubello. Fructus non maturatur. Fætor acris.

Saporis excellentiam alaudis Lipsiensibus addere creditur (s); sed lac & butyrum vitiat (t).

\* 1222. ALLIUM foliis ciliatis, umbella bulbifera, staminibus (u) alterne trifidis de *Allio*, n. 3. apud RUPPIUM a me editum delineatum, T. II.

*Allium, seu Moly montanum, latifolium* CLUS. *Pannon.* p. 212. 213.

*Allium montanum, bicorne, latifolium, flore dilute purpurascens.* C. B.

*Allium sylvestre, ampicarpon, foliis porraceis, floribus & nucleis purpureis* R. A. J. *Syn. II.* p. 230. cum descriptione.

Icon 290. *Flor. Dan.*

*Allium caule planifolio, bulbifero, vaginis teretibus, spatia mutica, staminibus tricuspидatis* LINN. p. 426. Add. OSBEK. *Chin. resa* p. 49. qui Gadibus reperit.

Basileæ ad sepes inter campos, patibulo adritos & *St. Jacob*. In montis *Muteti* latere septentrionali, locis gramineis Cl. la CHENAL J. R. STÆHELINUS prope *Riehen*. In monte *Kifbäuser* legeram.

Multi in umbella bulbi, & una purpurei nucleï, communi fusca membrana obnupti, aliqui etiam in imo culmo. Culmus bicubitalis. Folia lata, ad quatuor lineas, ex margine suo brevibus & rigidulis pilis ciliata. Umbella exigua. Vagina decidua, bicornis, altero cornu longo, altero brevi ovato lanceolato. In umbella bulbi numerosi, atropurpurei. Flores pauci, vix trigeni, in petiolis femuncialibus, etiam duriusculis, exigui iidem, vix duas lineas longi. Petala violacea, linea divisa coloris saturatoris. Stamina exteriora trifulca, medio petiolo antherifero, ex divisione prodeunte (x). Interioribus latum & simplex est filamentum. Odor acris Allii.

A rusticis in cibum recipitur KALM.

In prioribus cum Allio Suecico ab ILL. ROSENIO dicto (y), & a se ipso, cumque Allio capite convoluto LINNÆUS (z) conjungebat. Nunc separat (a) nostrum, quod utique ab *Ophioscorodo* bulbis immensum minoribus, floribus multo perfectioribus, habitu multo humiliori differt. Num vero septentrionalis planta a nostra vere diversa sit, non dixerim. Vaginas ei ancipites, nostro teretes, huic

(1) BUCHNER. *miscell.* ann 1727. p. 486.

(2) BRADLEY *lady direct.* p. 87.

(3) Stamina TOURNEFORT. G.

(4) OEDER. *ic.* & nostr.

(5) *Obs.* p. 21. n. 13.

(6) *Descriptio Oelandic.* ref. p. 60. 247.

(7) *Spec.* p. 426. *Flor. Suec.* p. 104.

huic etiam spathas muticas facit Vir Clar. Sed muticam etiam in boreali Allio & RUDBEKIUS pinxit, & OEDERUS. Vaginæ discrimen non fatis intelligo.

## II. STAMINIBUS NON TRIFIDIS,

## I. BICORNIA.

1223. ALLIUM bulbo simplici, foliis fistulosis, spatha bicorni, umbella bulbifera de Allio n. 26. cum icone.

Allium seu Moly montanum III. CLUS. Pannon. p. 213. 215.

Allium montanum, bicorne, flore exalbido C. B. PAN. RUDBEK. p. 156.

Allium bicorne, proliferum, flore intus albescente, cum stria purpurascente J. B. II. p. 560.

Allium sylvestre, bicorne, flore viridi IDEM II. p. 561.

Allium caule tereti, caule bulbifero, foliis scabris, semiteretibus, subtus sulcatis, staminibus simplicibus LINN. p. 129. Fior. Suec. p. 104.

In Helvetia non uno loco; Michelfeldæ in dumetis collis, qui longe prata terminat. In dumetis & inter vineas Muteti la CHENAL. Circa Sonvilliers secundum agros Cl. GAGNEBIN. Badæ in arcis dirutæ ruderibus legi. Genevæ inter fegetes RAJUS. A la Neuveville Cl. CHATELAIN.

Radix simplex & exiguus est bulbus, carnosus, gracilis, sursum acutus. Culmus cubitalis & altior. Folia ex toto culmo, teretia, fistulosa, ut scabra vero sint, non video, et si lineæ paulo conspectiores sunt. Vagina bifolia, cornubus prælongis, etiam quatuor unciarum, altero longiori. Umbella pauciflora, & sæpe foli absque floribus lutei bulbi, in sphericum acervum congeelli, sessiles. Alii petioli, unciales, aut bulbos ferunt, aut imperfectos flores; alii veros flores campaniformes. Petala exteriora acutiora, viridi eminente nervo divisa, pallida purpura suffusa. Interiora latiora, linea minus eminente, obtusiora, alba magis; subinde & ipsa rubore adaspera. Stamina maturescendo longiora fiunt, ex petalorum origine nata. Fructus prismaticus, sex jugis eminentibus & totidem sulcis distinctus. Tuba fructus longitudine, de flore eminens. Odor bulbilorum porraceus, mitior.

1224. ALLIUM bulbo fobolifero, foliis succulentis, spatha bicorni, umbella bulbifera, de Allio n. 27. cum icone.

Ampeloprasion proliferum LOBEL. ic. p. 116. PFAUZ gram. med. p. 17.

Moly montanum II. CLUS. p. 213. 214.

Allium sylvestre, bicorne flore ex herbaceo albicante cum triplici in singulâ petalâ stria atropurpurea RAJ. cat. plant. Angl. app. p. 2. hist. p. 119.

Allium montanum, bicorne, angustifolium, flore purpurascente C. B. RUDBEK. p. 155.

Allium sylvestre, bicorne, purpureum, proliferum J. B. II. p. 561.

Allium caule planifolio, bulbifero, staminibus subulatis LINN. p. 426.

In Helvetia non rarum. Bernæ um den Bodenaker. Circa Uetendorf, Rinckenberg, Spiex. Circa Roche, St. Tryphon, in muris. Ad viam regiam versus Montrou, circa Tombey, circa Ivorne. In Valisylvia Leitern. Novæ ville aux Blanchardes, Neocomi au Pertuis du Sot. Inter Chur & Tufis, & inter Chur & Emo. Basileæ prope Villam die Klibe (b), Neuhaus, Friedlingen, Arlesheim, in dumosis vinearum Muteti.

Bulbus carnosus, simplex, inodorus, exiguus ex latere bulbillos generat. Culmus ad quatuor usque pedes ascendit, foliis paucis, cito exarescentibus. Folia pulposa, succulenta, plana, subcarinata, ad tres lineas lata. Vagina longissima, angusta, bifolia; altero folio longiori, etiam femipedali. Bulbillorum in capite insignis acervus; tum longi petioli, unciales, & biunciales, quorum alii bulbillos gerunt, flores alii companulatos. Exteriora petala colore obscuriori sunt, interna dilutiori, ochroleuca fere cum linea obscure virente; sed etiam pulchre purpureæ

(b) Basler Merkw. VI. p. 698.

purea reperiuntur, & sponte, dum ficcantur, purpuræ colorem induunt. Stamina simplicia, imis unguibus inter se & cum petalis connata. Fructus columnaris, sex obscurioribus lineis distinctus, abortiens.

Odor plantæ, & bulborum, omnibus aliis Alliis mitior, fere rapaceus, neque sapor in foliis acrior.

\* 1225. ALLIUM radice duplici, foliis succulentis, spatha bicorni, umbellæ radii pendulis. *De Allio* n. 25. cum iconc.

*Allium montanum, bicorne floribus triquetris, purpureis, pedunculis longis & reflexis* SEGUIER. II. p. 70.

*Allium folio subtereti, caule umbellifero, pedunculo capillaribus effuso, staminibus simplicibus, spatha longissima* LINN. p. 428.

Circa *Bonneville* Clar. CHATELAIN. Circa *Pfeffers*, & in sylva *Sauffeuillaz* Aquilejensium.

Bulbus conicus, solidus, cum adnato ex fissura novo bulbo. Caulis bipedalis: folia crassula, valde convexa, ab altero latere plana. Vagina bicornis, prælonga, ad quatuor uncias, principio venoso, tenero. In umbella plerumque nulli bulbi: aliquos tamen se vidisse Cl. CHATELAIN. Flores exteriores, quasi radiales, primi florent, ex petiolis biuncialibus penduli, dum medii ex longis petiolis eriguntur. Petala dilute purpurea, linea ex purpurascente viridi distincta, amœna, ovata, retusa, emarginata, in campanulæ speciem connivent. Stamina latis filamentis ex petalorum ortu prodeunt. Fructus oblongus, sex rotundis lineis emens. Valvæ tres ovales, dispermæ, septis divisæ. Tuba ovario æqualis. Interiores flores similes, minores, neque stamina, ut de pendulis eminent.

Odor porraceus.

Ad hanc speciem Cl. GERARD (c) refert *Allium montanum, bicorne, flore pallido, odore* C. B. J. R. H. & *Allium flore obsoletiore* EJUSDEM ibid. & *Allium juncifolium, bicorne, luteum* C. B. Cum recentia istorum exempla mihi non præsto sint, pronuntiare non sustineo. LINNÆUS separat, cui sunt *Allium* 18. & 19.

## II. STAMINIBUS NON TRIFIDIS.

### II. VAGINA NON BICORNI.

1226. ALLIUM radice multiplici, foliis radicalibus teretibus, scapi longitudine, floribus umbellatis, cylindricis, *de Allio* p. 361. n. 14.

*Porrum sectivum* FUCHS p. 613. *Juncifolium* C. B. RUDBEK. II. p. 143.

II. *Cepa alpina, palustris, tenuifolia.* J. R. H.

*Allium montanum sphaerocephalon purpureum* SCHEUCHZER It. I. p. 24. t. 3. f. 2.

*Cepa palustris altissima* BUXBAUM Cent. IV. t. 45. f. 27.

*Allium scapo nudo, folia adequante, foliis teretibus subulate filiformibus* LINN. p. 432.

Conf. It. Oeland. p. 53. 64. *Flor. Ingr.* p. 49.

*Cepa scapi foliisque teretibus, capitulis pyramidatis* GMELIN. *Flor.* I. p. 59. t. 1.

Alpina planta, inque alpebus vulgaris. In monte *Waach*: in vallecula *der Kessel* inter montem *Neunen* & balneum *Wyssenburg*. In montibus *Aix*, *Enzeinda*, *la Boulaire*, *Chaud commun*, *Nombrieux*, *Javernaz*, *Prapioz*, *Fouly*, *St. Bernhard*, *Hoben Mesmer* (d), *Mürttschen*. Etiam in altioribus montibus, ut in monte *Dolaz*, qua ad Burgundiam spectat. Denique pene in planitie C. GESNER legit, in petrosis circa *Lauffenburg*, & ad ripam Rheni. C. B.

Bulbi compresfi, longi, elliptici, planis rectilineis sibi adplicati, ut findi queant. Scapi fistulosi, in nostratibus palmares, pedales. Folia fistulosa, scapi longitudine, in caule medio scapo longiora (a). Vagina brevis, bifolia, alba, ovata, lineis purpureis picta. Umbella florum maximorum, sed pauciorum. Flores erecti, cylindrici; petala acute lanceolata, nitida, dilute purpurea, linea saturatiori divisæ, duorum ordinum, ad basin coalita. Stamina ex origine petalorum, latis unguibus & inter se connata, & cum petalis. Fructus conicus, obtusus.

Odor

(c) *Flor. Prod.* p. 153.

(d) *WALSER appenz. chron.* p. 20.

(a) *KRASEHEININ. Flor. Ingr.* p. 49.

- [ Odor cepaceus, virulentus, quo lac & butyrum inficit. In hortis colitur, similesque vires habet vulgaris Cepæ hortensis; aqua (b) quidem exuberat, falem (c) tamen etiam habet, volatilem, solidum. Vis in aqua stillatitia est, & cum aqua oleum essenziale ita mistum ascendit, ut separari nequeant (d). Plurimum dat extractum, etiam spirituosum (e); sed vis in resinoso est, & in sale trituratione parato (f).
- In Archipelago, Sicilia (g), Græcia (h), Turcia (i) dulces & absque fetore Cepæ nascuntur, optimæ etiam circa Halepum (k), & in Ægypto (l).
- Appetitum stimulant, & in regionibus calidis Gallie, Hispanie, Hungarie (m), Græciæ frequentissimo in usu sunt, ut perinde Græci crudis (n) cepis vescantur, uti Belgæ butyro (o) & caseo, & Turcæ cepas cum sale misceant (p).
- Acerrimæ cum sint, lacrumasque odore suo cieant, fieri potest, ob multum Ceparum usum incolæ vallium Macedoniæ non perinde, ut alii Alpium incolæ strumis obnoxie sint (q). Calculum succo suo frangere olim putatur (r); & ex Cepa perinde, ut ex Scilla, diureticum vinum paratur (s). Tusi bulbi, scopo maturandorum abcessuum, ab omni retro ævo in usu fuerunt, etiam ad pestilentialia bubones (t), & ad urinam ciendam, vesicæ regioni impositæ. Etiam sale suo triturato ulcera potentissime maturari la GARAYE. Succo Cepæ humectato capite, capillitium longius producitur (u).
- Durabili sunt sapore odore & virulentia, ut in gallopavone Cepis pasto sapor, gallis amatus, redeat (x).
- Mihi quidem virus in Cepis plurimum esse videtur, ut SPIGELIO facilius credam, qui a diuturniori usu mentem monet turbari.

1227. ALLIUM radice senescente lignosa transversa, foliis radicalibus, gramineis, floribus umbellatis. de Allio. n. 19. p. 370.

Hanc plantam scriptores botanici variis cum nominibus repetierunt.

- α Minor, petraea, quam vix tribus unciis altiore Sedmi legi, flore multo minori.  
*Allium montanum radice oblonga* C. B. Prodr. p. 27. ex qua nota agnoscitur.  
 & *Allium sphericeo capite, folio angustiore* C. B. Basil. p. 21.  
*Allii forte genus Scorodoprasou alterum* J. B. II. p. 564. (a).  
*Allium pratense, radice Iridis flore purpurascente* ZANICHELL. Venet. ic. 273. n. 1.  
*Cepa scapo nudo, subangulato, sarcto, foliis linearibus, subtus angulosis, staminibus corolla brevioribus* GMELIN. Flor. Sibir. I. p. 58. n. 20. t. 14. f. 2.
- β Badæ a C. GESNERO lectum, etiam petraeum, eodem loco a J. GESNERO excerptum, flore fere æque grandi ut γ.  
*Allium seu Moly, narcissinis foliis* II. CLUS. Pannon. p. 220. 222. ex radice.  
*Allium petraeum, umbelliferum* J. B. II. p. 564. RAJ.  
*Allium montanum, foliis Narcissi, minus* C. B. RUDBEK. p. 141.  
*Allium saxatile Acori folio, flore purpureo* BARRELIER. ic. 1022. BOCCONE Mus. p. 84 t. 79. flore grandi.
- γ Pratense amplius, flore majori.  
*Allium, seu Moly, Narcissinis foliis* I. CLUS. Pannon. p. 220. 221.  
*Allium umbelliferum pratense* J. B. II. p. 564.  
*Allium montanum, foliis narcissi majus* C. B. RUDBEK. II. p. 157. &c.  
*Allium scapo ancipiti, teretiusculo, foliis ensiformibus, hinc paulo convexioribus* GMELIN. Flor. I. p. 53. n. 13. t. 11. f. 2.

Rupestre

- (b) NEUMAN. T. II. P. I. p. 430. 431.  
 (c) GEOPROI III. p. 280.  
 (d) NEUMAN ibid.  
 (e) NEUMANN.  
 (f) GARAYE. p. 187.  
 (g) LABAT. Ital. V. p. 104. 105.  
 (h) SPON. Voyag. I. p. 171.  
 (i) BRUYN.  
 (k) CORTE iter Palæstin.  
 (l) MAILLET. II. p. 103. SPON.  
 (m) BRUKMAN. Epist.  
 (n) SPON.  
 (o) De BRUYN Klein. aziem. p. 134.

- (p) BELLON. Singular. p. 422.  
 (q) IDEM ibid. p. 433.  
 (r) KRAMER Chir. Castr. p. 138.  
 (s) Comm. Lit. Noric. ann. 1742. hebd. 10. GEOPROI p. 282. Urinam ciere DIOSCORIDES.  
 (t) KRAMER. p. 141.  
 (u) BROUZET. educat. p. 396.  
 (x) REAUMUR. art. de faire éclore II. p. 271.  
 (a) Aliam plantam huc refert GMELINUS p. 51. t. 10. bulbo non transverso, neque lignescente, & capitulo spherico. J. B. tamen suum cum petraeo comparat, & umbellatum potius florem pingit.

Rupestre in monte *Danfex* legi; *Bada*, *Furmi* C. G. cum sodali J. BAUHINO (b). SCHEUCHZER in alta Rhætia. Flore etiam parvo legi circa *St. Tripbon*, & *Seduni*. Cl. la CHENAL circa *Telonium* vallis Lepontia Pratenſe *Geneva* in pratis provenit, & abundantissime in pratis udis inter *Roche* & *Cheffel*. Etiam circa *seelhofen*.

Radix characterem dat, quæ in juniore stirpe bulbosa, fit bulbis dense stipatis, gracilibus, squamosis, communibus vaginis obductis. Annosior eadem ad latus producit, & transversa fit, atque lignosa, plurimasque fibrillas dejicit. Folia radicalia plurima, mollia, carinata, duas lineas & ultra lata. Vagina in duas filis, brevis, semiconica, non caudata. Flores in umbellam; petioli validi erecti. In *pratensibus* flos magnus, tres & ultra lineas longus, in rupeſtribus multo minor est. Color suave purpureus, cum media linea saturati coloris: exteriora petala magis cava, breviora. Stamina breviter radici petalorum coherent, ut tamen omnia conjuncta separari possint; cæterum flore longiora. Fructus purpureus, ex tribus ovatis cylindris conjunctus. Tuba fructu longior.

Odor alliaceus.

LINNÆUS separat *senescens*, seu *majus*, ab *anguloso*, seu *petraeo*, cum quo nomen GMELINI conjungit. Folia priori subtus convexa, alteri subangulata facit, obscure sape: aliasque notas tribuit, quæ mihi minime sufficere videntur, ut plantæ radice maxime singulari, vagina, totoque habitu, similes separentur. Caulis certissime in grandifloro & paucifloro angulosus, & in utroque stamina exserta sunt.

Pratis nocet, cum vix exsiccet, foenumque humectet: saporem tamen siccum deponit, neque lac corrumpit.

1228. ALLIUM foliis radicalibus petiolatis, ovato lanceolatis, floribus umbellatis, de *Allio* n. 21. p. 379. *Allium ursinum* FUCHS p. 739. MATTHIOL. p. 560. CAMERAR. *epis.* p. 330. *latifolium* LOBEL. *ic.* p. 159. *Allium sylvestre* (b\*), *latifolium* C. B. RUDBEK. p. 152. *Allium scapo nudo, semicylindrico, foliis lanceolatis, petiolatis, umbella fastigiata* LINNÆUS p. 431. *It. Oeland.* p. 169. 170.

In Helvetia nimis frequens, *Basilea*, *Geneva*, circa *Roche*, &c. in aditu *Frépoury*. Bulbi fasciculati, sibi paralleli, longe elliptici, tunicis glabris, non reticulatis obnupti; eorum quisque suum in caulem, vel in folium abit. Folia radicalia fere bina, longe petiolata, ex ellipticis lanceolata, unciam lata, ex imo caule familia, cætera nudo. Is pedalis, foliosus, triangularis. Vagina brevis, fere ovalis, bifida. Umbella rara, duodecim fere florum. Petala in campanulæ speciem conniventia, alba (b†), ex ellipticis lanceolata; exteriora deorsum gibba. Stamina ex ortu petalorum (c), gracilibus filamentis nata. Tuba fructu longior (d), valvis ternis rotundis (e), nullo septo divisis. Semina atra, rugosa, solitaria.

Odor virulentissimus Allii, qui lac odioso rancore inficit, si planta virente vacca pasta fuerint (f); sed & in caseum sapor transit. In *Hebridibus* insulis (g) infusum ad calculum adhibetur, & arenulas valide pellit. In *Kamtschatka* (h) plurimum hoc Allio utuntur, & ad scorbutum vires ejus experiuntur. In *Hibernia* (i) & in *Sibiria* (k), dum junius est, in cibum recipitur, adeo tamen acre, ut inpositum vesicas excitet (l).

A tal-

(b) Eo loco cum C. GESNERO in itinere Rhætico decerpit J. BAUHINUS, comes Rhætici itineris. Negat ILL. SCHMIDELIUS, & me redarguit in GESNERI *vita*. Sed ecce testem irrefragabilem J. B. H. p. 564. Alio loco repetit, in peregrinatione sua cum GESNERO in pratis montis *Septimi*, & *Burmii* prope *Ka. fest* Liliastrum se legisse H. p. 636.  
(b\*) *Allium sylvestre* ursinum odore molli, capite pertenui, foliis grandibus PLIN. L. XIX. c. 6.  
(b†) TOURNÉFORT. t. 206. A.

(c) *Ibid.* B.  
(d) C.  
(e) D. E.  
(f) In *Montendre* VIRIDET. *bon chyle* p. 145.  
(g) MARTIN *Western Islands* p. 41. Etiam in *Hibernia* THRELKELD; cum succum cum vino.  
(h) *Natural. hist.* p. 89.  
(i) THRELKELD.  
(k) In *Sibiria* GMELIN. p. 48.  
(l) THRELKELD.

A talpis (*m*) pratum defendere dicitur: verum pratum domini Rupensis male certe ab ea peste tuetur. Siccus, adultum, post Junium mensem, non ultra nunc iac inficit (*n\**).

*Allium sativum* nobis sponte non provenit, sed vires habet similes, acres, ventriculorum stimulantem, appetitum augentes, vimque motricem universi corporis (*u*). Hungaris (*o*), malis aquis utentibus, plurimo in usu est, neque inutile (*p*); sic Judæis, qui vilissimis alimentis vivunt, & Russis frigidos cibos, ob sua jejunia, copiose admittentibus. Eo superata apositia in fene maxima (*q*), tum colica flatulenta (*r*), & vermes (*s*). Ipsum hydropem, etiam absque purgantibus medicamentis, Allii usus sustulit, magnis testibus (*t*). Etiam adversus febres intermittentes profuit (*u*). In scorbuto saluberrimum est (*x*), cum apicibus Cedri [Pinastris] decoctum (*y*) & in ictero (*z*). Vehementer calefacere non recuso, ut capitis dolores cedere possit (*a*), & etiam cum periculo sumatur (*b*).

1229. ALLIUM radice oblonga, reticulo obducta, foliis ovato lanceolatis, umbella sphaerica, de *Allio* n. 20.

*Victorialis longa* CLUS. *Pannon.* p. 223. 324.

*Allium anguinum* MATTHIOL. p. 559. CAMERAR. *Epit.* p. 329. optime.

*Allium alpinum* J. B. II. p. 566.

*Allium montanum, latifolium, maculatum* C. B. RUDBEK. p. 152.

β Varietas angustifolia.

α. β. *Allium caule planifolio, umbella rotunda, flaminibus lanceolatis, corolla longioribus, foliis ellipticis* LINN. p. 424.

In alpebus Helveticis, locis saxosis, frequens; in Nesso monte, *Fraße*, supra *Schennis*, circa glaciales rupes *Vallis Grindelwald*. In monte *Oebli* & *Hohenmesmer* (*c*), *Abbatiscellanorum*. In monte *Robtenborn* supra *Brienz*. In Aquilejensibus *Serrin*, *la Varaz*, *Prapioz*. In summis montibus, rarius, in *Chasserat*, *Creux du vent*. Prope *Bonneville*, à *Maupraz*.

Bulbi fasciculati sibi paralleli, sed singulares caules, aut certe folia educentes, longi, conici, reticulo fibroso obnupti. Folia radicalia in alpinis angusta, ex ellipticis lanceolata, semuncem lata: in hortis ovata, ad quatuor uncias lata, neque multo, quam in alpebus longiora. Caulis foliosus, pedalis, cubitalis. Vagina lata, brevis; spica sphaerica, petiolis uncia brevioribus. Petala fordide alba, virore tincta; tria exteriora graciliora; tria interiora majora, obtusa. Stamina filamentis latis, in basi connatis, flore longiora. Fructus ex tribus subrotundis filiculis compositus, petiolatus. Semina rotunde rugosa. Odor alliatus.

Alpicolis multo, & fere superstitioso in usu est. Pro *Mandragora* habitum, ad incantamenta adhibitum est AMMANNO (*d*) teste. Ad crampos gravidarum, amuleti loco, appenditur.

*Allium palustre* in *Commentar. Societ. Regiæ Gotting.* T. II. p. 338. t. 10. a nobis depictum; nondum repertum est; etsi sperari possit, quod circa *Memmingam* in arundinetis ad *Danubium* proveniat, posse in vicina Helvetia nasci. Neque plura Allia in Helvetia nasci comperi. *Sativum*, & *Cepas*, libens omitto, etsi in vineis passim nascantur.

## IV. FLO.

(m) CARESON. *Lexic.*

(n\*) MULLER *Flor. Fridrichsdal* p. 81.

(u) SYDENHAM. *hydrop.* p. 613.

(o) COBER. *obsf. wog.* VII. p. 70.

(p) *Besl. Saül.* 1725. m. Aug.

(q) ZACUT. *proze. mirabil.* L. II. obsf. 12.

(r) GALEN. *metb. med.* L. XII. obsf. 12.

(s) BOYER. *metb. der malad. epidemiq.* p. 29. RO-

SEN. *Kinderkrankb.* p. 412. 449.

(t) SYDENHAM. I. c. MAYERN. *prax.* p. 396.

Olim DIOCLES PLIN. L. XX. p. 296.

(u) ROSEN *Kinderkrankb.* p. 461.

(x) ROUPPE *morb. naevig.* p. 195.

(y) *Natural hist. of Kamtschatka.*

(z) PRAXAGORAS. PLIN. I. c.

(a) MAYERN.

(b) Largius sumtum interficere. SPIGEL. L. II. c. 16.

(c) Etiam WALSER. *appenz. chron.* p. 20.

(d) *Medic. critiq.* c. 40.

## IV. FLORE CAMPANIFORMI.

HEMEROCALLIS LINN. n. 433.

LILIASTRUM TOURNEFORT. t. 279.

Flos hexapetalos, petalis longis, ellipticis, in tubi sensim dilatati modum conjunctis.

## 1230. HEMEROCALLIS floribus patulis secundis.

*Phalangium Dalechamp.* LUGDUN. p. 1496.

*Phalangium Allobrogicum majus* CLUS. *append. alt.* HORT. AICHSTETT. *vern.* ord. IX. t. 6. f. 1.

*Liliastrum alpinum minus* J. R. H. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 48. *It. VII.* p. 514. & *Majus* J. R. H.

*Allobrogic Hemerocallis* Garden of Eden t. 57.

*Anthericum foliis planis, scapo simplicissimo, corollis campanulatis, staminibus declinatis* LINN. p. 445.

In pratis alpinis abunde. *Burmii* J. B. In valle urfaria: inter *Waldnacht* & *Surenen*. In *Abbatiscellanorum* monte *Hobenkasten* WALSER. p. 16. In *Aquilejensibus* vulgo, in *Jorogne*, *Luan*, *la Varaz*, *Richard*, *Prapioz*, *Fouly*. Super *thermas* etiam *Leucenses* legi, & in monte *Waach*. Etiam in summis montibus, ut in *Tbuiry*.

Radices fiunt multis fibris teretibus (a), prælongis. Folia graminea, mollia, duabus lineis latiora, radicalia prælonga. Caulis aphyllus, pedalis, cubitalis, spica rariori, uni laterali: flores patuli, in petiolis unifloris. Stipulae coloratae, ovato lanceolatae. Flos unciali major, in principio angustior (b), inde sensim dilatatus: petala longe conjuncta, tenera & nivea, elliptica, inde lanceolata (c), cum acumine reflexo, crassiori, notato puncto viridi: lineata, odorata. Stamina longitudine fere petalorum (d), debilibus filamentis. Sic tuba (e) antheris longior, sine incrassato, spongioso. Fructus ex ovato conicus (f). Semina angulosa (g).

LILIIUM TOURNEFORT. T. 195.

LINN. n. 410.

Flos hexapetalos (a), petalis petiolatis, ovato lanceolatis (b), ad Campanulae infundibuliformis modum conjunctis, latioribus, quam *Liliastrum*, dimidia ulteriori parte repandis (c), & nonnunquam reflexis. In media petali linea (d) sensim canalis deprimitur, qui versus ovarium profundior fit. Quæ ego *Lilia* novi, petala basi carnosa habent, etiam tota crassula sunt. Fructus cylindricus (e), tribus profundioribus & tribus minus profundis fulcis divisus (f).

## \* 1231. LILIIUM foliis sparsis, corollis campanulatis, intus glabris. LINN. p. 433.

*Lilium candidum* DODON. *coron.* p. 121. 122. *pempt.* p. 197.

*Lilium* CAMERAR. *Epit.* p. 570. cum fructu.

*Lilium albo flore, recto* & *vulgare* RUDBEK. *Elys.* II. p. 167.

*Lilium album, vulgare* BLAKWELL. t. 8.

II. Caule lato KUNDMANN *Seltenheit.* p. 531. seq. GRIMM. *monstr. bicorp.*

β *Multiflorum* Satyr. *Siles.* II. n. 9. *Bresl. Saml.* 1721. m. Jul.

γ *Striis rubris.*

δ *Flore plano.*

In monte *Schlosberg* *Novæ villa* D. CHATELAIN.

Radix

(a) TOURNEFORT. t. 194. H.

(b) A.

(c) B.

(d) A.

(e) Ad C.

(f) D.

(g) G.

(a) A.

(b) B.

(c) A.

(d) BLAIR. *Essays* LINN.

(e) TOURNEFORT. C.

(f) D.



Radix, huic & plerisque Liliis, squamosa, ex numerosis bulbis, hinc convexis, inde cavis compacta, flava. Caulis rectus, bipedalis, non ramosus. Folia circa radicem elliptica, undulata, in caule plurima, sessilia, terno ordine, leviora, acutiora. Spica pauciflora. Stipulae lanceolatae; petioli uniflori. Flores campaniformes (g) repandi, candidi, petalis succulentis, teneris, petiolatis, ovato lanceolatis, obscure fulcatis. Fructus petiolatus, rotunde fulcatus (b), trigonius, trilocularis. Tuba antheris longior, in tria cornua divisa (i), rima ad ovarium ducente fissi.

Odor florum gratus, cum aliqua gravitate (k), ut infantes sopiisse visus sit (l). Flores in oleo infusi, inque spiritu vini, adhibentur, neutro fine valde efficaces. Aqua odorata & cosmetica est. Radices contusae, aut cum lacte coctae, ad tumores (m), & ad maturandos abscessus, ad ambusta olim adhibentur (n). Inter discutientia CELSUS (o).

1232. LILIUM caule folioso, foliis fulcatis, gramineis, floribus campaniformibus, -intus floccosis.

a Hemerocallis MATTHIOL. p. 873. CAMERAR. Epit. p. 616. cum caractere.

Lilium rubrum PASSÆUS ic. 40.

Lilium purpureum majus DODON. coron. p. 124. 125.

Lilium flavum rubens SWEERT. t. 46.

Lilium purpureo croceum majus C. B. RUDBEK. p. 168.

II. Flore pleno SENKENBERG Lil. conv. p. 10. ROUVIERE p. 270. RUDBEK. p. 169.

β Lilium rubrum, vel croceum minus. C. B. II. p. 689.

Lilium purpureum minus. DODON. coron. p. 128.

Lilium foliis sparsis, corollis campanulatis, erectis, intus scabris LINN. p. 433. GMELIN. I. p. 41.

Lilium ὑποκροκενθοκαλον RICHER.

Majus J. GESNER. in *Bodmen Albatiscellanorum*, J. SCHEUCHZER inter *Art & Schweitz*, ad lacum Rivarium, auf *Aumou & Quinzen*, & trans Montem *Gottbard*.

Minus Cl. DICK abunde & passim in Rhætiae rupibus legit. Inter Mont. *Enzeinda* & pagum *Aven*.

Nostrum radicem habet albam, ex squamis compactam, caulem pedalem, cubitalem, etiam maculatum, lanugine adpersum, non ramosum, uniflorum, aut multiflorum. Folia in caule numerosissima, & graminea, fortiter lineata, subhirsuta, duas lineas lata. Flos ex flavo rubens (a), medii coloris, prioris Lillii similis, petalis ad unguis pene connatis, exterioribus mucrone retracto, viridi, interioribus paulo latioribus, omnibus petiolatis, fulco evidente divisis, in foramen terminato, labris hirsutis, praeterea intus lineis eminentibus percursis, quae nigris punctis notantur, deinde circa fulcum, floccis (b) & alis percursa. Tuba stigmatibus tribus ovatis terminata. Fructus ovatus.

In alis foliorum, non quidem in nostris, bulbi amant federe, qui loco gemmarum sunt (c).

Radicem Tungusi & Russi edunt, sub cinere tostam, vel lacti incoctam (d).

1233. LILIUM foliis verticillatis, floribus pendulis, revolutis conf. LINN. p. 435. Varietates habet plurimas.

a Martagon CAMERAR. Epit. p. 617.

Lilium sylvestre DODON. coron. p. 131. hist. p. 201.

Lilium montanum PASSÆUS est. t. 8.

II. Flore albicante, quod in Jura reperi SWEERT. t. 53.

III. Flore

(g) t. 105. A.

(b) D. E.

(i) C.

(k) De ὑποκροκενθοκαλον ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ L. VI.

c. 21.

(l) STORCH. *Kinderverkrankheit*. T. II. p. 206.

(m) DEYHARDING. *Spec.* p. 177.

Tom. II.

(n) DIOSCORID. L. III. c. 99.

(o) L. V. c. XI.

(κ) LEDERMULLER *Versuch*. t. 3.

(b) Eleganter striatis ibid.

(c) CLUS. *Pannon.* p. 139. 140. 141.

(d) GMELIN. *Flor. Sibir.* I. p. 42.

III. Flore albo punctato, Hort. Aichstett. est. ord. 3. t. 7. f. 2. RUDBEK. p. 173.  
non punctato IDEM p. 172.

γ Majus.

*Lilium montanum sylvestre* I. sive majus CLUS. Pannon. hist. 43. p. 134.  
*Lilium saracenicum* mas TABERNEMONT. p. 647.

Id in Saleva monte RAJUS legit, à Pertuis, le long des Convers, au bec de l'Oiseau  
Cl. GAONEBIN.

In omnibus sylvis vulgare, etiam potissimum in Biennensium montanis pratis; in Aquilejensibus &c.

Radix ex squamis compacta, huic speciei crocea. Caulis firmus, non ramosus, cubitalis & ultra, maculatus, imperfectis verticillis foliorum, trium, ad quinque, adspersus, quæ in summo caule singulatim proveniunt. Dura sunt, petiolata, ex ellipticis lanceolata. In summo caule, ex longis petiolis penduli flores aliquot, ad usque octodecim in varietate β. Ii, dum juniores, prioribus similes sunt, campaniformes, & una infundibuli adfines, petalis extremis rectis, colore rufo, cum maculis sanguineis, aut albo (e), cum punctis rubiginosis, & una toti lanugine obducuntur (f). Per maturitatem eadem se retorquent, ut denique apex deorsum & introrsum curvatus unguem petali pene attingat. In eo statu stamina & tuba de flore eminent, hæc brevior. Petala crassa sunt, & sulco divisa. Fructus prisma est hexagonium, tuba ut in prioribus cava, sine tricorni.

Radicem in Sibiria edunt, tenaciorem tamen & minus lapidam (g).

Pro Hyacintho, & Vaccinio habet Cl. MARTYN (h).

ERYTHRONIUM (i) LINN. n. 414. 5

DENS CANIS TOURNEFORT. t. 202.

Petala sex acute lanceolata, patula, tria superiora minora, juniora clausa, sensim reflexa, ut basin superent (k). In tribus petalis interioribus ad basin duo tubercula obtusa & callosa adnata (l). Tuba simplex, tribus clavis obtusis (m) terminata, stigmata fissa. Fructus (n) trilobularis, ovatus, compressus, subtriquetrus, levis.

1234. ERYTHRONIUM LINN. p. 437. GMELIN. p. 39. t. 7.

*Dens caninus* DODON. parg. p. 389.

Tres varietates pingit RUDBEK. Elyf. II. p. 228.

*Crimson Erythronium* HALE. Eden. t. 31.

β Flore pleno GMELIN.

Dudum LOBELIUS in Jura monte prope Genevam nasci scripserat. Inde Clar. le CLERC reperit à la Batie, & ad lacum Lemanium, qua ex regia via Helvetica semita ducit ad sylvam Vaugeron in sepibus. Reperit etiam & misit Gen. de SAUSSURE.

Radix fit bulbo (o) cepaceo, vaginose, in quo continentur quatuor bulbi, sibi paralleli, dentium incisoriorum similes, hinc convexi, inde cavi. Caulis non ramosus, uniflorus, semipedalis. Folia caulina fere duo, petiolata, ovato lanceolata, sæpe maculis obscure purpureis varia. Flos nutans, dilute purpureus, cum viridi in ungue macula, quam ferratus & fuscus margo circumscribit, hunc albedo circumdat. Petala exteriora gibbo terminata, sub quo plica transversa. Intus medius viridis subcordatus, purpureis punctis adspersus unguis lineis percurritur, quarum media in verrucam albam ducit, sub qua scrobicula est. Interiora petala non gibba sunt, sed gibbi loco habent ornamentum flabelliforme, dilatatum, in quatuor

(e) Vide varietates colorum LEDERMULLER. t. 5.

(f) Inde varietas RUDBEK. p. 172.

(g) GMELIN. I. p. 45.

(h) In *Georgica virgil.* p. 430.

(i) Satyrii Erythronii DIOSCORID. *descriptio* L. III. c. 127. non potest intelligi.

(k) TOURNEFORT. A.

(l) LINN.

(m) A. A.

(n) C. D.

(o) Ita ego. Unicum bulbum Cl. le CLERC.



*Fragaria Helvetica nana. C. B.*

*Quinguefolium minus repens alpinum aureum. C. B.*

*Pulsatilla lutea apu hortensis folio. C. B.*

Sculpsit C. B. Weichsch. C. B. filius

Die erste Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die zweite Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die dritte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die vierte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die fünfte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die sechste Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die siebte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die achte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die neunte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die zehnte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die elfte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die zwölfte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die dreizehnte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die vierzehnte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die fünfzehnte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die sechzehnte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die siebzehnte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die achtzehnte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die neunzehnte Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die zwanzigste Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die einundzwanzigste Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die zweiundzwanzigste Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die dreiundzwanzigste Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die vierundzwanzigste Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die fünfundzwanzigste Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die sechsundzwanzigste Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

Die siebenundzwanzigste Seite des Buches enthält den Titel 'ANNO MDCCLXXII' und die Angabe des Jahres.

tuor rotunda tubercula terminatum, quorum exteriora, tamquam duo denticuli, de margine petali eminent. Staminum filamenta lata. Stamina ad petalorum unguis adnata. Fructus trigonus, trivalvis. Tuba staminibus longior.

Tartari Sibiriae incolae bulbum edunt, cum lacte intritum, neque GMELENO displicuit.

FRITILLARIA LINN. n. 411.

FRITILLARIA TOURNEFORT. t. 201.

& CORONA IMPERIALIS TOURNEFORT. t. 197. 198.

Petala sex in campanæ, sed amplæ, speciem conniventia. In eorum origine nectarium, five foveola.

\* 1235. FRITILLARIA caule paucifloro, foliis caulinis gramineis, alternis.

*Meleagris* RENAULME. p. 146. 147.

*Fritillaria diluitor* CLUS. *Pannon.* p. 170. & *faturator* EJUSDEM.

Varietates EDEN. t. 38. RUDBEK. RICHER.

*Fritillaria caule subuniflora, foliis omnibus alternis* LINN. p. 436.

Pure albam etiam Cl. GAGNEBIN reperit.

Cl. GAGNEBIN in paludosis circa *Goudeba* invenit, ubi ita inclaruit, ut vicini *Tulipes de Goudeba* vocent. Nascitur etiam ad lacum *des Brenets*, à *Moron* & *aux Effertilles*.

Radix bulbosa, rotunda, solida, culmus lateralis. Caulis pedalis fere quinque foliis gramineis, vaginalibus, angustis adspersus. In summo caule flos unicus, aut duo, rarius tres, ex incurvis pedunculis penduli: petala ovalia, dorso ad originem gibbo (p), cui interius profunda vallecule respondet, in viridem foveam ellipticam, siccam terminata. Interiora petala vallecule non habent, sed foveam. Color extus subviridis, obscuriori colore varius: intus lineis quibusdam satis regularibus percurruntur, inter quæ maculæ rubræ, purpureæ & flavo virescentes, alternæ disponuntur, ad aliquam similitudinem mensulæ scacchariæ. Tuba semitrida; stigmatibus crassis, cylindricis (q), cavis. Fructus prismaticus, obtuse trigonus (r).

TULIPA TOURNEFORT. T. 199. 200. LINN. n. 415.

Petala ovato lanceolata, tria exteriora (s) acutiora, tria interiora (t) magis ovata, in speciem campanulæ conniventia. Fructus (u) prismaticus, trigonius, tuba simplex, in tria brevica cornua fissa (x). Semina sectori pene circuli similia (y), plana, alata, sibi incumbentia.

\* 1236. TULIPA.

*Tulipa minor, lutea* C. B. *Narbonensis* MAGNOL.

*Tulipa flore subnutante, foliis lanceolatis* LINN. p. 438. *Flor. Suec. ed. II.* p. 284.

Non credo veram esse civem, etsi passim in pratis circa urbem reperitur. Cum tamen LINNÆUS inter indigenas numeret, non visum est patriæ hoc ornamentum negare. In prato plano e regione urbis *im alten Berge*.

Radix bulbosa adgnatos generat, communi involucre comprehensos (z). Caulis erectus, pedalis; folia graciliora, quam in vulgari, fere ensiformia. Flos multo minor, quam hortensi, petalis valde acutis, & pro portione strictioribus, bis tripetalos, flavus; exteriora petala angustiora, extus virent, interiora lata, teneriora, flava sunt, linea virente distincta. Stamina bis tria, longiora & breviora

(p) TOURNEFORT. A.

(q) C.

(r) D.

(s) A. B.

(t) Ibid.

(u) D.

(x) D.

(y) T. 200. H.

(z) T. 210. K.

viora. Pediculi firmissimi, flavi, ad basin barbati. Apices longi, quadranguli, biloculares, oculis per totam longitudinem apertis, de more. Filamenta supra basin hirsutula. Odor suavis.

Radix acris vomitum movet, & maligno odore est.

## V. BACCIFERÆ.

## UVULARIA LINN. n. 412.

Petala sex, elliptica, lanceolata, gracilia, in quoque fine basi insculpta. Filamenta sex brevissima. Fructus ex ovato oblongus, trilocularis, coloratus.

\* 1237. UVULARIA foliis amplexicaulibus LINN. *Spec.* n. 436.

*Polygonatum latifolium, ramosum* CLUS. p. 266. 267. *hist.* p. 276.

*Laurus Alexandrina* CAMERAR. *Epit.* p. 936.

& *Polygonatum latifolium, ramosum, flore albo, minore, Germanicum* BARRELIER. *ic.* 720. hi ex CLUSIO.

& *Polygonatum perfoliatum, luteum, alpinum* BARRELIER. *ic.* 719.

Primus reperit Cl. GAGNEBIN au fond de la Combe Bioffe, versus montem Chassevalle, à la Chaux d'Abel, aux Combes de Valanvron, au mont Pouillet dans les Abimes. Nunc abunde legimus in alpibus Aquilejensibus, ut in valle Chausse, in Valesiacis vallibus de Lie, & supra Vauvry; etiam in alpibus Griseis.

Radices innumerabiles, teretes, serpentinæ. Caulis cubitalis, brachiatus & ramosus. Folia tenera, alterna, distantia, sessilia, lata basi caulem amplexa, Petioli florigeri singulares, sub foliis producti, uniflori, ad rectos angulos infracti. Flos pendulus, campaniformis, convergens: petala albida, per ætatem apicibus reflexa, exteriora basi gibba rubro notata, interiora angustiora, pene subulata. Antherarum intervallum in aristam terminatur. Fructus fit bacca rubra, ovato triquetra, trilocularis: tuba latefcens, sine crasso, compresso. Tota planta grate odorata.

## RUSCUS TOURNEFORT. t. 15.

DILLEN. *Hort. Elth.* p. 250. 251.

LINN. n. 1139.

In nostra, aliisque aliquot speciebus, flores (a) mere androgyni, monopetali. Segmenta exteriora tria ovata, acuminata (b): interiora tria angustiora, acuminata. Loculus (d) coloratus, ovatus, superne apertus. Antheræ tres (e), in apice spurii ejus loculi, basi coalitæ. Fructus in imo loculo (f), junior conicus; tuba obtuso fine (g), ex ora nectarii eminens, bacca globosa (h), trilocularis, trisperma. Semen vero aliqua abortant, quæ magna & spherica (i).

\* 1238. RUSCUS foliis ovato lanceolatis, pungentibus, petiolis brevissimis, vaginosis.

*Ruscus* J. B. L. p. 579. PASSÆUS I. *att.* t. 63.

*Ruscus, vel Ruscus* BLAKWELL. t. 155. bene, femina.

*Butchers broom* PETIVER. t. 44.

*Ruscus foliis supra floriferis, nudis* LINN. p. 1474.

In asperis faxosis Gubernii Aquilejensis, *Rupe, en Chalet, & cis scaturiginem Furet. Mendrisii & Chiavennæ* in sepibus.

Radices lignosæ, imbricatæ, copiosissimæ. Frutex ramosus, projectus, foliosissimus. Folia dura, ovato lanceolata, nitentia, pungentia. Ex folii nervo, haud longe a basi, inter vaginulas albas, brevissimus petiolus florifer; segmenta floris exteriora tria ovata, albida, tria interiora parva, lanceolata, subpurpurea; loculus violaceus, succulentus, ovalis, superne tribus antheris albis pulverulentis, intricatis, & serpentinis coronatus, fere ut in cucurbitaceis. Tuba recta simplex.

Radices

(a) Androgynam habet LINNÆUS, & aliam FABRICIUS *Hort. Helmst.* p. 39.

(b) TOURNEFORT. ad B.

(d) A.

(e) LINNÆUS, nam marem non vidit.

(f) TOURNEFORT. C.

(g) Trifido TOURNEFORT. D.

## ASPARAGUS (a) TOURNEFORT. t. 154.

LINNÆI n. 424.

Tria petala exteriora acuminata, tria interiora apice obtuso, modice reflexo (b). Ex origine cujusque petali itamen. Flos in campanulæ speciem connivet, & petala basi coherent, ut tamen separari possint. Fructus fit bacca globosa (c), trilobularis. Semina rotunda (d).

\* 1239. ASPARAGUS foliis filiformibus, stipulatis.

*Asparagus CAMERAR. Epit. p. 259. BLAKWELL. t. 332.*

*Asparagus sativus MILLER. t. 55.*

*Asparagus caule herbaceo, erecto, foliis setaceis, stipulis duabus interioribus, una exteriori*

LINN. p. 448.

In pratis Valefiæ passim, circa *Ottodurum, Martigny*, in Rhætia. Inter *Cliben & Wiese* Fl.

Radices sunt bulbi succulenti, teretes, in crassum transversum tuber convenientes, ex quo multi surgunt turiones, squamosa clava terminati, in caules abituri. Caulis erectus, ramosus. Folia numerosissima, terna, quaterna, conjunctim prodeuntia, teretia, filiformia, non pungentia. Stipulæ minutæ, latiusculæ. Petioli gemini, uniflori, biflori, ex ramorum foliosorum ortu. Floris petala exteriora ex rubro virentia, linea distincta. Marino Asparago stipulæ majores, omnia crassiora.

Turio edulis est, & peculiari ingrato odore urinam imbuit, gratum veris (e) ferculum, in sylvestri quidem amarior, tamen in regionibus calidis edulis. Italia (f), Hispania (g) Valefiæ, non ita in frigidis (h). Colendo tamen crassescit. In Rhodani insulis natum nonnullos cultis (i) præferre lego, non quidem auctorem (k). In Sibiria tamen GMELENO (l) placuerunt. Radices sunt inter aperientes. Dant olei copiam, ad unciam (m) ex quatuor libris, & salem volatilem concretum (n); Spontaneos aperientibus viribus sativos credas superare, ad urinam ciendam, ad icterum (o).

UNIFOLIUM DILLEN. nov. Spec. p. 138. t. 7. ADANSON. p. 54.

SMILACIS Spec. TOURNEFORT.

CONVALLARIÆ Spec. LINN.

Flos monopetalos, campaniformis, sed per ætatem reflexus (p), quadrifidus totus, ut tetrapetalos videatur, solus inter Liliaceas. Stamina quatuor. Fructus bilocularis, dicoccos (q), qui polyspermos Polygonato (r). A Polygonato floris partibus, & segmentis ad basin divisus differt, & feminum paucitate. Stamina nuda. Tubæ duæ.

1240. UNIFOLIUM DODON. Coron. p. 138. Hist. p. 205.

*Gramen Parnassi CAMERAR. Epit. p. 744.*

*Lilium convallium minus C. B. BARRELIER. ic. 1212.*

*Convallaria foliis cordatis LINN. p. 452. MILLER t. 105.*

*Icon OEDERI. t. 291.*

In

(b) G. H.

(i) I. K.

(a) Ασπαράγγος, κεδνικόν POLLUX p. 145. Altis Asparagus multis ramis fructicat, foliis Fœniculi longis, numerosus, radice rotunda, grandem spongiam habente DIOSCORIDES II. c. 118.

(b) TOURNEFORT. A.

(c) D.

(d) E.

(e) QUER. III. p. 133.

(f) Præferri culto LABAT. Voyag. V. p. 165.

(g) AMATUS p. 243.

(b) In *Lincolnsbire* LISTER. travels. p. 223. In *Hibernia* THELXELD. In *Germania* malus PLINIUS.

(i) DRASENIUS p. 196. Alii radice TRAG. apud BRUNO. II. p. 276.

(k) *École des potagers*. p. 224.

(l) p. 38.

(m) DU HAMEL. Hist. p. 211.

(n) GROFEOI III. p. 138.

(o) DIOSCORIDES. II. c. 118.

(p) PLUMIER. FABRIC. *butisbac*, p. 40. DILLEN.

(q) DILLEN.

(r) MALPIGH. E. 197.

Tom. II.

G g

In fylvis abiernis abunde v. c. *in Bremgarten.*

Primo vere unicum folium prodit in longo & erecto petiolo; deinde, caule interim & ipso adfurgente etiam alterum; aliquando tertium accedit, cordiformia omnia, firma, nervis parallelis, amplexicaulia. Scapus aliquot unciarum, rectus, & simplex. Spica unica, rara. Petioli uniflori teneri. Stipulae minimae, lanceolatae. Flores lacteoli. Segmenta ovato lanceolata. Bacca globosa, rubens, bicollis, quando dicocca; saepe vero alterum semen abortat. Radices longae & teretes. Paridem, minime ab Unifolio remotam, ob duplum numerum staminum cum Diplostemonibus reliquimus.

P O L Y G O N A T U M.

POLYGONATUM TOURNEFORT. t. 14.

& LILIUM CONVALLIUM TOURNEFORT. t. 14

MALPIGHI. f. 137. 197.

CONVALLARIA LINN. n. 425.

Bonum nomen & principis speciei characteristicum, nolui novare. Flos monopetalos, campaniformis, brevior, aut longior; neque ob eam diversitatem Liliium Convallium (a) separo. Bacca utriusque rotunda, polyspermos. Stamina inclusa.

1241. POLYGONATUM scapo diphylo, floribus spicatis, nutantibus, campaniformibus.

*Lilium convallium* CAMERAR. *Epit.* p. 618. DODON. *coron.* p. 137. BLAKWELL t. 70. *album* GARIDEL. p. 284. *ic.* 64.

*Convallaria scapo nudo* LINN. p. 451.

Ad varietates  $\alpha$  *Alpinum* CAMERAR. SENKENBERG. Rubra macula insigne.  $\beta$  *Flore pleno.*

Vulgo in fylvis & sepibus, etiam in altiores alpes ascendit.

Radix lignea, longe reptans, ramosa. Folia radicalia duo, petiolata, ovato lanceolata. Scapus aphyllus, dodrantalis; spica rara, cernua, unilateralis; petioli uniflori. Flores lacteoli, campaniformes (b), pene globosi, ad tertias sexfidi, apicibus reflexis (c). Stipulae longae, lanceolatae. Staminum filamenta triangularia. Tuba cylindrica, obtusis stigmatibus. Bacca rubens, globosa (d), trisperma (e). Semina ovata (f).

Radix, baccæ & folia amarissima. Baccarum ficutum scrupulum adversus epilepsiam SENKENBERGIUS senior propinabat (g). Vermes etiam necant; & in universum nervorum robur augent, ut etiam cum cortice peruviano SENKENBERGIUS filius comparaverit (h). Florum recentium gratus odor est, qui in aquam stillatitiam transit, & simplicem & vinosam, cui inter cephalica principem locum DANIEL LUDOVICI (i) tribuit. Inter analeptica fragrantem spiritum stillantia MATTHIOLUS habet (k), inter vulneraria Cl. MOSSDORF (l). Spiritus ex fermentatis floribus stillat, eo melior, si de recentibus floribus iterato stillaverit: is est inter potus calidos, borealibus amatos. Oleum æthereum exigua copia inest (m). Dat etiam salem volatilem ficutum, fatis abunde (n). Sicci flores in pulverem redacti sternutationem movent, ad drachmam semis sumti (o). Infusum aquosum balsamicum, amarum (p) est, extractum spirituosum ceræ gratum odorem habet, & amara vi purgante pollet, ad drachmam semis sumtum

(a) Conjunxerat BRASSAVOLA apud MATTHIOLUM *Epist.* p. 213.

(b) TOURNEFORT. A.

(c) A.

(d) C.

(e) D.

(f) E.

(g) *Fil. de Lilio convallorum* Gotting. 1737. p. 39.

(h) p. 34.

(i) *Diff. pharmac.* p. 269.

(k) p. 879.

(l) *De Lilio convall.* p. 27.

(m) HILL. *mater. medic.* p. 430. CARTHEUSER

LENTIL. *add. Epb. Nat. Cur. Dec. III. ann. 6.*

(n) GEORGI. III. p. 726.

(o) SCHARSCHMIDT & C.

(p) CARTHEUSER, *mater. medic.* II. p. 464.

MOSSDORF.



tum (q). Etiam pilulæ de massa, post destillationem, superstite fictæ purgant (r).  
Sal essentialis acidus est.

Ex foliis, cum calce, fit color viridis, pulcherrimus & durabilis (s).

1242. POLYGONATUM caule simplici, anguloso, cernuo, foliis ovato lanceolatis, rigidis, alis unifloris.

*Polygonatum flore odoro* CLUS. *Pannon.* p. 263. 264. bene.

*Polygonatum latifolium, flore majore, odorato* BARRELIER. *ic.* 711.

*Sweet Salomons Seal* PETIVER. t. 44.

II. *Polygonatum latifolium minus, flore majore* C. B. *Prodr.* p. 136. &c.

III. Flore pleno MARCHANT. p. 307.

I. III. *Convallaria foliis alternis, amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus vestifloris* LINN. p. 451.

Frequens in saxosis asperis circa *Moncharans, Creux du Vent; Porte du sex; Roche;* in *Valesia, &c.* In monte *Crenzach* C. B. ego supra *Munchenstein*.

Vere distinctum a n. 1243. (t) caule anguloso, firmo, humiliori, pedali, vix cubitali; foliis firmioribus, brevioribus, cæterum vix amplexicaulibus, floribus plerumque singularibus, majoribus in planta minori, vix revolutis. segmenta floris tria exteriora majora. Fructus rotundus, niger, hexaspermus. Nam quinque femina rotunda triquetra reperi, ut verus numerus fenarius videatur. Radix similis.

Qui conjungebat cum sequente, nunc separat (u).

1243. POLYGONATUM (a) caule simplici, cernuo, foliis ovato lanceolatis, petiolis multifloris.

*Elleborus albus* DORSTEN. p. 108.

*Polygonatum* DODON. *purg.* p. 77. CAMERAR. *Epit.* p. 692. BLAKWELL. t. 251.

& *Polygonatum vulgatum* CAMERAR. p. 693. angustifolium.

Icon OEDERI 152.

β Flore pleno *Bresl. Saml.* 1722. m. Jun. MARCHANT. p. 307.

γ *Latifolium* II. CLUS. p. 265. & III. *Hist.* p. 275.

α. γ. *Convallaria foliis alternis, amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus, multifloris* LINN. p. 452. MILLER. *ic.* t. 101.

Vulgo in sepibus & dumetis.

Radix carnosa, transversa, passim producit tubera orbicularia, explanata, quasi recipiendo sigillo destinata. Caulis tripedalis; non ramosus, in arcum flexus, cernuus, sed mollior, & minus sulcatus, quam priori. Folia alterna, sæpe etiam sursum reflexa, petiolata, vix amplexicaulia, elliptico lanceolata, molliora, majora, quam priori. Flores minores, ex foliorum alis conferti, bini, terni, etiam feni & octoni. Flos albus, tubulo cylindrico, superne latior, segmentis brevibus, obtusis (b), paulum repandis, viridibus, duorum ordinum. Tuba simplex, apice anguloso, spongioso. Semina rotunda (c), in bacca similis nigra (d).

Radix dulcis, subacris, viscida, edulis (e). Inter resolventia, ut *Lilii radix*, recipitur in cataplasma, quod *FUCHSIUS* ad inflammatum puerperarum uterum commendabat, sua vero auctoritate celebre reddit *ILL.* Vir & summus medicus *Paulus Gottlieb WERLHOF.* Ad fugillata cataplasma *ETTMULLERUS* laudabat, ad hernias *CHOMELIUS.* Baccæ vomitum movent, & ipsa folia nauseam.

1244.

(q) *CARTHUSER,* Sic *SCHARSCHMIDT* *mat. med.* p. 199. *MOSDORF.* p. 21.

(r) *SCHULZE* *mat. med.* p. 164.

(s) *Flor. M. N.* p. 101.

(t) *It. Helv.* II. n. 19.

(u) *LINNÆUS,* etiam *GMELINUS* p. 34. *GUERTARD.* I. p. 196.

(a) *Polygonatum* nascitur in montibus, frutice cubito altiore, foliis *Lauri,* latioribus & levioribus, sapore *Mali cotonei* aut *punicis.* Flores, per singulos fo-

liorum exortus, candidi, foliis numerosiores. Radix alba, mollis, longa, crebro geniculata, densa; graveolens, digiti crassitie *Dioscorid.* IV. c. 5. satis ad nostram.

(b) *TOURNEFORT.* A. A.

(c) *E.*

(d) *C. D.*

(e) *GÄDD.* *Frostnäster.* p. 92. *plantag.* I. p. 11. ut pro pane serviant.

1244. **POLYGONATUM** caule simplici, erecto, foliis verticillatis ellipticis.  
*Polygonatum angustifolium, non ramosum* C. B. SCHEUCHZER. *It.* VII. p. 517.  
*Icon* OEDERI t. 156.  
*Convallaria foliis verticillatis* LINN. p. 451.  
 In Helvetiæ sylvis montosis & subalpinis. In la Chenau Aquilejæ, au Furet, Lnan, sur Champ, Feuerstein, Creux du Vent. In Montibus Biennensibus. Schafhusia in der Claus.  
 Caulis latus, fistulosus, erectus, non ramosus, cubitalis. Folia verticillata, terna, quaterna, elliptica, multo graciliora, quam prioribus. Petioli florales sub foliis penduli, etiam ramosi, ut ad usque sex flores gerant. Hi, quam in paulo priori, minores, subvirides, potissimum in apice, stricti. Bacca violacea. Semina fena, ovata.

## VI FLORE TUBULOSO.

HYACINTHUS LINN. n. 727.

HYACINTHUS TOURNEFORT.

&amp; MUSCARI TOURNEFORT. t. 180.

Etiam in his plantis & longior flos reperitur & brevior. In Hyacintho (g) longus, tubulosus, semiflexuosus, segmentis lanceolatis: in Muscari brevis, globosus, segmentis (g) brevissimis. Consentit uterque fructu ex tribus globis composito (b), tuba simplici, flore breviori, staminibus etiam flore brevioribus. Fructus subrotundus, triquetrus, seminibus binis, in quoque loculo (i) sæpe abortivus. In apice, dum flore continetur, tribus poris (k) melliferis notari LINNÆUS: eos non reperi, cum quærerem.

1245. **HYACINTHUS** foliis carinatis, spica ovata, floribus globosis *Emend.* I. 34. n. 3.

*Allium caninum exiguum* TRAG. p. 750. etsi inodorum dicit.

*Hyacinthus recentiorum primus* DODON. coron. p. 176.

*Hyacinthus corollis ovatis, summis sessilibus, foliis laxis* LINN. p. 455.

β *Flore albo* MORTON. Northamptonshir. p. 380.

In Helvetia vulgaris, circa Roche ubique in petrosis. Bernæ in via per villam Rappenthal ad sinistra. C. B. in vineis *Wylensibus*: in agris prope portam Blasianam. Bulbus solidus generat & adgnatos sibi circumpositos, & folia petiolata, hinc convexa, inde sulco exarata, linea non latiora, ob longos petiolos debilesque laxa, decumbentia. Scapus aphyllus trium, quatuorve unciarum, terminatur spica densa, ovata, florum fere quadraginta, & quinquaginta, Hyacinthi 1246. similibus, sed minorum, colore saturate cæruleo, prunorum odore, mellugine intus plenorum. Interveniunt in summa spica flores steriles, in longioribus pedicellis erecti, sed pauci, in spicæ parte suprema, etiam nulli.

1246. **HYACINTHUS** foliis gramineis, spica ovata, floribus globosis, fecundis.  
*Hyacinthus botryoides, vernus, minor, latifolius, cæruleus, inodorus* J. B. II. p. 572.  
*Hyacinthus botryoides, purpureus tertius* CLUS. p. 181.  
*Hyacinthus corollis globosis, uniformibus, foliis canaliculato cylindricis, striatis* LINNÆUS. p. 455.

Hic aliquanto rarior, Bernæ in via per villam Rappenthal supra domum, inque vicina villa Lorraine.

Bulbus similis, & scapus, & habitus, sed folia triplo latiora, ad tres lineas, rotunde carinata, non cylindrica, ob breviores petiolos multo firmiora & rectiora, sine repando. Spica florum aliquanto pauciorum, fere 20. ad triginta, majorum, quam priori, coloris lætius amethystini: figura floris cylindrica, dilatata, inde contracta, in sex parvos, triangulares, candidos dentes divisa. Intus tubus flo-

ris

(f) TOURNEFORT. A.

(g) A. B.

(b) TOURNEFORT. I. &amp; E.

(i) LINN.

(k) TOURNEFORT. E. G.

ris mellugine plenus. Antheræ albæ. Germen triquetrum, fulcatum, in quo nullos poros vidi melliferos, ut neque in reliquis. Tuba simplex, acuta. Flores supremi exigui, quos credas abortivos, & tamen in meis exemplis alias nullos vidi. Odor debilissimus.

1247. HYACINTHUS spica longissima, floribus superioribus sterilibus, erectis, inferioribus fecundis, patulis.

*Hyacinthus* CAMERAR. *Epit.* p. 798.

*Hyacinthus recentiorum tertius* DODON. *Coron.* p. 178.

*Hyacinthus maximus, botryoides, caeruleus* J. B. II. p. 371.

*Hyacinthus corollis engraiato cylindricis, summis sterilibus, longius pedicellatis* LINN. p. 455.

Iste calidioris est Helvetiæ. Circa Roche abunde, ut in aditu du Prépoury; in rupibus Aganonesibus Lausannæ in agris circa Chamblande. J. B. & RAJUS Genevæ. Aufm Birsfeld Basileæ.

Bulbus similis, scapus multo speciosior, pedalis, cubitalis. Folia lata, pedalia & dodrantalia. Spica longissima, etiam pedalis. Flores inferiores cylindrici, oblongi, patuli, basi ventricosa, ad segmentorum divisionem dilatati, segmentis sex brevissime incisi, colore fusco subviridi obsolete, mellugine pleni. Fructus triquetri, cordiformes, ex tribus valvis semicircularibus compositi, polyspermi. In superiori parte spicæ color caeruleus in petiolos irrepit, & demum flores totos occupat: Sed ii caerulei supremi flores graciles, exigui abortivi, absque staminibus & fructu dispareunt, iidemque petiolos habent erectos.

- \* 1248. HYACINTHUS (1) floribus basi globosis, tubo cylindrico, apice sexpartito, revoluto.

*Hyacinthus non scriptus* DODON. *cereal.* p. 172.

*Hyacinthus* BLAKWELL. t. 61.

*Hyacinthus corollis campanulatis, sexpartitis, apice revolutis* LINN. p. 457.

β Flore albo.

In Helvetia rarior, tamen circa Moutru, supra templum, in dumetis asperis, versus Chillon, & in solitudine Plan favey haud longe a Roche lectus est.

Bulbus similis, habitus floris diversissimus. Folia graminea ex longis & debilibus pedicellis orta, mollia, longa, lata, etiam reflexa. Spica pauciflora, fere ad unum latus conversa, cernua. Stipulae longæ, subulatæ. Flos tubulosus, mellugine plenus ad originem ventricosus, tunc cylindricus segmentis ad unam tertiam incisis & ultra, lanceolatis, repandis, tribus majoribus, tribus minoribus, linea divisus, in planta naturali caeruleis. Stamina supra nodulum floris sessilia. Fructus rotundus. Tuba trifida.

## VII. FLORE FRUCTUI INNATO.

### I. HEXASTEMONES.

A G A V E LINN. n. 431.

A L O E TOURNEFORT. T. 190.

Cum valde varia flori in vastissimo Aloes genere natura sit, manebimus in hac nostra specie. Flos monopetalos, dimidia fere parte integer (a), plus quam dimidia sexfidus (b), in segmenta tria exteriora, tria interiora (c), non repanda, & in cylindrum clausam conniventia. Stamina sex, flore longiora (d). Fructus pene

(1) *Hyacinthus* folia habet bulbi, caulem dodrantalem levem, minimo digito tenuiorem; herbacei coloris, comam procumbentem incurvam, florum purpureorum, radicem bulbaceam Dioscoridi V c 18. *Hyacinthus* in Gallia maxime nascitur: eo hygino tingunt. Radix bulbacea, mangoniis obnoxia PLIN. L. XXI. c. 26.

(a) TREW. *Comm. Lit. Nor.* ann. 1744. hebd. t. 3, f. 1. 4 b b. TOURNEFORT. t. 191.

(b) TREW f. 1. 3.

(c) *Ibid* f. 1.

(d) f. 1. h. h. TOURNEFORT. C. A.

pene ovatus (e), tribus fulcis distinctus, trilocularis, polyspermos (f). Tuba longissima, simplex, cava, stigmate triloculari (g), tribus fulcis fissis. Semina numerosa, plana.

\* 1249. AGAVE scapo arboreo, ramoso.

*Aloe Americana* ILL. TREW. in proprio lib. *Bresl. Saml.* 1719. m. Octobr.  
*Agave foliis dentato spinosis, scapo ramoso* LINN. p. 451.

Prope Lugano, ad pagum Gandri in rupibus. Etiam ad lacum Verbanum (b) haud valde remotum. Americana stirps, quam veteres non habent, sed Europa australis nunc suam fecit.

Folia amplissima, succulenta, hinc convexa; inde cava, mucrone durissimo, firmis per oram spinis. Caulis in calidis regionibus (i) erectus, simplex, non ramosus, etiam triginta (k) pedum, spicam fert florum ramosam, quorum numerus supra decem (l) millia ascendit: in Europa ejusmodi caulem rarius profert, celerrimo incremento, ut intra 24. horas sex (m) pollicibus increverit. Hi flores fructui innati, firmi, virides, sublatei sunt. Stamina nunc de flore eminent. In tubo floris plurimus succus aquosus, melleus (n) & dulcis, acidæ naturæ (o). In foliis alius succus est, qui in magma, denique ficitatem adepturum spissatur (p); ab Aloë tamen medica diversum, amarum, subdulce & acre, vesicam (q) tamen purgans (r). Quod ex cortice, id flavum & amarum est (s). Mel, quod in floribus continetur, alvum laxat, etiam vomitum movet (t). Trunco resecto etiam succus effluit, qui in mel, vinum & acetum abit (u). Folia sub cineribus cocta imposta (x) strumas sanant.

Ex magnis nervis corticis fila parantur (y), & telæ texuntur.

N A R C I S S U S TOURNEFORT. t. 185.

LINN. n. 403.

Fructus piriformis (a), sex lineis insculptus, polyspermos (b). Ei summo (c) innascitur floris tubus longus, cylindricus (d), duabus factus tunicis. Exterior abit in sex petalodea segmenta (e), bis terna, patula, lanceolata, aristata, quorum tria interiora latiora sunt & breviora. Interior educitur in scyphum (f), qui ex tubo floris continuatur, pene cylindricus, margine undulato, obscure sexfido. Stamina sex, de tubo floris eminentia. Tuba sine trifido, cavo.

\* 1250. NARCISSUS (g) uniflorus, foliis ensiformibus, scypho brevissimo.

*Narcissus medio purpureus* DODON. coron. p. 189.

β Flore medio luteo PASSEUS ic. 19.

γ Flore candido, odoratissimo C. GESNER.

*Narcissus spatha uniflora, nectario rotato, brevissimo, scabroso, crenulato* LINN. p. 414.

Circa

(e) TREW. f. 9. 10. TOURNEFORT. E.  
(f) TOURNEFORT. F.  
(g) TREW. f. 6 8.  
(h) SCABELLA *Gal. minerv.* T. VII. p. 218. 221.  
(i) In Capite bonæ spei floret sexto, aut decimo anno, KOLBE III. p. 248. Liburni anno decimo VALISNERIUS.  
(k) TREWIANO fere 18. pedum.  
(l) 8265. TREW. Flor. 4610. FREDERICII ad 14264. *Eph. Nat. Cur.* Vol. VII. n. 121.  
(m) TREW.  
(n) SCABELLA propr. lib. COWELL. P. II. TREW.  
(o) VALISNER. *Oper.* II. p. 69 seq.  
(p) TREW. In Aloen tamen abire SPORRI *itin.* p. 28. & LIGON. p. 91. primum nempe liquorem, qui de secis foliis stillat.  
(q) *Bresl. Sammlung.* 1718. p. 1737. ann. 1721. m. April.  
(r) COWELL. *Bresl. Saml.* ann. 1721. m. April.  
(s) PERRAULT *circui. de la Sève* p. 241.  
(t) TREW. ad duo cochlearia ZAFF. *Ann. Erud.* ann. 1688. p. 121. WALDSCHNIDT p. 32. *Extractum Satur. filif.* V. n. 8.

(u) J a COSTA *hist. natur. Ind.* p. 1736 GEMELL. CARRERI *Voyag.* T. VI. p. 220.  
(x) PANAEOL. *Pentec. obs.* 22.  
(y) *Bresl. Saml.* ann. 1718. p. 1737. ann. 1721. m. April. PERRAULT l. c.  
(a) TOURNEFORT. L.  
(b) L.  
(c) F. F.  
(d) E. B. F. A.  
(e) A. B.  
(f) C. D.  
(g) Narcisso folia porri similia, tenuia, multo minor, angustiora; caulis vacuus & sine foliis, supra dodrantem: ros albus, intus croceus, in quibusdam purpureus; radix intus alba, rotunda, bulbosa. Semen velut in tunica, nigrum, longum; in montibus, suavi odore D. OSCORIO. IV. c. 155. Inter discentia CRIS. L. V. c. XI.  
Radix & semen inter rodentia CRIS. V. c. 6. Hunc nostrum pro Narcisso veterum habet MARTYN. ad Georgiam p. 415. Purpureum vocat Narcissum VIRGILIUS.

Circa *Genevam* priorem, ultimum C. B. in montibus circa *Curiam* legit, Scypho purpureo vulgatissimus est in subalpinis pratis vallis inferioris *Giffenoy*, unde ad *Villeneuve* usque & *Blonai* descendit, vernaque prata tota dealbat. Etiam *Rupe* reperi inter arundines. GAGNEBIN in valle *Motier travers*, circa *la Brévine*: in *Combes de Vallanvron*, au cul des prés. A *Bonneville*.

Radix carnosâ, globosâ. Folia radicalia caulis longitudine, duas fere lineas lata. Caulis pedalis & ultra, firmus, rectus, uniflorus. Spatha lacera; ex ejus sinu petiolus florem præfert. Tubus cylindricus viret; petala lactei sunt coloris; scyphus plerumque in ora sua puniceus.

Odor cum aliqua gravitate gratus.

Radix acris (b), vomitum ciet, nullo nobis in usu.

\*1251. NARCISSUS foliis junceis carinatis, scapo unifloro, scypho sexies emarginato.

*Narcissus juncifolius* l. amplo calyce CLUS. p. 158. luteo du PAS. t. 23.

*Narcissus juncifolius flavus*, amplo calyce J. B. II. p. 608.

*Narcissus spatha multiflora*, nectario campanulato, subcrenato, foliis planis LINN. p. 415?

In prato à *la gardelle*, haud longe *Geneva* Gen. de SAUSSURE (k).

Bulbus magnus, ovo paulo minor. Ex eo duæ plantæ, quarum altera hoc anno floret. In utraque duo folia solida, pulpofa, carinata, tres fere lineas lata, scapo supparia. Forum in juniore planta semicircularis est sectio, juncea, plena spongiosa natura: in adultis semilunaris. In uno scapo flos unicus. Spathæ duæ, longæ & lacera. Flos nutans, non pendulus, tubo gracili, segmentis flavis, odore grato, subgravi. Segmenta duorum ordinum ovato lanceolata, arista alba terminata, scyphus flavus, concolor, petalis brevior, multo grandior, quam *Narcisso* 1250. undulatus, in sex emarginata, obscura, pene ovata segmenta terminatus. Tuba scypho brevior, stigmatibus tribus globosis, connatis. Stamina flore dimidio breviora. Antheræ sagittatæ. Hæc ad plantam naturalem spontaneam.

\* 1252. NARCISSUS foliis ensiformibus, scapo unifloro, scypho undulato, fere rato, petalis æquali.

*Narcissus luteus* TRAG. p. 757.

*Pseudonarcissus* PASSÆUS vern. 38.

*Narcissus luteus*, sylvestris DODON. Coron. p. 198. hist. p. 227.

*Bulbo codium vulgatus* J. B. II. p. 593.

*Narcissus spatha uniflora*, nectario campanulato, erecto, crispo, æquante petala, ovata, LINN. p. 414.

β Flore pleno PASSÆUS vern. 3.

*Berna* in pomariis primo vere vulgo, sic in *Neocomensi* Comitatu & alibi.

Bulbus cepaceus, tunicatus. Scapus dodrantalis, uniflorus. Folia radicalia crassa, lata, carinata, obtusa. Flos grandis, brevis & latus, flavus, segmentis floralibus exterioribus tribus longioribus, interioribus latioribus, aristatis. Scyphus tinctoris coloris, peramplus, petalis æqualis, totus plicatus, obscure sexfidus. Stamina de flore eminent. Fructus triquetrus, polyspermus. Semina subreniformia, nitida, aspera.

Radices drachmæ duæ, aut ultra, alvum ducunt (l).

#### GALANTHUS.

NARCISSOLEUCOIIUM TOURNEFORT. t. 208.

LEUCOIIUM LINNÆI n. 402.

& GALANTHUS LINNÆI n. 401.

Num duo genera præstet facere, num unum sufficiat, disputari potest. Summa in tota utriusque plantæ facie similitudo fecit, ut conjunctas reliquerim. Flos fructui

(b) DIOSCORIDES.

(l) PRÉVOT. medec. pauper. p. 488.

(k) Emend. IV. p. 9.

ctui supernatus (*m*). Petala conniventia, apice incrassata, semper inæqualia, ut tria exteriora majora sint, omnia vero ex ambitu circuli spongiosi oriuntur, qui germen terminat. Fructus pyri formæ.

In specie, quæ *Galanthus* LINNÆI, petala interiora multo minora sunt, & cordiformia.

1253. GALANTHUS (*n*) uniflorus, petalis subæqualibus.

*Leucojum bulbosum* de BRY floral. t. 20.

*Leucojum* 2. DODON. PASSÆI vern. t. 4.

*Narcissus* VII. MATTHIOLI. CAMERAR. Epit. p. 957.

*Leucojum bulbosum hexaphyllum* DODON. coron. p. 202. hist. p. 230.

*Leucojum spatula uniflora*, stylo clavato LINN. p. 414.

Secundum rivulos, quibus prata irrorantur, circa Bernam. In *Muteto monae* C. B. In sepibus umbrosis Helvetiæ RAJUS.

Radix carnosæ, tunicata, profunda, globosa. Folia hinc convexa, lata, obtusa. Culmus pedalis, uniflorus, raro biflorus. Vagina longa, stricta, petiolum continet. Flos ex suo pediculo nutans. Petala ovato lanceolata (*o*), lineata, exteriora majora (*p*), eadem conniventia, lactea, apice crassiori (*q*), virente, subluteo. Fructus piriformis (*r*), polyspermos (*s*). Semina rotunda. Stamina ex circulo fena. Tuba pyramis est inversa, ex basi breve acumen produçens.

Floris odor suavis, radix acris.

\* 1254. GALANTHUS uniflorus, petalis alternis cordatis, brevioribus.

*Leucojum bulbosum triphyllum* DODON. coron. p. 200.

*Leucojum bulbosum, præcox, minus* CLUS. Pannon. p. 181. 182.

*Erangelia* RENEAULME p. 96. 97.

*Galanthus* LINN. p. 413.

In pratis der Schosbulde, prope Bernam, *Aquiljæ*, *Moutru*, in pratis sur les *Cretets de la Chaud de fonds*.

Tenerius est & humilior; folia angustiora, pauciora; vagina fulcata, quasi gemella, robusta. Flos unicus, minor, petalis exterioribus satis prioris similibus, ovatis, albis (*t*); petalis interioribus dimidio brevioribus (*u*), crassulis, petiolatis, emarginatis, cordiformibus, albis, viridi lineatis. Sex filamenta, quorum antheræ in triangulum disponuntur, & septa loculorum in aristam exeunt. Tuba filiformis simplex. Circulus ovarium finiens minus spongiosus.

COLCHICUM TOURNEFORT. C. 181.

LINNÆI n. 457

Tubus floralis ex ipsa radice natus, absque exemplo longus (*x*), perangustus, denique in tria majora & tria minora conniventia, elliptica (*y*) segmenta divisus. Stamina sex, ex imis petalis (*z*) nata. Tubæ tres, pariter enormiter longæ, filiformes, hamis terminatæ recurvis. Fructus magnus, ovatus, trilocularis, polyspermos (*z*\*).

1255. COLCHICUM flore folium longe præcedente, petalis ovatis.

*Colchicum* FUCHS. p. 356. 357. CAMERAR. Epit. p. 845. DODON. purg. p. 371, hist. p. 460. SCHINZ & STORCK in libello.

Varietates flore albo, lineato, pleno, &c. RUDBEK II. p. 123. seq.

*Colchicum foliis planis, lanceolatis, erectis* LINN. p. 485.

Varietas autumnno florens absque foliis; in omnibus pratis, potissimum subudis, florum ultima prodit.

Radix

(*m*) TOURNEFORT. C.  
 (*n*) Viola alba prima emicat, triennio durat  
 PLIN. L. XXI. n. 38. Inter bulbosas THEOPHRAST.  
 L. VII. c. 13.  
 (*o*) TOURNEFORT. A.  
 (*p*) Ibid.  
 (*q*) Utrumque A.  
 (*r*) D.

(*s*) F.  
 (*t*) TOURNEFORT. B.  
 (*u*) B. B.  
 (*x*) B.  
 (*y*) A. A.  
 (*z*) Ad A.  
 (*z*\*) t. 182.

*β*. Idem est *Colchicum vernum* C. B. quod prope *Roche* in pratis circa *Rennas* abundat, & *Tiguri*, & circa *Divionem* prodit (a), & periade florem paulo ante folia profert, quæ una cum flore superflunt, idemque petala habet angustiora. Folia vero neque linearia sunt, neque patula, etsi perinde, ut petala, aliquanto quam alteri angustiora sunt.

Radix globosa, carnosâ, vaginosa, hinc convexa, inde plana: in ea facie de fulco novum caulem emittens, autumnô fructum, cum foliorum rudimentis, sub terra producit. Flos vero ea ætate, & perinde vere in varietate *β*. solus emergit per fulcum veteris radice, tubo semipedali, dodrantali, petalis dilute purpureis. Proximo vere [aut sub junium mensem in varietate *β*] folia succedunt, liliacea, perampla, ovato lanceolata, quæ sessilem fructum continent.

? 1256. COLCHICUM flore cum foliis conjuncto, petalis linearibus.

*Colchicum montanum* CLUS. hisp. p. 266. *hispanicum* hyst. p. 200.

*Colchicum montanum, angustifolium* C. B. J. R. H. SCHEUCHZER II. II. p. 132.

*Colchicum foliis linearibus patentissimis* LINN. p. 485. LOPLING. p. 19.

A Cl. SCHEUCHZERO lectum prope *Madefen*, supra *Campdoicin*, & ab ILL. GESNERO in pratis *Altsfettensibus*, qua itur ad montem *Gamor*.

Flos autumnalis, angustioribus petalis, vix duas lineas latis, paulo ante folia erumpit. Folia semuncem & paulo ultra lata.

*Colchicum autumnale* nostro ævo per lites celebritatem nactum est, quibus occasionem dedit: vulgo dicitur radix esse nauseosa & acri odore, sapore acri, fauleque constringere (b), linguam vero ita amburere, ut per plures horas sensum amittat (c). Sic vinum, cui radix infusa fuit, urinam cum ardore (d) urisse legimus, granum vero unicum in ventriculo (e) sensum quasi ustionis excitasse, urinam cum simili sensu frequenter coegisse reddere, deinde tenebrum fecisse, appetitum abstulisse, alvum aliquoties aperuisse, quoad acris ejus radice effectus decocto radice *Altheæ* sopiretur. Nuper effossa eadem lacteum serum dicitur reddere (f); extractum aquosum amarissimum (g) esse; vaporem ipsum manus & nares momordisse; & lotium citavisse: cum aceto amarum dare saporem & extractum amarum. Succum dentes stupefacere, & salivam intolerabili amarore imbueri. Etsi saporem avellanarum habere videatur, tamen manducatam radicem labia calefacere, salivam ciere. Tincturam *athere* factam, & extractum etiam secundum, tamen amarissimum esse, & acerrimum. Quare ex vetustioribus jam testimoniis duas radice drachmas purgare (h), & alias cum maximis symptomatibus alvum civisse (i), ad necem usque (k). Sed etiam radicem contra febrem propinatam funestum eventum (l) habuisse, & feminum drachmas duas, has cum vomitu horrendo (m); alias duos pueros a Colchico interemptos fuisse (n), & aliæ ejus generis historię extant (o).

Porro animalia ea radice pasta interiisse dicuntur, ut *Damæ* (p), & inflammato ventriculo vitulus (q). Et canem (r), prævalidum animal, a devoratis quinque radicibus ægrotasse legitur, a duabus vero unciis excæcatum fuisse (r\*), & in alio exemplo a duabus drachmis cani ingestis, cum plurimo vomitu & alvo mota pereunte, ventriculum parvum & inflammatum repertum fuisse, intestina angusta, crassa duraque, & membranas vomitu & alvo egestas (s). Merito ergo *MARANTA* eos carpsit, qui Colchico (t), ut funesta radice, pro *Hermodactylo* uterentur, & *DESSENNIUS* (u) suspecto pharmaco uti noluit.

ILL.

(a) COLLÉT. p. 19.  
 (b) BOERHAAVE *Prælect.*  
 (c) STORCH *de Colchico inst. exper. I.*  
 (d) *Exper. 2.*  
 (e) *Exper. 3.*  
 (f) BROOKLESBY IV. p. 164.  
 (g) MARGES *Journal de médecine ann. 1765.*  
 m. Jul.  
 (h) PREVOT. *medic. pauper.* p. 448.  
 (i) CORDUS.  
 (k) BROOKES. IV. p. 164.

(l) GARIBL.  
 (m) *Paon. & Pythagor. Exerc.* p. 227.  
 (n) AGRICOLA. AMMON. p. 20.  
 (o) *Bresl. Saml.*  
 (p) ROHE. *phytob.* p. 49.  
 (q) SCOPOLI p. 225.  
 (r) *Phil. Transf.* n. 335.  
 (r\*) *Med. Mus.* III. n. 5.  
 (s) STORCH. *Colchic.* p. 21. 22. 23.  
 (t) *Method.* p. 17.  
 (u) p. 439.

ILL. ergo STÖRKIUS (x) radicem, sub æstatis principium lectam, cum duodecuplo aceto digessit, mellis duplum admiscuit, & oxymel Colchici coquendo paravit. Id medicamentum potest ad sex (y) drachmas in puero, in viro (z) ad fescuncem dari, & omni bihorio ad drachmas (a) duas. Ita nonnunquam in ægris ab ILL. VIRO curatis tanta cum violentia urina mota est, ut per sex dies continuos novem libræ lotii (b) quotidie redderentur, & intra tantillum tempus hydropici abdomen molle redderetur, eoque solo ex remedio æger plane convalesceret (c). Ejusmodi sanati hydropis exempla VIR ILL. habet (d), utiliter etiam adjuta terra foliata tartari (e). Idem oxymel hydropem cum periculosa tussi (f) conjunctum sustulit, & cum ictero (g), cumque asthma (h); & oxymel ad asthma (i) cum tussi conjunctum (k), & in pectoris (k\*) hydrope (l) utilissime datum est. Pulverem bono cum successu in hydrope Cl. HEUERMAN propinavit (m), & oxymel Clar. MARGES (n) in aliquot ægrotis, eodemque exsereationem in asthma vidit (o) promoveri.

Verum, ne nimium his bonis medici letarentur, existit *Carolus* (p) CRATOCHWIEL, qui omnia alia nos docet. Is radicem rapaceam esse monet, subamaram, intertem, cujus quatuor drachmas (q) absque ullo effectu sumferit. Aquam reperit, quæ de radice stillat, acidam esse; vinum, cui infusa radix, amarum, & amarum inde paratum extractum; sic extractum spirituosum; acetosum denique amarum & subacidum; negat porro oxymellis quinque uncias, intra unum diem, in Nosodochio datas, ullum conspicuum effectum ostendisse. Ita in Anglia negatum est, vim in ea radice diureticam esse (r).

Fatetur ergo ILL. STÖRKIUS in Carniola (s) se innocuam radicem reperisse, ut integram devorare licuerit illæso: & cum ipse experimentum repeterem, absque ullo sapore & acrimonia autumnalem radicem reperi. An forte, quod MARRANTA monuit (t), verno tempore amarissima, autumno dulcis est? Sed tamen in aliorum experimentis vehemens a Colchici usu irritatio & dolens urina (u) successit, & apud Cl. MONRO. Alii medici scilla debiliorem (x) faciunt: alii tamen oxymel valide lotium pulisse viderunt, felice omnino eventu (y). Denique in ipsis tamen Cl. CRATOCHWIEL (z) experimentis canis ab uncis duabus radicum cum inflammatione intestinorum interiit. Mihi vero ab omni experimento alienum videtur, canem a duabus radicibus interire, dum homo quaternas ferat. Nam in univèrsam canes majores, quam homines, medicamentorum doses ferunt.

Amuletum ex Colchico ad pestem & morbos contagiosos valere neque WILHELMIO (a) credo neque aliis (b).

## II. TRISTEMONES.

CROCUS TOURNEFORT. t. 183. 184.

LINN. n. 55.

Flos fructui innatus, ex longissimo (a) tubo paulatim dilatatus, finditur in segmenta floris bis tria (b), interiora fere latiora, & alterius coloris. Stamina tria, & tuba

(x) De Colchic. p. 47. 48.  
 (y) p. 145.  
 (z) Ibid.  
 (a) p. 147.  
 (b) Caf. 1.  
 (c) p. 48.  
 (d) Caf. 5. 7. 8. 10. 11. continuatio experimentorum p. 152. 155. 156. 221. 252. 254.  
 (e) p. 148.  
 (f) Caf. 4. 6. contin. experim. p. 250.  
 (g) Caf. 9.  
 (h) Contin. experim. p. 155.  
 (i) Caf. II. Contin. experim. p. 149. 156. Etiam ВУСНЕНЪА. miscellan. ann. 1728. p. 222. ipsam radicem.  
 (k) Caf. 4.  
 (k\*) Caf. 12.  
 (l) Contin. experim. 149. 152.

(m) Untersuch. p. 242.  
 (n) l. c.  
 (o) Ibid.  
 (p) De radice Colchici vulgaris Franc. Viadr. ann. 1764.  
 (q) Duas vel tres drachmas Med. Mus. III. n. 5.  
 (r) Med. Mus. l. c.  
 (s) Contin. observat. p. 233.  
 (t) Metb. p. 31.  
 (u) Journ. de Med. ann. 1765. m. Juin.  
 (x) Dropsy p. 88.  
 (y) p. 108.  
 (z) p. 48.  
 (a) De Colchico Lipf. ann. 1721.  
 (b) WEDDEL de Colchico p. 12. GEOTIAN von Lencojen. BOCCONE offerv. p. 56.  
 (a) TOURNEFORT. t. 183. supra B.  
 (b) A.



tuba in tres plumosas (b\*) antennis filia, breviores, aut longiores Fructus cylindricus (c). Semina rotunda (d).

2257. CROCUS tuba brevissime trifida.

Varietates floris sunt (e) innumerabiles. Albo flore est, sed frequenter venis purpureis, magis minusve confertis, striato, denique toto violaceo.

Ecce aliqua nomina.

α Flore albo.

*Crocium vernum, latifolium, albo flore* CLUS. hist. p. 203. ic. int. (f).

β. *Crocus vernus, albus, latifolius, variegatus*, C. B. SCHEUCHZER. It. IV. p. 333.

*Crocus vernus, latifolius, albus, versicoloris flore* L. CLUS. p. 204.

γ. *Crocus vernus, latifolius, flore purpureo* CLUS p. 203.

Albo flore, basi violacea, tubus striis concoloribus vulgatissimus est in Helvetia montana & subalpina. Descendit in planitiem, & provenit in *Prépoury* prope *Roche*, in pratis sub *Moutru*. In montosis Neocomensibus, Biennensibus ubique, primi veris planta est. Variè venosus passim intercurrit.

Radix rotunda, depressa, obducta reticulo, duos bulbos sibi impositos habere videtur, majorem nempe radicem orbiculatam, compressam, cui impressus est cauliculus, cujus pars ima exiguo bulbo similis est. Vagina prima viridis, altera spathacea latea, obtusa. Folia radicalia tria, quatuor, scapum superantia, linearia, hinc graminea, lineata; inde alba linea per medium divisa. Vagina grandis, tubum floris amplexa. Petala exteriora longiora, evidentioribus lineis picta, interiora minus, eademque breviora & latiora. Tuba apice vix per unam lineam trifido: quodque stigma dilatatum, infundibuliforme, tenerrime fibrosum, & per ætatem in fila fissum multo, quam in sativo Croco breviora.

? *Crocium montanum* CLUS. hisp. p. 269.

*Crocus (g) alpinus, autumnalis* C. B.

Quem LOBELIUS in arduis vallis Augustæ nasci dicit, haud procul a monte D. *Bernhardi* & Cl. CAFFLER in mont *Pilato* legit.

Is utique idem nostro est, flore violaceo diluto, ut vel ex alba linea intelligas, quam CLUSIUS describit. Flos tamen major est.

? CROCUS flavus, linea in petalis exterioribus viridi.

*Crocus vernus, latifolius, flavo, vario flore* L. CLUS. p. 205. & 206. *Vernus Masiacus* EJUSDEM *pannon.* p. 227.

*Crocus luteus, lineis nigris* SWEERT. *florileg.* t. 5. Habet & PASSERUS *hiem.* t. 7. BLAKWELL. t. 144.

Flavus insignior varietas in *der Schwendi Abbatis Cellanorum* & in mont. *Glaronsibus* ab ILL. GESNERO lectus est.

Cætera simillimus, tria cornua tubæ duplo longiora habet, quam albus.

*Crocus sativus* circa *Brieg*, *Naters*, *Leucam* & *Sedunum* colitur, cæterum a spontaneo, cum quo LINNÆUS conjungit, diversus, tuba profunde trifida, in tria longa segmenta divisa (b), quorum finis æque trifidus est, uti tota tuba spontanei verni Croci. Deinde ea tria tubæ cornua odorata sunt & aromatica, non ita spontanei: eademque cornua sunt, quæ in officinas Croci nomine recipiuntur. Sed etiam flos multo major est, quam nostro verno.

Radix Croci acris est. Inter discutientia CELSUS numerat (i).

IRIS

(b\*) t. 184. D.

(c) F. G.

(d) G. H.

(e) Conf. It. Helvet. II. p. 254.

(f) Conf. PASSERUM *hiem.* t. 7. de BRU &c.

(g) *Crocus autumnalis* hebes PLIN. L. XXI.

n. 39.

(b) TOURNEFORT. t. 184. D. BLAKWELL.

f. 2. 2. 2. 2.

(i) L. V. c. XI.

IRIS (a) LINNÆI n. 59.

IRIS TOURNEFORT. t. 187. 188.

BLAIR. *Essays* t. 3. f. 7. 8. 9.

&amp; XIPHION TOURNEFORTII. t. 189.

&amp; SISYRINCHIUM TOURNEFORTII. t. 365.

Spatha fere bifolia tubum floris continet. Fractus ovato cylindricus bilocularis, polypermus (b). Ei infidet flos ex cylindrico tubo (c) sexfidus, monopetalos (d). Tria petala interiora erecta (e), angustiora, ungue simplici, ovato lanceolata, paulum undulata, intus carinata. Tria exteriora latiora, longe reflexa (f); ovata, linea media barbata percurfa, vel imberbi. Ex summo tubo floris stamina tria, quæ inter petala reflexa & tubæ ornamenta, tamquam in canale (g) continentur. Tuba (b) apice fissò in tres bractæas florales latas, convexas abit sine bifido, sub eo sine arcu eminente divisas.

## I. PETALIS REFLEXIS BARBATIS.

1258. IRIS foliis ensiformibus distichis, petalis reflexis barbatis, tubalibus arcu distinctis.

*Iris Germanica* FUCHS p. 317.

*Iris sylvestris major* CAMERAR. *Epit.* p. 2.

& pro hortensi varietate, quæ non differt, *Iris* EJUDEM p. 1. DODON. *Coron.* p. 147.

*Iris major* PASSÆI *est.* t. 3.

*Iris corollis barbatis*, caule foliis longiore, multiflora, floribus inferioribus pedunculatis LINN. p. 55.

*Iris hortensis nostræ similis* BLAKWELL. t. 69.

In Helvetia vitifera ubique. Basileæ an der Baar ad Rhenum, ad arcem Münchenstein.

In Aquilejensibus abunde in ruderibus St. Tryphon, ad viam a Glerole ad Vevai, à la Tour, in rupestribus Pasgardflüh prope Biennam &c.

Radix dura, cylindrica, grandis. Folia plana, & disticha, crassula, pedalia, unciam lata. Caulis pedalis & ultra, pauciflorus. Spathæ albæ, ovato lanceolatæ, magnæ, ficcæ, ad ramum floralem fere quinæ. Flores conjuncti, duo, tres; in ima vagina sinu foliosa & robusta. Flores magni, petalis erectis semiherbaceis, petiolatis, saturate cæruleis, ellipticis, profunda carina exsculptis, propriis tumoribus aciem petalorum tubariorum amplexa: petalis reflexis dilutioris coloris, cum lineis purpureis, ad latus lineæ mediæ, in qua plurimi contra antheram oppositi pili crassuli, flavi (i) pubescunt. Eadem crassissimis tumoribus nascentia filamenta amplectuntur. Ornamenta tubæ ferrata, bifida, extus arcu eminente, emarginato, sub divisione distincta, interius linea plana eminente. Odor flori gratus, aquosus, radix inodora.

In radice Iridis (k) vis est purgatrix (l), quæ phlegma & bilem ducit, nimia vero copia data etiam sanguinem & bilem atram. Succus expressus adhibebatur ab uncia (m), ad biuncem (n); etiam ad quatuor uncias (o) ad hydropem AMATUS propinabat (p), & BRASSAVOLA. FALLOPIUS (q) mitiora præferebat, nimios ab Iride dolores succedere gnarus. In hydropne neque SYDENHAMUS Iridem repudiavit, neque LISTERUS (r), & passim felicia exempla

(a) Iris folia fert Gladioli, majora, latiora & pinguliora. Flores in summitate cujusque caulis, æqualibus inter se spatiis distant, incurvi, varii, candidi, pallentes, lutei, purpurei & cærulei. Radices geniculatæ, solidæ, odoratæ DIOSCORID. c. 1. de Iride *Illyrica*, quæ nostro ævo *Florentina* dicitur. In Illyrico, quam in Macedonia efficacior, in Thracia inodora provenit THROPHAST. *caus.* L. VI. c. 28.

(b) TOURNEFORT. t. 187. H. & t. 188.

(c) TOURNEFORT. B. B. conf. GREW. t. 76.

(d) Recte BLAIR. *Essays* p. 35. MAGNOL. & RUPP.

(e) TOURNEFORT. 2. 3. 4.

(f) IDEM. 5. 6.

(g) T. 187.

(h) T. 187. C. T. 189. B.

(i) Conf. LEDERMULLER. *Versuch.* t. VIII.

(k) ARRETEUS *Cur. diut.* L. II. c. 12. 13. Male vulgo Ireos scribunt.

(l) RUFUS.

(m) AMATUS.

(n) Sibi tribuit inventum MASSARIA *præf.* p. 339. Dabat cum manna

(o) LISTER. *Hydrop.* p. 58.

(p) In DIOSCORID. p. 5.

(q) *Purg. simpl.* c. 54. in DIOSCORID. l. c. 6.

(r) l. c. Etiam CHOMEL. Semuncem cremoris tartari addebat p. 14.

exempla (s) legas. Guttis 80 (t) fucci, fingulo bihorio datis, hydrops sanatus (u). Decocti similis effectus est. Clyster icterum sanat (x). Recentem tantum radicem purgare (y) LINNÆUS monet, recentis etiam solus succus exprimitur. Inter discutientia CELSUS (z).  
 Ex Iridis flore macerata & putrescente, cum calce adjecta, pulcher viridis color paratur (a).

II. PETALIS REFLEXIS IMBERBIBUS.

1259. IRIS foliis linearibus, caule subnudo, petalis reflexis imberbibus, venosis, tubarum arcu acuminato.

*Iris tenuifolia* CORD. L. II. c. 42. PASSÆUS t. 3. *estiv.*

*Iris angustifolia media, seu varia* CLUS. Pannon. p. 252. & XI. *Species prior* p. 253. & XI. *altera species* p. 254.

*Iris tenuifolia Michelfeldensis spontanea forte* CLUSII *angustifolia major seu prima* J. B. II. p. 729.

& denuo *Iris tenuifolia major, flore cæruleo* & *striato angustifolia secunda* J. B. II. p. 727. ex CLUSIO.

& *Iris tenuifolia, violacea tertia* II. p. 729. ex CORDO.

*Iris corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule tereti, foliis linearibus* LINN. p. 57.

In Helvetia rara, reperitur etiamnum *Michelfeldæ* teste Clar. la CHENAL. GESNERUS etiam ait, Iridem angustifoliam hic habemus *Epist.* p. 72. b. Sed efficaciam addit parem esse & majorem, quam Illyricæ. Id de nostra dici nequit, dicit tamen Vir CI in pratis humidis tenuifoliam nasci. In Germania legeram abunde inter *Bubek & Waldek supra Jenam*.

Radix fibrosa, multiplex, fibris teretibus, anulatis, fetis coronata. Folia cubitalia, angusta, carinata, vix tres lineas lata. Caulis rectus, cubitali major, tripedalis, foliis brevibus adpersus, biflorus. Spathæ cæruleæ, flores gemini. Flos naturali plantæ totus cyaneus, Petala erecta petiolata, elliptica. Petalorum reflexorum alba origo, bractæ cæruleæ, venis saturatoris coloris pictæ, imberbes; eadem duabus appendicibus stamen nascens amplectuntur. Tubæ foliola bifida, ferrata, sub fissura triangulo eminente percursa. Aciem eorum appendix rectorum petalorum utrinque coerces. Fructus ovato trigonus, levis.

A pecore non tangitur, & sicca inodora est (b).

1260. IRIS caule inflexo, foliis ensiformibus, petalis erectis minimis, reflexis imberbibus.

*Acorum falsum* CAMERAR. *Epit.* p. 6.

*Acorum adulterinum* BLAKWELL. t. 261.

*Pseudoiris* DODON. *Coron.* p. 159. *hist.* p. 248. *palustris Hort. Aichstet. vern. ord.* 8 t. 7. f. 3.

*Iris corollis imberbibus, petalis exterioribus stigmatibus minoribus, foliis ensiformibus* LINN. p. 56.

In omnibus fossis aquosis Helvetiæ.

Radix magnum & longum, cylindricum, tuber est, deorsum fibrosum, intus rubrum. Folia amplissima, tripedalia, eminente nervo, plana cæterum & ensiformia. Caulis foliosus quadrupedalis, pauciflorus, alterne reflexus. Spatha trifolia, pro gemellis floribus. Flores speciosi, flavi: radii & nigricantes lineæ in reflexis petalis, quæ cæterum elevatis marginibus filamentum staminis sibi adherentis amplectuntur. Petala erecta minima, elliptica, magnis tumoribus tubalium petalorum aciem amplexa. Tubarum bractæ sine suo exteriori tripartitæ. Lamina exterior bicornis, sine ferrato. In ea linea eminens media parabola augetur. Fructus longus, ovatus, tribus collibus eminens, quorum quemque linea dividit.

Radix

(s) *Epist. Nat. Cur.* Dec. II. ann. 8. obs. 63. *Act.*

*Berol.* Dec. I. ann. 8.

(t) *Essays of a Societ.* at *Edimb.* V. p. 93.

(u) *Fränk. Ammerk.* IV. p. 293.

(x) *Natur. hist. of Kamtschatka* p. 219. 220.

(y) *Obstac. medic.* p. 10.

(z) L. V. c. XI.

(a) La HIRE *accid. de la vûe* p. 679.

(b) SCHREBER. III. *Saml.* p. 41.

Radix adstringit (a), tamen etiam acris, ut succi unciae tres alvum ducant (b), & succus denti dolenti admotus sensum subito tollat (c). Male adeo pro aromatico acoro in medicamenta, inque confectiones recipitur, vi adstringente vi metura potius, ut medicamentum inde stomachicum Christianus LASGE pararet (d). Frigidum esse olim LISETTUS BENANCIUS (d\*). Cum vitriolo martis infusum, ut alia adstringentia, ex vegetali regno, atramentum dat, Scotis montanis notum (e). Flos acerrimus bonum colorem flavum suppeditat (f).

GLADIOLUS (g) TOURNEFORT, t. 119. MALPIGHI f. 145.

LINN. n. 55.

Spatha bifolia. Fructus obtuse trigonus, fulcatus (h), polyspermos. Ex eo flos monopetalos (i), ex brevi tubo in sex segmenta fissus. Tria superiora (k) intervallo aliquo distant a tribus inferioribus (l). In utroque ordine medium latissimum est, supremum adeo & infimum (m). Stamina ex imo floris tubo tria (n) brevibus filamentis. Tuba in tria undulata foliola divisa (o).

1261. GLADIOLUS foliis ensiformibus, floribus distantibus LINN. p. 52.

Victorialis rotunda GESNER. CORD in *Discors.* p. 63. *Hort. Aichstett. ast. Ord.* 4. t. 10. f. 2. & f. 3. & t. 12. f. 3.

Victorialis mas CORD. *hist. L. L.* c. 32.

Gladiolus DODON. *Coron.* p. 162. *hist.* p. 209. RIVIN. *monop. irreg.*

Gladiolus Narbonensis PASSIUS *astiv.* t. 11.

β Flore albo. LOBEL.

C. GESNER minorem varietatem legit circa Chur &c. in montibus Abbatis Cellanorum. Majorem C. GESNERUS in monte Zurichberg, per agros. J. B. in prato inter Burdigni & Thuiri.

Radix bulbosa, carnosae, generat adgnatos. Caulis pedalis, & paulo ultra, erectus, foliosus, spica terminatus unilaterali, floribus aliquo intervallo distinctis. Folia ensiformia. Bractea graciles, longe lanceolatae. Flores quatuor, quinque, purpurei, speciosi; petala inferiora, macula inscripta: supremum deorsum fornicatum, reliquis imminens.

Radicem dulcem videri, in vulneribus tamen vim extrahentem validam demonstrare FALLOPIUS (a).

Ex Liliaceis per Anthericum ad Scheuchzeriam, Juncum, Acorum, Triglochin, in ordine naturali transitur; sed idem ordo naturalis cum Liliaceis plantis Orchideas connectit, radice, foliis, habitu, floribus, fructu similes, staminibus potissimum diversas. Natura in reticulum sua genera connexit, non in catenam: homines non possunt nisi catenam sequi, cum non plura simul possint sermone exponere.

I. PETA-

(a) BEAUR. *miscell.* p. 78. NEUMAN. p. 631. edit ZIMM.

(b) Ibid.

(c) ALLEN *Synops.* p. 321.

(d) PAUL AMMAN. *remed. stomach.*

(d\*) *Pharmac. franc.* p. 77.

(e) *Philos. transact.* n. 117. PECHRY. *herbal.*

p. 97.

(f) DEMSO *Monat. Beiträg.* p. 356. 367.

(g) Gladiolo folium Iridi simile; minus, angustius, mucronatum, nervosum. Caulis cubitalis; flores purpurei, in ordinem digesti, inter se distant; rotundo

femine, radicibus geminis, una parvorum bulbilorum modo supra alteram sedente, quarum inferior gracilis, superior uberior est DIOSCORID. IV. c. 20.

(b) TOURNEFORT. C.

(i) Ad B.

(k) A cum duobus proximis.

(l) Ibid.

(m) Ibid.

(n) CAMERAR. *Epist.* p. 6.

(o) MALPIGHI f. 201. TOURNEFORT. *ed. A.*

(a) *Valer.* p. 265.

## I P E T A L O D E Æ

## C L A S S I S X.

## X. L I L I A C E I S A D F I N E S.

## L S A T Y R I A.

O R C H I D E Æ L I N N. *Class. natur.* 7. O E D E R. p. 277.

A D A N S O N. p. 68.

Radices bulbosæ, teneræ, ut in Liliaceis: sic scapi simplices; folia graminea, indivisa, nervis sibi parallelis. Inter flores stipulæ. Fructus ovato-trigonus (a\*), trivalvis, valvis angustis (b); ad tria lata receptacula (c) semina congesta continent. Fructui flos innascitur: maturus idem dissilit, ut inter receptacula & vaginas, fenestris factis, semina dilabantur. Petala sena (d), sed pene constanter tria sibi similia superiora (e), & lateralia; duo interiora angustiora (f), sextum (g) in variis variis, sæpe calcare auctum longo, breviori, tantum foveam moliente, aut nullo. Machina staminea peculiaris, neque tamen in omnibus eadem. Stamina duo (g\*), plerumque; aut filamentis prædita, in membranaceis duobus loculis mobilia, qui pone petalum sextum se efferunt: aut insculpta inferiori faciei fungosæ cylindri, solis facta antheris absque filamentis; aut similia, sed distantia, duobusque columnis fungosis insculpta. Tuba, me judice, nulla, nisi foramen velis, unguine circumdatum, in germen ducens, sub staminum columna positum. LINNÆUS stamineam columnam pro tuba habet. Odor omnibus spermaticus.

In classe maxime naturali genera difficillima sunt, neque a flore repeti possunt. Ostendi (b), ut puto, abunde, calcaria non posse ad generum characteres adhiberi, cum in Orchide per sensum subrepentes gradus a calcaribus omnino nullis, ad brevissima, & sensim demum ad longiora calcaria Natura progrediantur (i). Neque divisiones labelli bona genera præbent, cum simillimas plantas lacerent, & cogant in quodque genus plantas recipere, alias radice testiculata, alias palmata, alias fibrosa. A staminibus ergo genera repetii, quæ ita recte evenerunt, ut fere TOURNEFORTIANA genera ex nostra methodo ferventur.

O R C H I S T O U R N E F O R T. t. 247. 248.

O R C H I S L I N N. n. 1009. calcare prædita.

S A T Y R I U M L I N N. n. 1010. calcare brevi, quod cum scroto comparet.

& O P H R Y O S *Spec. EJUSDEM* n. 1011. calcare nullo.

Orchidi radices bulbosæ (k), palmatæ (l), aut integræ. Stamina duo filamentis conspicuis. In staminibus proprii cuculli exstructi sunt, in brevi columna, membranacei, velo quasi clausi, quod fissum suo tempore antheras dimittit. Antheræ non sunt capsulæ, sed filum convolutum in globuli speciem, quod undique spherulas spermaticas sibi adnatas habet. Ophryn excludo, quod stamina absque filamentis sunt, antheræque habeat fungosæ columnæ innatas.

## I. CAL-

(a\*) TOURNEFORT. 248. g.

(b) 10.

(c) 12. *Orchid gener. constit.* p. 4.(d) TOURNEFORT. 6. Nectarium LINN. l. c. Sed dantur in Orchide virginica curva rubra duo nectararia, a labello diversa *Philosoph. Transact.* Vol. LIII. p. 83.

(e) TOURNEFORT. t. 247. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

(f) TOURNEFORT. 1. 3. 5.

(g) *Ibid.* 2. 4.(g\*) DUO BERNHARD. *Epist.* p. 149.(h) *Orchid. gener. constit.* p. 8. seq.

(i) p. 10.

(k) TOURNEFORT. t. 248. 14.

(l) *Lib. nostr.* p. 12. conf. in Fucifloræ figura cucullos, & stamina exenta, tum in muscifloræ &c.

## I. ORCHIS CALCARE NULLO.

OPHRYOS LINN. *Species.*

His loco calcaris levis fovea parti postremæ labelli imprimitur.

1262. ORCHIS bulbo unico, subrotundo, labello cruciformi t. 22. & *Itin. hercyn.* n. 6.*Orchis pusilla, alba, odoratu* CLUS. *Pannon.* p. 239.*Orchis coleo unico, seu monorchis, flosculis pallide viridibus* LOESEL. p. 184. t. 61.*Monorchis montana, minima, flore obsoleto, vix conspicuo* MICHELI *nov. gen.* p. 30. t. 26.*Orchis trifolia, floribus spicatis, herbaceis* SEGUIER. p. 13. t. 16.*Monorchis bifolia, flore pallide virente, Prussica* MENZEL. *pugill.* f. 5.*Orchis radice subrotunda, labello hastato* GMELIN. *Flor. Sibir.* I. p. 18. t. 4. f. 1.*Ophrys bulbo globoso, scapo nudo, nectarii labio trifido, cruciata* LINN. p. 1342.*Icon OEDERI* t. 102.

Plurimæ aliæ Caspari BAUHINI plantæ huc pertinent, ut

*Orchis Frisia lateralis* LOBEL. *ic.* p. 186.*Orchis minor Leodiensis* EJUDEM p. 167.& *Triorchis lutea, flore luteo, seu Basilica minor* & *Serapias* & *Triorchis* EGINETE p. 187.In omnibus subalpinis & montanis (a) Helvetiæ, inque urbis Bernæ propugnaculo majori, versus septentrionem, abunde. Prope *Birsek* ultima Lobeliana C. B. (b).

Radix unica rotunda, cui altera nonnunquam per oblongum filum connectitur. Folia radicalia duo, tria, ex ovatis lanceolata, in caule unicum, lineare. Scapus humilis, quatuor unciarum, aut sex: Spica densa, hætenus spiralis, ut flores oblique disponantur. Stipulæ ex ovatis lanceolatæ, germine breviores, ut in universum testiculatis, quam palmatis Orchidibus minores sunt. Germen ovale, sessile. Flos e luteo virens, mellis odore, de petiolo, ex summo ovario oblique nutat (c). Petalum supremum ovatum, lanceolatum (d). Duo exteriora inferiora ex ovatis lanceolata (e). Interiora duo lata basi, sine ad pugionis modum acuto, &amp; ad ortum ex basi incisione aliqua notata (f). Petalum sextum, seu labellum, cruciforme, ad angulos rectos trifidum (g), omnibus particulis acutis. Cuculli staminei duo (h), duæque antheræ, sub iis duæ columnæ in fauce floris laterales, &amp; in earum cum labello concursu fovea ovalis parum depressa (i).

1263. ORCHIS radicibus subrotundis, labello ovato; utrinque denticulo notato t. 22.

*Chameorchis alpina, gramineo folio* C. B. *Prodr.* p. 29. RUDBEK. II. p. 190.*Ophrys bulbis ovatis, scapo nudo, foliis subulatis, nectarii labio indiviso, obtuso, utrinque unidentato* JACQUIN. *vindob. obsf.* p. 295. t. 9. LINN. p. 1342.Planta pure alpina, in descensu *Gemmii*, in *Pané Rossa*, *Prapioz*, monte *Fouly*, *Penino*, *Gottthardi* M.

Bulbi duo, pro plantæ portione magni (k). Eorum &amp; hic, &amp; in omnibus bulbosis Orchidibus, ea est natura, ut alter hoc anno vigeat, inde periturus, alter nunc minor alterius anni scapum fit editurus. Folia linearia multa, scapo paulo breviora, pulpofa, folida. Caulis quatuor unciarum, aut sex, aphyllus. Spica florum duodecim, ad viginti. Stipula germine fere longior, ex ovato lanceolata (l). Germen sessile, subrotundum. Flores semirecti. Petala tria exteriora (m) ex ovatis lanceolata, circa staminum cucullum conflexa, viridia, linea viridi divisa. Interiora duo (n) parva, pene subulata, flava, circa cucullum stamineum conflexa. Sextum ad fauces

(a) *It. Hercyn* n. 6.(b) *Bastler Moskva*. T. II.(c) *Tab. nostr.* 22. f. 3. 4.

(d) f. 1. 2. 3. a.

(e) f. 2. b. c.

(f) f. 2. d. e.

(g) f. 2. 3. 4. 5. f.

(b) f. 6. g. ORDER.

(i) f. 6. h. ORDER.

(k) Exemplum nostrum est ex maximis.

(l) T. 22. l.

(m) a. b. c.

(n) d. e.

N<sup>o</sup>. 1262  
Ophrys Mo-  
norchis -  
Monorchis  
Tab. 22.

N<sup>o</sup>. 1263.  
Ophrys Al-  
pina W.  
Chamodorchis  
Tab. 22.

N<sup>o</sup>. 1264.  
Ophrys an-  
thropophora  
T. 23.

Morges.

1800  
10. März  
1800  
1800

1800  
1800  
1800  
t.





CHAMAEORCHIS  
pag. 132.



OPHRYIS foliis  
cordatis






CHAMAEORCHIS  
pag. 132.




MONORCHIS  
pag. 132.




OPHRYS foliis  
cordatis



EPIPACTIS foliis petiolatis,  
ovato lanceolatis floribus  
tetrapetalis, hirsulis.





Faint text at the bottom left of the page, possibly a page number or reference.

Faint text at the bottom right of the page, possibly a page number or reference.



ORCHIS maculosa Linn. Sp. Pl. 1203. n. 1.  
 Tab. 100. f. 1.  
 T. II. p. 1203.



ORCHIS radicibus Subrotundis, Spica longa flore  
 inermi, labello angusto quadrifido.  
 T. II. F. XXIII. p. 133.

Leon. Strechlin

fauces duabus plicis notatum, deinde contractum, duos (o) facit evidentes quasi denticulos; alias ea plica nulla est. Finis labelli linguæ similis, obtusus: initium depressum levem foveam molitur. Color flavus, linea media, qua distinguitur, viridis. Cuculli staminum (p), & petiolatæ (q) antheræ conspicuæ. Odor in flore orchideus.

1264. ORCHIS radicibus subrotundis, spica longa, flore inermi, labello perangusto, quadrifido t. 23. & de Orchid. p. 56.

*Orchis anthropophora oreades* COLUMN. p. 318. 320.

*Orchis flore nudi hominis effigiem representans, femina* VAILLANT. t. 31. f. 19. 20.

GARIDEL. n. 77.

*Ophrys bulbis subrotundis, scapo folioso, nectarii labio lineari tripartito, medio elongato, bifido* LINN. p. 1343.

In Aquilejensibus vulgaris, au Furet, supra Molendinum Rupense, aux Ganges, versus Echarpigny, aux Chènes supra Bex. Laufannæ in descensu a specula versus viam regiam, austrum versus: prope Moncharand versus la Douvière. Neocomi au pertuis du Sot, inter Plan & Pierabot. STÆHELINUS in monte Crenzach. Novæ villæ à Croizevaux. RAJUS Genevæ ad agrorum margines. Calida aprica sequitur.

Bulbi duo de more, & supra eos radices teretes, veræ, nutritiæ. Caulis firmus, pedalis, cubitalis. Folia radicalia graminea, caulina aliqua, breviora. Spica longissima rarior. Flores numerosi. Stipulæ germinis breviores, lanceolatæ, aristatæ. Germen ovato cylindricum, sessile, sex lineis eminentibus percursum. Flos perpendicularis. Cucullus connivens: ejus petala tria exteriora ad se invicem conflexa, magna, ovato lanceolata, quæ linea perpetua distinguuntur, ora purpurea. Interiora duo petala erecta, gracilia. Labellum in origine sua foveola levi depressum duos habet colliculos, inde discedit, colore subaureo, micante, brevissime quasi villosum, longum, gracile, longaque ex principio filiformia cruscula prodicit, ipsum longe & acute bifidum, parum dilatatum. Cruscula utraque fere cinnabarina. Cucullus staminum perbrevis, habet filamenta, & antheras, & membranaceos nidos. Odor vehemens, orchideus.

1265. ORCHIS radicibus subrotundis, labello sericeo, bifulco, brachiolis brevibus, subulatis T. 24. de Orchid. gener. p. 57.

*Orchis serapius tertia* DODON. Cereal. p. 222.

*Testiculus muscarius III. luteus* TABERNEMONT. p. 662.

*Orchis vespan referens* RIVIN. hexapetal. irregul. t. 13.

& *Referens muscam* EJUSDEM t. 19.

*Orchis musca corpus referens, sive galea* & *alis herbidis* VAILLANT. p. 147. t. 31. f. 17. 18.

*Ophrys bulbis subrotundis, scapo folioso, nectarii labio subquiquelobulo* LINN. Varietates ab æ. ad ζ. Describit nostram *Oelandsk. res.* p. 44. *Cypripedii* tunc nomine.

In herbidis acclivibus. Bernæ in der Enge, & im Weissstein. Basileæ in monte Muteto, qua ad pagos Brattelen & Muttenz descenditur: in dumeto prope das äusserste Gundeldingen, in via, qua a cornu Montis Crenzach ad pagum descenditur, in propugnaculo P. albana. In Aquilejensibus aux Chènes prope Bex, en Sublins, circa Gryon, ad viam sub villa Bury versus Vevai: in sylva Saurebeln ad austrum, à Buffigny & Crecy ad vias. Tiguri ad Silam & in monte Uthliberg. DIVERNOI sur le Crêt de Pierabot, aux Plans prope Neocomum. MEYER Scaphusie in der Enge.

Bulbi duo. Caulis cubitalis, firmus. Folia graminea, lanceolata vix uncia latitudinem attingunt, ad caulem etiam inferiorem aliqua. Spica floralis omnium Orchidum rarissima: Flores vix supra octonos. Stipula ovato lanceolata, par germini

(o) f.  
(p) i. i.  
(q) k. k.

Tom. II.

L 1

mini & longior. Germen sessile, longum, gracile. Flos perpendicularis, omnino muscam cæruleam carnivoram imitatur. Petala diducta (a) sunt, & aperta galea. Tria petala exteriora ex ovatis obtuse lanceolata (b), viridia. Duo interiora minora, gracilissima (c), atropurpurea, pene nigra, per petalorum exteriorum intervalla exeunt. Labelli initium in foveolam depressum, idem recta descendit, cauli parallelum, & continuo duo brachiola obtusa (d), saturate purpurea, edit. Inde paulum contractum quasi thoracem habet, cærulea macula notatum, quæ obtusum angulum refert (e). Tunc paulum dilatatum, in brevibus cruscis inferiora (f) secedit, caprilli pedis similia, cæterum atropurpureum, serici tonfi modo villosum & nitens. In marcescente flore fuscum fit, & macula albicat. Columna staminea absque rostro (g); antheræ facile evolvuntur (h).

1266. ORCHIS radicibus subrotundis, labello holosericeo, emarginato, appendiculato t. 24. *Orchid. gen. n. 5.*

Innumeræ huc plantæ pertinent. Ecce aliquas icones.

*Orchis referens fucum* RIVIN. t. 13.

*Orchis fucum referens major, foliis superioribus candidis & purpurascens* C. B. VAILLANT. t. 30. f. 10. 11. 12. 13.

*Orchis apem referens, Lusitanica* BREYNE *Centur. p. 98. ic. 43.*

*The Be-flower* HALE *Eden t. 48. confusa descriptio.*

*Orchis avaneam referens* SEGUIER. *Suppl. p. 244. t. 8. f. 1.*

*Orchis fuciflora galea & alii purpurascens* J. B. II. p. 766. bona descriptio.

*Ophrydis* L. LINN. p. 1343. Varietates η. & seqq.

Bernæ vulgatissima, in der Enge in Ottiana villa, in ipso urbis propugnaculo die grosse Schanze, in prædio Bodenaker, &c. In Aquilejensibus etiam vulgo, au Furet, à Chambon, aux Gauges, à Echarpigny, aux Chènes de Bex. Laufannæ in descensu sylvæ Sauvèbelin. Tiguri in monte Uetliberg, & circa villam der Höckler. Basileæ paulo ultra primam arcem dirutam montis Muteti abunde.

Aliqua utique cum musciflora communia habet, habitum, caulem, folia ad caulem pluscula, spicam raram, stipulas prægrandes, flores cucullo patulo, antheras flavas. Verum habitus muscifloræ strictior, nudior, huic foliosus & floriger densior, in statura non altiori. Flos totus undique alius. Petala tria exteriora (a) divergentia quidem, & ex ovatis lanceolata, satis similia, unum superius & duo transversa; sed alba sunt, & virente linea dividuntur, in senescente vero planta, ut in multis Epipactidis speciebus, & in Hellebori purpurascunt. Interiora duo petala a musciflora diversissima, breviter, lata (b), triangula, crassula, etiam albida, & per ætatem subpurpurea. Labellum totum ad serici tonfi modum pubescit & nitet, colore ex fusco spadiceo. Figura tota alia est. In medio fornicatum (c), ad latera depressum, amplum est, ex pentagono pene rotundum, totum circumferratum. Qua sede a columna staminea secedit, duo tumores, quasi glandulæ sunt, sericei & nitidi: sub iis glandulis duo tubera (d) exeunt, gibba, villosa, ex fusco nitentia, quorum loco musciflora crura habet superiora. Ab eo cornu oritur linea, quæ cum simili ab altero cornu, linea convenit (e), latefcit, ibi spadicea, inde ad illas glandulas, quas dixi, divaricata desinit. Sub eo arcu macula, duæve (f) maculæ virentes in labello sunt, hæc enim omnia ludunt. Imus labelli margo breviter emarginatus est, & ex hilo appendicula pene triangularis, ferrata prodit, quæ in flore integerrimo sursum reflectitur (g). Columna staminea (h) magna, duos habet nidos membranaceos (i), qui antheras flavas recipiunt. Inter eos sola hæc Orchidum Europeanum præter 1267 de staminum columna firmum mucronem viridem (k) antrosum producit, qui de latere adspæctus, caput refert aviculæ. Imi cuculli utrinque in

(a) Tab. XXIV. f. 1. 3.

(b) f. 1. 3. a. b. c.

(c) d. e.

(d) g. g.

(e) f. 1. inter g. g.

(f) h. h.

(g) f. 1. i.

(h) Conf. ibid. o. p.

(i) f. 2. 3. 4. 5. a. b. c.

(b) f. 2. 3. 4. 5. d. e.

(c) f. 2. 3. 4.

(d) f. 2. 3. g. h.

(e) f. 2. 3. 4. i. i.

(f) Ibid.

(g) \*

(h) f. 6. 7. 8.

(i) f. 6. 7. k. k.

(k) f. 2. 3. 4. 5. o. m.



N: 1265.

Ophrys my-  
odes.

T. 21.

N: 1266

Ophrys Arach-  
nites.

T. 24.

N: 1267.

Serapias  
Lingua.

N: 1268

Orchis hircina  
(Satyrium hircinum)

T. 26.

17. 1728  
Monsieur  
Mazele

17. 1728  
György Ábrahám  
1728

17. 1728  
György Ábrahám  
1728

17. 1728  
György Ábrahám  
1728





ORCHIS *sticiflora*

ORCHIS *Musciflora*

sphæram (l) definunt, & sub iis cavitas caeca (m) est, oblinita visco, loco calcaris: finisque columnæ staminæ linea spadicea circumscibitur (n).

β Eadem Orchis per ætatem insigniter mütatur. Medius denticulus labelli replicatur contra ejusdem cavam faciem, ut margo continuari videatur, & absque appendice esse. Vicissim pars superior & posterior labelli tumoribus globosis vicina introrsum vertitur, & nova tamquam brachia labello accedunt (o), quæ inter & labellum incisio adparet. Una illa venosa linea obscuratur, ut labellum villosum videatur & concolor (p). Ita nascitur Orchis *fucum referens colore rubiginoso* C. B. VAILLANT. t. 30. f. 9. t. 31. f. 15. 16. uti ex exemplis video, quæ mecum DILLENIIUS olim communicavit. Eadem est Orchis *araneam referens, rostro recurvo* MAPP. Flor. Alsat. p. 219. SEGUIER. Supplem. p. 246. t. 8. f. 2.

Orchides insectiferae arachnites OSBEKII (q) videntur ad utramque varietatem pertinere. Et constat, non fugitivis oculis inspectam Orchidem fucifloram a musciflora nos separare, sed ex intimo floris caractere. Muscifloræ petala interiora filiformia, fucifloræ lanceolata. Huic rostrum in summa columna staminea, muscifloræ nullum. Nostræ appendix in imo petalo, cujus loco musciflora bifurcum habet finem; nostræ tumores globosi sub staminum columna, & linea venosa marmorea, quæ omnia a musciflora absunt.

\* 1267. ORCHIS radicibus subrotundis, galea conglutinata, longissime rostrata, labello trilobato, ovato lanceolato. *Orchid. gen.* p. 61. n. 6.

*Orchis macrophylla* COLUMN. *ephras.* p. 321 322

*Orchis montana Italica, flore ferrugineo, lingua oblonga* C. B. RAJ. SEGUIER. Supplem. p. 248. t. 8. f. 4. ubi pro duobus petalis tria numerat.

*Serapias bulbis subrotundis, nectarii labio trifido, acuminato, petalis longiore, glabro.* LINN. p. 1344. Conf. OSBEK. *refa.* p. 99.

In Valle Tellina prope Dubino CI DICK.

Habitu cum prioribus convenit. Bulbi duo. Caulis pedalis, foliosus. Stipulæ maximæ, subpurpureæ, lineatæ, ovato lanceolatæ. Spica pauciflora. Floris fabrica tota alia est. Galea longe antrorsum rostrata, fit tribus petalis exterioribus lineatis, ex ovato longe lanceolatis: eorum faciei interiori adglutinantur duo petala interiora, ejusdem figuræ, aristata, lineata. Sextum longe descendit, vomeris simile, lanceolatum, & in origine sua duas appendices ovatas, obtusas exigit, hætenus Epipactidum similius, quæ subrectæ valleculam intercipiunt, & staminum columnam utrinque sustinent: ipsum petalon inferiori sede serpentinis, elevatis, lineis percurritur, in principio vero pubescit. Columna staminea ad anteriora longissimum mucronem producit, ut in Orchide fuciflora: cæterum duos cucullos habet & antheras petiolatas, vera Orchis. Mediis sub antheris globulus eminent, sub columna staminea pars ima, cava, unguine repletur.

Non differt *Orchis Italica lingua trifida* RUDBEK. p. 204.

## II. CALCARE BREVISSIMO.

### SATYRIA LINNÆI.

\* 1268. ORCHIS radicibus subrotundis, labello longissimo, tripartito, plicato. t. 25.

*Orchis barbata, odore hirci, brevioris & latioris folio* C. B. VAILLANT. t. 30. f. 6.

& *Longiore & angustiore folio* C. B.

*Orchis barbata, facili* RIVIN. t. 18.

*Satyrium bulbis indivisis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido, intermedia lineari elongata, oblique præmorsa* LINN. p. 1337.

Rarius, passim tamen nascitur. C. B. in monte Muteto legit, & ad Rhenum bey der Saar. Prope Lautannam en Chamblande, circa Bussigny & Crecy ad vias.

In

(l) f. 6. 7. n. n.  
(m) f. 6. 7. o.  
(n) f. 7.

(o) Vide f. nostram §. sub c.  
(p) Ibid.  
(q) Labio trifido l. c. p. 55, labio quadrifido p. 57.

In Baronatu *Gex* prope nostros limites, à la vallée de *Mison* D. *Commerfont*.  
A *Croisevaux* Cl. *Chatelain*. Circa *Pierabot*, au *Pertuis du sot* & au *bois de*  
*Piter* GAGNEBIN. In monte *Randenberg* prope *Scaphusiam* Cl. AMMAN.

Radices bulbi sunt oblongi, conici, omnium in hac gente maximi, ovi mole, & supra triuncem longi. Folia radicalia & caulina amplissima, semipedalia, & ultra, ad tres usque uncias lata. Culmus cubitalis, bicubitalis. Spica multiflora, in planta senescente praelonga, etiam curva. Stipulae (a) graciles, acutae, ex albo virentes, germinibus (b) duplo longiores. Tria petala exteriora (c) in subrotundam galeam consentiunt (d), obtusa, ovata, exterius lineata & maculata, virentia, intus rubiginosa, lineis purpureis distincta, quas puncta comitantur, & maculae. Duo petala interiora (e) & parva, subulata, amant se circa staminum columnam conlectere, & media linea dividuntur, cui rubiginosae maculae addident. Denique labellum in principio (f) calcar (g) habet, linea longius, crassum, obtusum, contra germen retrogradum. Ex eodem labello sursum appendices eminentes adscendunt; inde idem promissum, taniae [ruban] (h) simile, curvulum, duas & tres uncias longum, incerto ductu fluctuat: initium sulci alba pubes occupat: sequuntur brachiola (i) fescuncialia, repetito plicata, angusta, undulata: media vero tania plicata, in quatuor, aut quinque dentes (k) latiori sine definit, nonnunquam quasi bifida, alba eadem cum maculis purpureis; senescenti rubiginosus color obrepit, & brachiola obscure purpurascunt. Columna staminea brevis, suas in binis loculis antheras habet, spinulamque inter oculos, & mucronem ex ea sede versus calcar descendentem, sub qua semicirculus purpureus fossam unguine plenam circumlegit, quod in duas purpureas maculas colligitur.

Fætor floris singularis, hircinus. Hieme animalibus pro lacte augendo radix infunditur (l), & ea armenta utiliter pascuntur.

1269. ORCHIS radicibus palmatis, galea connivente, labello trifulco, calcare brevissimo *Gener. Orch.* p. 67. n. 12. tab. 26. Conf. GMELIN. p. 21. n. 18.  
*Orchis palmata*, *batrachites* C. B. VAILLANT. t. 31. f. 6. 7. 8.  
*Orchis palmata*, flore viridi C. B. Prodr. p. 30. RAJ. *Cantabrig.* p. 7. RUDBEK p. 216.  
*Serapias ορεωβελχλωρος* RICHER.  
*Orchis palmata*, flore galericulato, dilute viridi LUESSEL. p. 182. ic. 59.  
Icon OEDERII. 87.  
*Satyrium foliis palmatis, oblongis, obtusis, nectarii labio lineari trifido, intermedia obsoleta* LINN. p. 1337.

In Helvetiæ montosis gramineis & subalpinis frequens. Inter alpes legi in mont. *Gemmo*, *Stokborn*, *Luau*, *Tombey*, *Prapioz*, *Richard*, *la Varaz*, *Enzeindaz*. Inde in planitiem descendit, & ad sinistra paguli *Chambon* prope *Rupem* in pratis abundat. In montosis reperi, in *Vogelberg*, *Falconario*, *Feuerstein*, *dent de Vaulion*. Cl. GAGNEBIN circa *Ferrière*.

Radices duæ palmatae, trifidae, quæ perinde, ut bulbi, alterne vigent & flaccidae sunt. Culmus vix dodrantalis. Folia lata, ovata, ad caulem pauca, lanceolata. Spica rarior & longior: stipulae ovario longiores, lanceolatae. Galea pene clausa (a), quam faciunt tria petala exteriora, ovata, lanceolata (b), pallide virentia, linea divisa. Petala interiora duo subulata, gracilia, secundum columnam stamineam producta. Labellum late, aut obscure flavum, recta descendit (c), & latefcit, sine trifulco (d), segmentis lateralibus longioribus, acutis, medio breviori, triangulo: etiam inique (e) dividi vidi. Totus flos per ætatem obscure rufescit. Calcar brevissimum (f), crassum, ovatum, vix adparens. Scapus stamineus.

(a) f. 2. 3. 5. k.

(b) Ibid. i.

(c) f. 2. a. b. c.

(d) f. 3. a.

(e) f. 2. 4. 5. d. d.

(f) f. 2. 5. e.

(g) f. 3. 5. l.

(h) f. 2. 3. 4. 5. m.

(i) f. 2. 3. 4. 5. f. f.

(k) f. 2. 3. 4. 5. n.

(l) SAGAN. *de lac. pecorum* p. 17.

(a) Tab. XXVI. f. 1. 2. a. b. c. f. 3.

(b) a. b. c.

(c) \* f. 1. 2. f.

(d) f. 1. 2. 3. 4. f.

(e) f. 2.

(f) 3. 4. 9.

N<sup>o</sup> 1269  
*Orchis viridis*  
T. 26.

*Ms*  
*Valeur*






5 6



ORCHIS rad.  
plicato bipa





ORCHIS radicibus Subrotundis, labello longissimo,  
plicato tripartito T. II. F. XXV. p. 136.

5



*[Faint, illegible handwritten text]*



*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

DE HERBARIIS BREVE

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.


Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.

Herbarium, quod dicitur, est collectio plantarum, quae in aere siccatae sunt, ut in herbario conserventur.



DE HERBARIIS BREVE



ORCHIS radicibus confertis.  
teretibus, calcare brevissimo.  
labello trifido.



ORCHIS radicibus palmatis.  
galea connivente, labello  
trifido, calcare brevissimo.

neus, brevis (g), antheris globosis (h), petiolatis, cucullis folitis (i), sub  
iis arcus conicus, atque unguentata fovea.

\* 1270. ORCHIS radicibus confertis, teretibus, calcare brevissimo, labello trifido.

*Orchid. gener. p. 63. n. 8. t. 26. It. Hercyn. n. 41.*

*Orchis ορεοπολυρριζος RICHER.*

*Orchis palmata, palmis inversis, flore albo LOESEL. p. 182.*

*Orchis palmata, pratensis, latifolia, calcaribus parvis, flore albo HELWING. Sup-  
plem. p. 51.*

*Limodorum montanum, flore albo, virescente CHOMEL. Mém. de l'Acad. des Scienc.  
ann. 1705*

*Pseudorchis alpina, flore herbaceo MICHELI nov. gener. t. 26.*

*Helleborine Breckenberyevis RIVIN. t. 3.*

*Icon OEDERI. t. 115.*

*Satyrium bulbis fasciculatis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido, acuto, lacinia interme-  
dia obtusa LINN. p. 1338. add. Iter. Scan. p. 153. JACQUIN. p. 294.*

In omnibus alpinis gramineis, ut recensere non adtineat. Etiam in montanis, mont.

*Chasseralle, die Schafbalde, Tête de rang, à Roulier, &c. Prope Gelterkinden  
Frid. ZWINGER. Utique in M. Bructero legi.*

Flore purpureo legi sur champ.

Radices abtque communi carpo, teretes, confertæ, fenæ, octonæ, novenæ. Scapus  
pedalis, firmus, foliosus. Folia lanceolata. Spica densa & longa. Flores patuli.  
Stipulæ germine longiores, ex ovatis lanceolatae. Galea (k) conjuncta ex tri-  
bus exterioribus petalis, ovato lanceolatis: duo interiora circa columnam itami-  
neam complicata (l), similia. Calcar dimidii germinis longitudine (m), sine  
recurvo. Labellum breve, trifidum (n), segmentis acuminatis, medio longio-  
ri (o), obtusiori, viridi: galea alba aut ochroleuca, etiam rosea. Columna ita-  
minea (p) adest, & antheræ elasticæ.

Calcar hujus Orchididis ostendit, non posse a reliquis Orchidibus avelli, ut a  
sequente.

1271. ORCHIS radicibus palmatis, spica densissima, flore resupinato, calcare bre-  
vissimo. *Orchid. gener. constit. p. 64. n. 9. t. 27. It. Helvet. n. 32.*

*Palma Christi minor CAMERAR. Epit. p. 627.*

*Orchis μικροαλπικουωδης RICHER. & minor. ibid. cum caractere.*

*Orchis palmata, angustifolia, flore nigra C. B. SCHEUCHZER. It. I. p. 45. It. IV.  
p. 339. SEGUIER. p. 133. t. 15. f. 17.*

*Satyrium bulbis palmatis, foliis linearibus, floribus resupinatis, nectarii labio indiviso, ovato  
acuminato LINN. p. 1338. Conf. JACQUIN. vindob. obs. p. 293. n. 91.*

β Flore roseo lecta a me in mont. Ovanaz, à la Joux verte, in Ezeinda, Mayen;  
in monte Suisse a SCHEUCHZERO, in monte Gamor ab ILL. Viro J. GES-  
NERO: in monte Pilato a Mauritio CAPPEER.

Nigra vulgo in alpinis, etiam in montanis, abunde provenit. Reperi in monte Su-  
chet, Grandvi, Salevas, Thuiri, dent de Vaulion. Cl. GAGNEBIN in Tête  
de Rang, Chasseralle. D. CHATELAIN à la Brévine. Descendit in planitiem,  
& nascitur auf der Rosweide, prope Thun, & in glareis fl. Kander.

Ob folia linearia valde Chamæorchidis adfinis: sed radix palmata, trifida. Scapus do-  
drantal, & minor, firmus, etiam foliosus: Folia linearia, tamen & latiuscula  
vidi, ad usque sex lineas. Spica densissima, ovato conica. Stipulæ germine longio-  
res, longe aristatæ. Flos saturate purpureus, pene niger, in altioribus alpinis  
rarius roseus, odore caryophyllorum eximio. Ita resupinatur, ut galea inferiori  
loco sit, labellum cum calcare superius (q). Galea patentissima, petalis quinis,  
in semicirculum (r) dispositis, omnibus lanceolatis, ut tamen duo (s) interiora  
minora

(g) f. 5. 6. 7.

(h) f. 5. 6. 7. h.

(i) f. 6. 7. i.

(k) T. 26. f. 5. a. b. 4.

(l) f. 5. d.

(m) f. 7. E.

(n) f. 5. e.

(o) Ibid.

(p) f. 8.

(q) T. 27. f. 1. 2.

(r) f. 1. 2. a. b. c.

(s) d. e.

minora sint. Labellum simplicissimum, vomeris simile (t), ovato lanceolatum, reliquis petalis majus, ora dentata. Calcar dimidia linea non longius (u). Stamina columna folita, & bini staminum nidi (x). Antheræ clavatæ, & inter cucullos spinula.

Incocta radix dicitur lac in fervorem ciere. Flores spiritum vini violaceo colore tingunt (y).

1272. ORCHIS radicibus subrotundis, spica densissima, petalis exterioribus aristatis t. 27. It. Helvet. II. n. 31.

*Orchis rotunda* Dalechamp. LUGD. p. 1556.

*Orchis bulbis indivisis, nectarii cornu brevi, labio trifido, petalis in setam apice spatulata abeuntibus* JACQUIN. Vindob. obs. 88. p. 292.

*Orchis bulbis indivisis, nectarii labio trifido, medio trilobo, cornu brevi, petalis apice subulatis* LINN. p. 1332.

In Helvetia passim provenit, potissimum in Aquilejensibus, aux Gauges, prope Roche, & au Furet, in mont Prapioz, Javernaz, la Varaz, in Wängenalp, Rohtenborn, & in Sattel Abbatiscellanorum. In Montanis pariter frequens, in monte Grandvi, Pouilleret, Tête de Rang.

Bulbi oblongi, conici. Scapus firmus, pedalis, cubitalis, foliosus. Folia lanceolata. Spica brevis (a), confertissima. Stipulæ germinis longitudine. Flores sæpe resupinati, ut labellum spicæ basin (b) respiciat, galea ab ea recedat. Galea fit tribus (c) exterioribus petalis, circa columnam stamineam conflexis, ovatis, sed aristam dimidio petalo æqualem producentibus, cujus finis latior & pene clavatus est (d). Duo petala interiora scapum stamineum tegunt, lata, lanceolata (e), arista breviori. Labellum breve, tripartitum (f), segmentis lateralibus quadrangulis, medio latiori, emarginato, cum spinula de incisione eminente (g). Totus flos læte purpureus, labellum maculis saturati coloris varium. Calcar (h) tertiæ parti longitudinis germinis æquale. Columna staminea classica, cum loculis, antheris (i) & spinula inter loculos.

1273. ORCHIS radicibus subrotundis, labello quadrifido, calcare brevissimo t. 28.

*Orchis Pannonica* IV. CLUS. Pannon. p. 236. 238.

*Orchis militaris pratensis* SEGUIER. p. 123. t. 15. f. 4. humilior C. B. VAILLANT. t. 32. f. 35. 36.

*Orchis militaris, minor* RIVIN. t. 17. & Minima ibid.

Icon OEDERI t. 103.

*Orchis bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido, punctis scabro, cornu obtuso, petalis distinctis* LINN. p. 233. Oland. k. p. 45.

Absque maculis SCOPOLI.

In Helvetia frequens, Bernæ etiam potissimum, ultra Seelhofen, ad Arolam. Circa Wiffenburg. Prope Roche, circa Chambon, aux Gauges, à Bex. In montanis circa Dornach, au Creux du vent.

Culmus dodrantalis, foliis radicalibus octonis, ad unciam latis, caulinis paucis. Spica brevis, densa, per senium laxatur. Stipulæ albæ, linea purpurea divise, germinibus breviores, ex ovatis lanceolatæ. Galea, conjuncta ex tribus petalis exterioribus: mucronata eadem & quasi aristata: medium extus saturate purpureum, qui color in spica juniore dominatur: duo lateralia exterius eundem colorem præ se ferentia, interius ex albo viridia. Petala (k) duo interiora (l) parva, lanceolata: ea quinque petala interius lineis & maculis purpureis pinguntur. Labellum lacteolum, purpureis guttis adpersum (m), planum, latiusculum; duo superiora (n) brachiola ad angulum rectum producit, lata, lanceolata,

(t) f. 1. 4. g.

(u) f. 1. f.

(x) f. 4. h.

(y) f. 4. i.

(z) LINN. plant. tinctor. p. 24.

(a) Tab XXVII. f. 1. 2.

(b) Vide t. 2.

(c) f. 4. 5. 6. a. b. c.

(d) f. 6.

(e) f. 6. d.

(f) f. 3. 4. 5. 6. e.

(g) f. 5.

(h) f. 6. g.

(i) f. 7. h.

(k) T. 28. f. 1. 2. 3. 4. a. b. c.

(l) f. 2. 5. 6. d. e.

(m) f. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. f.

(n) f. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. g. g.




N<sup>o</sup> 1272.  
Orchis globo-  
sa.  
Tab. 27.

N<sup>o</sup> 1273.  
Orchis ustulata  
T. 28.

N. 1773  
Orbis globus  
14  
Monsieur C  
Postquam M


N. 1773  
Orbis globus  
14



ORCHIS radicibus Subrotundis.  
Spica densissima, petalis exterioribus  
aristatis




ORCHIS radicibus palmatis,  
Spica densissima, flore rarisimo,  
calcare brevissimo.




ORCHIS  
 speciosa  
 L.

ORCHIS  
 speciosa  
 L.



*Grasses*  
*with small seed heads*

1811  
 1812





*ORCHIS radicebus palmatis, flore concolore, labello obtuse trifido, calcaris germanice breviori*

T. II. tab. 29. p. 139.



*ORCHIS radicebus palmatis, calcaris longissimo, labello unicolore, trifido, obtuso*

T. II. p. 147.

T. Stroocklin. Sculp.

F.3. F.4. F.2.

F.8.



OR radicibus palmatis, calcare longis-  
ello unicolore, trifido obtuso

T. II. tab. 29. p. 139.

T. II. p. 147.

J. Steereklin. Sculp.



N<sup>o</sup>. 1275.  
Orchis variegata  
(— militaris minor)  
T. 30.  
—

Ms. 1572.  
Ordnung  
dato  
[unintelligible]  
[unintelligible]  
[unintelligible]

non raro uno dente incisa. Ex medio corpusculo duo crura ulteriora (o) ad angulum obtusum discedunt, & per ætatem curvantur, atque acutiora adparent. Ea inter spinula (p) minuta exit. Calcar curvulum (q) dimidio germine paulo brevius. Columna staminea (r) parva, suos habet loculos (s) & pallentes antheras (t), & inter nidos spinulam, & sub staminibus viride unguen (u).

III. CALCARE LONGIUSCULO.

ORCHIDES LINN.

1274. ORCHIS radicibus palmatis, flore concolore, labello obtuse trifido, calcare germine brevior t. 29. *Gen. Orchid.* p. 68. n. 13.

*Orchis palmata angustifolia minor, odoratissima* C. B. *Basil.* p. 24. *SEQUIER Supplem.* p. 25. t. 8. f. 6.

*Palmata caryophyllata* J. B. II. p. 777.

*Orchis bulbis palmatis, nectarii cornu recurvo, labio ovato, acuto, foliis linearibus* LINN. p. 1335.

*Flore rubello* legi in altissimo monte la Boulaire, supra Enzeindaz, in mont. St. Bernhard, Fouly, Sanetsch; misit etiam ex monte Pilato Cl. CAPPELLER. *Mischfeldæ* C. B. & la CHENAL.

*Albida flore* in monte *Wasserfall*. Versus *Melimpfch* HUBERUS.

Non est varietas Palmatæ calcaribus oblongis; et si multa conveniunt. Duriori est caule, duris & sursum rigentibus foliis, linearibus, quatuor & quinque uncias longis. Culmus pedalis, cubitalis. Stipulæ germine longiores, longe aristatæ. Flores concolores, dilute, etiam suaviter, purpurei. Petala tria exteriora (x) expansa: medium subrectum, ovatum, modice ferratum, lateralia transversa, paulum lanceolata. Duo interiora breviora, lanceolata (y), leviter ferrata, circa columnam stamineam conflexa, quam curvata tegunt. Labellum parvum (z), petalo supremo brevius, pene æqualiter, neque profunde trifidum, medio segmento (a) latiori, modice acuminato, lateralibus paulo angustioribus. Calcar (b) ovario brevius, latiusculum, mucronatum. Columna (c) staminea brevis. Antheræ flavæ (d). Odor singularis, gratus, validus.

A Palmata longis calcaribus differt, calcare duplo breviori, latiori, petalis ferratis, labello longiori, minus lato, lacinia media magis producta, firmitate sui habitus.

1275. ORCHIS radicibus subrotundis, spica brevissima. labello breviter quadrifido, circumferrato, punctato. *Gener. Orchid. constit.* p. 77. n. 20. tab. 30.

*Orchis militaris minor.* C. B. & in tabula nostra ad RUPPIUM addita VI. quæ humilioris exprimit.

*Orchis militaris* RIVIN. t. 15. quæ altior.

*Orchis militaris, pratensis, elatior, floribus variegatis* SEQUIER. t. II. p. 123. t. 15. f. 3.

C. B. suam Basileæ ponit in monte *Mateto*, in *Salera* monte RAJUS; incertum an nostram, quam in Germania & Gottingæ abunde; in Helvetia nondum legimus.

Inter minores est Orchidum, foliis radicalibus numerosis, dodrantem uncie & unciam latis, lanceolatis. Scapus dodrantalis, pedalis, ubi altior. Spica brevis, conferta, rotunda, uncialis. Stipulæ coloratæ, lanceolatæ; germine æquales, aut majores. Galea (e) connivens, quam tria petala exteriora (f) faciunt, antrorsum producta, mucronata, extus subpurpurea; linea media purpurea divisa. Interiora duo petala (g) gracilia, longe lanceolata, supremo adglutinata, super

(o) f. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. h. h.

(p) Ibid. i.

(p\*) Nullum ROSEN. *claf* 49.

(q) f. 3. 7. 9. i.

(r) f. 6. 8. 10. k.

(s) f. 9. 10. l.

(t) f. 9. 10. 11. 12. m. m.

(u) ORDEK.

(x) T. 29. f. 2. a. b. c.

(y) f. 2. 3. d. e.

(z) f. 2. 3. f.

(a) Ibid. g.

(b) f. ib. h.

(c) f. 2. 4. k.

(d) f. 2. 4. i. i.

(e) T. 30. f. 2. 4.

(f) f. 2. 3. a. b. c.

(g) f. 2. 4. d. e.

per stamineam columnam conflexa. Labellum (*b*) latius, brachiolis duobus (*i*) & totidem crasculis (*k*); superiora brachia descendunt, obtusa, ferrata: inferiora brevia, parum a se invicem discedunt, lata, ferrata, cum spinula (*l*) ex angulo divisionis egrediente: totum labellum album est, & purpureis lineis pingitur. Calcar (*l*\*) germine brevius, curvulum, descendens, cis finem latius. Columna staminea angusta, cum purpureis cucullis, flavis antheris, & unguentata fede, in qua fovea, quæ ad caveam germinis ducere videtur.

1276. ORCHIS radicibus subrotundis, spica longa, labello quadrifido, brachiolis angustis, crasculis latis, ferratis. *Orchid. gen.* p. 78. n. 21. t. 31.

*Orchis militaris major* J. R. H. VAILLANT. t. 31. f. 27. 28. 29. RIVIN. t. 16.

*Orchis magna, latis foliis, galea fissa seu nigricante* J. B. II. p. 719.

Orchidum fere speciosissima. Bernæ passim provenit, ut in sylva supra fratris mei villam die Hall. J. GESNER *Figuri* legit. C. B. in monte *Muteto*, mont. *Crenzach*, ZWINGERUS *beym neuen Hause* (*m*). RAJUS ad latus sylvofum montis *Salera*. Cl. le CLERC à *Ruth*, à *la Pierrière de Cognoy*, dans le *Nant de trainant*.

Bulbi oblongi. Folia ad terram amplissima, tres, & quatuor uncias lata, semipedem longa & ultra, neque caulina pauca. Scapus cubitalis & altior. Spica longa, cylindrica. Stipulæ pro portione minores, latæ, longe aristatæ. Flos triplo major, saturata purpura conspicuus, quæ galeam extus tingit. Ea connivens (*r*), antrorsum producta. Petala tria exteriora (*o*) ex ovatis lanceolata, medium æqualiter, lateralia extus latiora, omnia tribus nigris lineis percurta, sæpe etiam punctata, extus atro sanguinea, intus pallidiora. Petala interiora (*p*) staminum columna longiora, subulata, erecta, divergentia, pallida, punctata. Labellum (*q*) juniore flori angustius, in adulto valde latum, pallidum, punctis purpureis pictum, quæ sunt brevium pilorum fasciculi: oræ purpureæ, brachia duo, crura duo. Brachiola (*r*), quam in 1277. longiora, gracilia, crascula (*s*) duplo latiora, divergentia. Pectus latiusculum & deorsum latefcens, spinula media (*t*), eminente, quæ in vetusto flore evanescit. Calcar (*u*) dimidii germinis longitudine, in duos quasi globulos divisum. Columna staminea (*x*) brevis, in duo tubercula terminatur: cuculli (*y*) purpurei, antheræ globosæ (*z*), spirales, flavescentes: vallecule (*a*) sub columna unguentata, cum via, quæ ad ovarium ducere videtur.

1277. ORCHIS radicibus subrotundis, spica conica, labello quadrifido, brachiolis & pectore perangustis. *Gener. Orchid.* n. 22. tab. 28.

*Orchis latifolia, biante cucullo major* J. R. H. VAILLANT. t. 31. f. 21.

*Orchis mascula* RIVIN. t. 15.

*Orchis galea & alia cinereis* J. B. II. p. 755. Conf. LINN. *Olusk ref.* p. 45.

In Helvetia vulgarissima, Bernæ etiam potissimum, auf der grossen Schanze, unterm Sandrein, &c. Sic circa Roche aux Gauges, à Chambon. Laufannæ en Chamblande.

Multo priori 1276. humilior, pedalis, vix cubitalis. Folia unciam & fescuncem lata, longa ad quatuor, acutiora, quam majori 1276. Spica conferta, conica, biuncialis. Stipulæ breves, latæ, lanceolatæ, aristatæ. Floris proportionibus totæ diversæ. Galea (*b*) ex conjunctis, mucronatis petalis facta: sed tria petala exteriora (*c*), extus peculiari, subcæruleo candore conspicua, lineata, acutiora, acumine longiori, quam 1276. Lineæ eorum petalorum purpureæ, ternæ, & quasi effusa per albam naturam purpura. Duo petala interiora (*d*) similia, erecta,

(*b*) f. 2. 3. 4.

(*i*) Ibid. g. g.

(*k*) Ibid. h. h. h.

(*l*) f. 3. k.

(*l*\*) f. 4. i.

(*m*) *Basler Merkwürd.* p. 763.

(*n*) f. 2. 5.

(*o*) f. 2. 3. 5. a. b. c.

(*p*) f. 2. d. e.

(*q*) f. 2. 3. 4. 5.

(*r*) f. 2. 3. 4. 5. g. g.

(*r*) Ibid. i. i.

(*s*) f. 2. 3. 4. 5. k.

(*u*) f. 2. 3. 5. h.

(*x*) f. 4. m.

(*y*) Ibid. n. n.

(*z*) Ibid. o. o.

(*a*) Ibid. p.

(*b*) T. 28. f. 1. 3. 4. a. b. c.


(*c*) Ibid.

(*d*) f. 4. 5. 9. d. e.



ORCHIS radicibus subrotundis, spica conica, labello quadrifido, brachiolis et pectore perangustis.

ORCHIS radicibus subrotundis, labello quadrifido, calcare brevissimo.



ORCHIS



ORCHIS

10

10





ORCHIS radicibus Subrotundis, labello  
quadrifido, brachiolis angustis, crus  
culis latis. Servatis

Johann Starbkin. Sculp. AV

T. II. tab. 31. pag. 140.

31. pag. 140.

erecta, subulata, purpurea, quæ majori punctata, unica linea distincta. Label-  
lum multo (e), quam in 1275. & 1276. angustius, & longius pectus, five ea  
labelli pars, quæ est inter brachiola & crufcula. Brachiola fere (f) similia 1276.  
ad dimidia crufcula protensa, fere versus ovarium curvula: crufcula breviora  
(g), multo angustiora, quam priori, suis brachiolis duplo latiora, modice fer-  
rata. Spinula (b) de divisione evidens: labellum fere album, penicillis pilorum  
purpureis pictum, deorsum non latefcens. Calcar (i) simile, germine dimi-  
dio brevius, sine diviso. Columna staminea (k) brevis, in obtusum mucronem  
terminata (l), sub quo unguentata vallecula (m), & vix ad germen vestigium.  
Antheræ (n) manifestissimo funiculo fiunt, in spiram convoluta, ad quam sphæ-  
rula spermatica flavæ adhærent. Cuculli foliti (o).

I. Hujus speciei duæ insignes varietates sunt. Prior sola gracilitate brachiolorum, pe-  
ctoris, & crufculorum diversa.

*Orchis finiam referens* J. R. H. VAILLANT. t. 31. f. 22. 23. 24. 25. 26. SEGUIER.  
t. 15. f. 9. RUDBEK. p. 194. iste *Cercopithecum* nominat.

*Orchis altera Oreades cercopithecophora* COLUMN. *Epfras.* p. 320.

*Orchis cercopithecum exprimens, Lusitanica altera* BREYNE *centur. ic.* p. 42.

*Orchis flore nudi hominis effigiem representans* MAE EHRHARD. & MAPP. p. 256.

Passim legi; etiam *Michelfeldæ* provenit, Genevæ, & in *Brittenwald* Glaronensium  
a Cl. RAMSPEK reperta est.

II. Flore immaculati candoris, crufculis recta protensis, spinula de crufculorum in-  
tervallo insigni; *Seduni* lecta. Eam cum iconibus J. BURMANNI & BER-  
NARDI de JUSSIEU comparavi, cumque planta Veronensi a Cl. SEGUIER  
missa: eamque habeo pro *Orchide anth-opophora Oreade* COLUMN. *Epfras.* II.  
p. 9. uti dudum *Tancredus* ROBINSON (p).

Reperitur etiam carneo colore, cum lineis in galea purpureis, punctisque rubris,  
pectore labelli rubris maculis picto.

LINNÆUS *Orchidum* priorum commentationem (q) plurimum emendavit, veras-  
que species restituit. *Orchides* tamen 1275. 1276. & 1277. etiam in nuper-  
rima editione conjunctas reliquit, & nomen fecit *Orchis bubis indivisis, nectari-  
rii labii quinquefido, punctis scabro, cornu obtuso, petalis confluentibus* p. 1333.

Facilibus tamen notis differunt, in aliis similes, *Orchidi minori* 1275. statura humi-  
lis, bractæ majores, spica brevissima, labellum breve, totum punctatum, bra-  
chia, & crufcula brevia, petala interiora duo circa columnam stamineam  
conflexa.

*Orchidi militari majori* 1276. statura altissima; bractæ minores, flores triplo majores;  
floris galea extus atropurpurea, brachiola angustiora, quam 1275. neque  
ferrata, crufcula & pectus latiora, petala interiora recta.

*Orchidi mascule* RIVINI ut a 1276. distinguatur; galeæ petala exteriora longiora,  
longius antrorsum mucronata, extus alba, internis lineatis, non punctatis,  
corpufculo longiori, & crufculis, & iisdem gracilioribus. Statura humilior.

1278. ORCHIS radicibus palmatis, caule solido, labello trifido, ferrato, medio  
segmento acuminato. *Orchid. gener.* p. 69. n. 14. t. 32.

*Orchis palmata, montana, maculata* J. B. VAILLANT. t. 31. f. 9. 10.

*Palmata maculata* RIVIN. t. 8.

& non maculata RIVIN. *ibid.*

& angustifolia, maculata EJUSDEM t. II.

*Orchis bubis palmatis, patentibus, nectarii cornu germinibus breviora, labio plano, petalis  
dorsalibus patulis* LINN. p. 1335. *Oelandisk. ref.* p. 48.

Vulgatissima in gramineis montosis.

Flore albo circa *Echarpigny* & alias lecta.

Vulgaris

(e) f. 2. 3. 4. 5. 6. 9.

(f) f. 2. 3. 4. 5. 6. 9. f. f.

(g) f. 2. 3. 4. 5. 6. 9. g. g.

(b) f. 2. 3. 4. 5. 6. h.

(i) f. 4. 6. i.

(k) f. 5. 6. 7. 8. k.

(l) f. 6. o.

(m) f. 6. 7. n.

(n) f. 7. 8. 9. m. m.

(o) *ibid.* l. l.

(p) *RAJ. letters* p. 369.

(q) *Ad. Upsal. ann.* 1740.

Tom. II.

N n

Vulgaris planta ab Orchide 1279. distinguitur foliis aliquanto angustioribus, caule folido quam ea fistulosum educit, aliquanto altiori, cubitali, qui ei pedalis fit, flore ferius erumpente. Nostræ etiam folia frequentius nigrioribus maculis variant. Spica nostræ magis triangularis, in vulgatissima palustri magis cylindrica est; stipulæ multo minores, etiam lanceolatæ; flos pallidior, dilute violaceus. Petalum supremum (r) subrectum, etiam revolutum, purpureum, lateralia bina semi subrecta (s), antrorsum cava, ex ovatis lanceolata, maculata. Duo interiora (t) circa columnam stamineam complicata, pallida purpurea. Labellum (u) profundius trifidum, quam in palustri 1279. segmentis ferratis (x), triangularibus, medio acutiori (y); solet idem lineam purpuream inscriptam habere, in universum peripheriæ (z) parallelam, interque eam & fauces puncta, lineas & maculas saturate purpureas. Alba etiam suas lineas, sed pallidas habet. Calcar (a) ovario aliquanto brevius, obtusum, modice incurvum. Cuculli staminei lati, spinula distincti: sub iis sedes unguine plena, in qua fovea (b), quæ ad cavitatem germinis ducere videtur.

1279. ORCHIS radicibus palmatis, caule fistuloso, bracteis maximis, labello trifido, ferrato, medio segmento obtuso. *Orch. Gen. constit.* p. 70. n. 15. t. 32. Innumeras veterum plantæ huc refero, ut *Orchidem palmatam pratensem, latifoliam* C. B. VAILLANT. t. 30. f. 14. 15. t. 31. f. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 10.

& *Orchidem palmatam palustrem alteram* C. B.  
 & *Orchidem palmatam palustrem, totam rubram* C. B.  
 & *Orchidem palmatam palustrem, tertiam* C. B.  
 & *Orchidem palmatam palustrem, latifoliam* C. B.  
 & *Orchidem palmatam pratensem, maculatam* C. B.  
 & *Orchidem palmatam palustrem, maculatam* C. B.

Hæc palmata palustris latifolia, spica foliosa RAVIN. t. 9.

& *Maculata, spica foliosa* ibid.

*Orchis bulbis subpalmatis, rectis, nectarii cornu conico, labio trilobo, lateribus reflexo, bracteis flore longioribus* LINN. p. 1334. *It. Oeland.* p. 48.

Icon OEDERI t. 266.

*Satyrium femina* BLAKWELL. t. 405.

In omnibus pratis humidis.

Folia ei, quam in 1278. latiora. Caulis mollis, fistulosus humilior: Stipulæ floribus longiores, peculiarem spicæ foliosamque faciem impertiunt: spica cylindrica, obtusa; flores majores: petalum (c) supremum ex ovato lanceolatum, imminet petalo quarto & quinto, & staminum columnæ. Duo lateralia petala (d) ex ovatis lanceolata, latiora, partim eriguntur, partim recta exeunt. Petala interiora (e) ovato lanceolata, purpurea, se circa scapum stamineum confluunt. Labellum latum (f), convexum, lateribus retrorsum cedentibus, ora circumferrata, manifesto trifidum, segmento medio breviori (g), ferrato. Maculæ & lineæ purpureæ, minus bono, quam in n. 1279. ordine. Calcar (h) germine brevius, conicum, incurvum, obtusum. Columna staminum purpurea; sic cuculli, antheræ virentes, quas spinula distinguit.

Flore albo ludit & roseo.

\* 1280. ORCHIS radicibus palmatis, bracteis coloratis, labello circumferrato, trilobato, lobo medio emarginato.

*Orchis palmata, lutea, labio floribus maculato* SEGUIER *Supplem.* p. 249. t. 8. f. 5.

*Orchis bulbis palmatis, nectarii cornu conico, labello obsolete trilobo, serrato, petalis dorsalibus reflexis* LINN. p. 1335. *Cur vocat Incarnatam Flor. Suec.* II. p. 312. *Emend.* III. n. 178.

Primum legi in monte *Joux verte*, deinde etiam super *les Plans* & ad alpes Griseas lecta est.

*Palmata*

(r) f. 2. 3. a.  
 (s) Ibid. b. c.  
 (t) Ibid. d. e.  
 (u) Ibid. g. h.  
 (x) g. g.  
 (y) h.  
 (z) Integra LINN.  
 (a) f. 3. i.


(b) f. 2.  
 (c) f. 2. 3. a.  
 (d) Ibid. b. c.  
 (e) Ibid. d. e.  
 (f) f. 4. g. h.  
 (g) f. 5. h.  
 (h) f. 6. g.



ORCHIS radicibus palmatis, caule solido, labello trifido ferrato, medio segmento acuminato.

ORCHIS radicibus palmatis, caule fistuloso, bracteis maximis, labello ferrato trifido, medio segmento obtuso.

Tom. II. Tab. 2. p. 11. m. 1.



ORCHIS radiata, Linn. Sp. Pl. 1033. [Faint botanical text, likely a Latin description of the plant species.]

N<sup>o</sup>: 1281  
*Orchis pal-*  
*lens.*  
Tab. 30.

Nr. 1581  
Ordnung  
Jahr  
1850



*Palmata*, carpo, ut in specie 1278. crasso. Folia quatuor, quinque, uncia latiora, quadruplo longiora. Culmus pedalis, spica densa, ut priori, bracteis lanceolatis, multo flore longioribus, albis. Galea pene clausa, petalum primum super quartum & quintum conflexum, ista super scapum stamineum: ea quinque petala ex albis sublutea: in secundo & tertio linea flavescens: eademque per aetatem a primo ad angulum rectum recedunt. Petalum sextum circumferratum, trifidum, medio segmento emarginato, flavum, maculis in principio petali inque faucibus porpureis, sex lineis flavescens, sibi parallelis, pictum. Perinde fornicatum est, reflexis lateribus. Calcar obtusum, emarginatum, germi æquale. Ad latera cucullorum stamineorum cornicula brevia, & inter eos spinula. Sub ea columna spatium unguinosum, duabus lineis rufis interceptum. Nullus ei odor. Valde dubito a n. 1279. diversam esse, etsi nobilis est varietas.

β *Orchis palmata*, *Saminici odore* C. B.

*Orchis pannonica* VII. CLUS. *Pannon* p. 239 240.

*Saxifraga flore luteola* RIVIN.

*Orchis sambucina* LINN. p. 1334. *Olanck. ref.* p. 148. *Flor. Suec.* n. 803. quam Vir Cl. stipulis multo minoribus differre autumat, omnino non differt, & bractæas perinde coloratas habet, ut nunc video, comparatis Jenensibus & Helveticis exemplis.

\* 1281 ORCHIS radicibus subrotundis, petalis galeæ lineatis, labello trifido, integerrimo. *Orchid. gen.* p. 73. n. 17. t. 30. f.

*Orchis præcox alba, barba luteola* RUPP. cum icone in priori edit.

*Orchis bulbosa, floribus flavescens* SEGUIER *Suppl.* p. 247. t. 8. f. 3.

Detexi à la *Joux verte* secundum oram sylvæ *Fraversin*, qua descenditur a torrente *des males pierres*. In alpidibus *Griset*, *Jenæ in Raubenthole*.

In plerisque *palmatæ* præcedenti convenit. Bulbos tamen rotundos habet. Folia valde lata, ad duas uncias, acuta, radicalia. Scapus nudus est, vix dodrantalis. Spica pauciflora, rara. Bractææ perinde coloratæ, subluteæ, germine breviores. Petala quinque sursum versa, reflexa, ut in morionibus. Petalum supremum (i) super stamineum scapum se conflectit, ovatum idem, tribus lineis distinctum. Petala duo lateralibus (k) subrecta, ex ovatis lanceolata, obtusa, tribus lineis divisa, ochroleuca: petala interiora (l) luteola, quam morioni feminæ latiora & obtusiora, unica virente linea divisa. Labellum (m) flavum, trifidum, convexum, ad fauces villosum, lateralibus segmentis (n), quam in 1282. minoribus, medio breviori (o), latiori, emarginato, neque dentato, ut in n. 1282. Calcar (p), etiam gracilius, germinis fere longitudine, sine sursum recurvato, tamen subgemello. Non habet ulla maculas.

A sequente differt foliis latioribus, lineis petalorum paucioribus, petalo quarto & quinto latioribus, calcare longiori, sursum curvo, labello non ferrato.

Cur omittit LINNÆUS, qui *sambucina* abundat?

Urinæ felis odore est, ut feminas teneras fere in animi deliquium præcipitet.

1282. ORCHIS radicibus subrotundis, galeæ petalis lineatis, labello trifido, crenato, medio segmento emarginato. *Orchid. gen.* p. 72. n. 16. t. 33.

*Orchis morio femina* C. B. VAILLANT. t. 13. f. 31. 14. SEGUIER. t. 15. f. 7.

*Orchis* RIVIN. t. 13.

*Orchis morio femina, calcare extuberante bifariamque diviso* SEGUIER p. 126. t. 15. f. 8.

β. *Orchis morio femina proterior, majori flore* J. R. H. VAILLANT. t. 31. f. 33. 34.

*Orchis angustifolia* RIVIN. t. 19.

Icon OEDERI 1253.

*Orchis bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido, crenulato, cornu obtuso, petalis omnibus connatis* LINN. p. 1333. *Olanck. ref.* p. 46.

In

(i) f. 2. a.  
(k) f. 2. b. c.  
(l) f. 3. d. e.  
(m) f. 9.

(n) f. 5. f. f.  
(o) f. 6. g.  
(p) f. 3. h.

In pascuis aridioribus vulgatissima

Scapus dodrantalis, in  $\beta$  tamen altior, etiam pedem superat. Folia semuncem lata, lanceolata. Spica cylindrica, in  $\beta$  rarior, pauciflora, ceterum vix excedit 12. flores. Stipulae coloratae, germine paulo longiores. Galea connivens (*q*). Exteriora (*r*) tria petala obtusa, lanceolata. lineis parallelis distincta, cujuscunque flos coloris fuerit, semper viridibus: supremum incurvo mucrone se super columnam stamineam conflectit, tribus fere lineis distinctum; secundum & tertium lineis fere senis pinguntur, eademque eriguntur, & latera galeae perficiunt, neque, ut in morione mare, retrorsum vertuntur. Petala duo interiora (*s*) ovato lanceolata, lineata, pariter se super columnam stamineam curvant. Labellum medium convexum (*t*), ea sede maculosum, lateribus retrorsum plicatis, ut spatium interceptant. Ejus ambitus ferratus est (*u*), & emarginatus: deque eo hilo exit segmentum brevius (*x*) quam segmenta lateralia, & angustius, denuo ferratum & emarginatum. Calcar (*y*) germi aequale, sine emarginato. Scapus (*z*) stamineus magnus. Cuculli colorati (*a*), subque iis duo tubercula, deinde vallecule (*b*) unguine obducta, quae ad ovarium ducit. Anthera globosae (*c*), virides: inter filamenta spinula. Color flori purpureus, roseus, albus.

Varietatem  $\beta$  floribus distantibus & violaceis alium habitum vidi adfectasse.

1283. ORCHIS (*d*) radicibus subrotundis, petalis lateralibus reflexis, labello trifido, segmento medio longiori bifido. *Orchid. gen. constit.* p. 74. n. 18. t. 33. *Orchis morio mas. foliis maculatis* C. B. VAILLEANT t. 31. f. 11. 12. LINS. It. *Orchid.* p. 171.

*Satyrium mas* BLAKWELL. t. 53.

II. *Orchis morio foliis sessilibus maculatis* C. B.

III. *Orchis morio mas. foliis sessilibus, non maculatis* C. B.

*Orchis morio foliis non maculatis flore roseo* SEGUIER. p. 225. t. 15. f. 6.

*Orchis folio Gladioli flore magno, roseo* RIVIN. t. 21.

IV. Caule ad terram sessili, nana.

V. Floribus reflexis.

I. III. *Orchis bubis indivisis, nectarii labio quadrilobo, crenulato, cornu obtuso, petalis dorsalis reflexis* LINN. p. 1333.

In silvis, & in pratis vulgaris: albo flore ludit, foliisque maculatis aut puris.

Bulbi grandes, hircum olentes, inter orchides potissimum in officinas recipiuntur. Culmus pedalis & cubitalis, foliosus. Folia ad semuncem lata, ad caulem sessilia. Spica speciosa, longa, rara, aliquot unciarum. Stipulae germinis longitudine, purpureae, lanceolatae. Floris petala vaga (*e*) nunquam in galeam connivent; supremum (*f*) ex ovato lanceolatum iminet (*g*) columnae stamineae, sed subrigitur. Secundum & tertium (*h*) pariter erecta, in maturiori flore etiam versus ovarium retroversa, discedunt a primo: purpurea omnia, lineis picta concoloribus. Petala interiora (*i*) similis figurae, pallida, super stamineam columnam se conflectunt. Labellum quam in hactenus dictis speciebus, longius, tripartitum, circumferratum, marginibus deorsum reflexis, maculis & lineis purpureis minus numerosis varium, neque in universum flos ditcolor: ejus segmenta lateralia (*k*) quadrangularia, obiter ferrata, medium longius (*l*) productum, bifidum, dentatum, nonnunquam ita longum, ut *Orchidis* (*m*) *quadrupartita* longioris

(*q*) f. 4. 5.

(*r*) f. 2. 3. 6. a. b. c.

(*s*) f. 2. 3. d. e.

(*t*) f. 3. 4. 6.

(*u*) f. 2. 3. g. g.

(*x*) f. 2. 3. 7. h. h.

(*y*) f. 3. 9. 11.

(*z*) f. 8. 9. 10. 11.

(*a*) f. 8. 10. 11. k. k.

(*b*) f. 10.

(*c*) f. 8. 10. 11. l. l.

(*d*) *Cynorchis* folis circa caulem, & ima ejus parte in terra stratis, oleae molli similibus, longioribus, angustioribus, levibus, caule dodrantali, floribus purpureis, radice bulbosa, oblonga, Olivae modo angusta, duplici ordine; superiore, quae pla-

nior est, inferiore, quae melior & rugosior Diosco-  
210. III. c. 24. PLIN. L. XXVII. n. 43.

*Orchis altera*, Serapias, foliis Porri latioribus, oblongis, pinguis, ex alarum sive inflexis, caule palmato, floribus pene purpureis, radice testiculis simili Diosc. III. c. 124. PLIN. L. XXVI. n. 62. Addit, radicem alterne renasci & inumescere.

*Satyrium alienum* est, flore Lili c. 126. PLIN. L. XXVI. n. 63.

(*e*) T. 33. f. 2. 3.

(*f*) f. 2. 3. 4. 5. a.

(*g*) f. 1. c.

(*h*) ibid. b. c.

(*i*) f. 5. d. e.

(*k*) f. 6. h. h.

(*l*) f. 7. i.


(*m*) *Tetr. irreg.* t. 20.

Orchis  
morio  
N: 1282.

Orchis  
mascula  
N: 1283.


Ordinis  
Monsi  
1588.

Ordinis  
Monsi  
1588.



ORCHIS radicibus subrotundis, petalis lateralibus reflexis, labello trifido, segmento medio longiori trifido.

ORCHIS radicibus subrotundis, galea petalis lineatis, labello trifido crenato, medio segmento emarginato.





*[Faint, illegible handwritten text in a column on the left side of the page.]*


*[Faint handwritten text at the bottom right of the page.]*

13



Handwritten text, possibly a label or description, located at the bottom of the drawing. The text is faint and difficult to read, but appears to contain several lines of information, possibly including a name or classification.






*ORCHIS radicibus Subrotundis.  
petalis guleae lineatis labello  
quadrisido intergermano  
T. III. p. 139.*



*ORCHIS radicibus Subrotundis. Spica  
brevisfima. labello brevis quadrisido  
circa non serrato punctato T. II. T. III. p. 139.*



*ORCHIS radicibus Subrotundis.  
gulea connivente labello trifido  
reflexo T. II. T. XXXII. p. 145.*



*dis. Spica  
quadrisida  
XXX. p. 139.*

ORC. HIS. ANTIQ.  
AN. DE. SCOTIA.  
1770. T. II.

N<sup>o</sup> 1284  
Orchis Corio-  
phora.  
Tab. 34.  
— hiri uxor  
minut.

N. 1284  
Ottob. 1770  
ph. 10  
10. 10  
— 10. 10 —  
— 10. 10 —

*gioris punctata* nomine a RIVINO separata fit: cæterum labellum pallide purpureum, maculæ ad fauces coloris saturatioris. Calcar (u) rectum, transversum, germi par aut longius, crassum, sine, ut in præcedentibus, dilatato, compresso. Spinula inter cucullos: hi ex purpura ferruginei; antheræ obscuræ: sub earum filamentis productus mucro, & sub eo sedes glabra, unguine obducta.

A præcedente differt petalis exterioribus acutioribus, longioribus, cucullo vago, labello longiori, medioque ejus segmento etiam longius ultra lateralia producto, lineis viridibus nullis, habitu altiori, foliis latioribus, etiam maculatis.

*Palmata major* RIVIN. t. 10. est optima icon hujus speciei.

Veteres ad stimulum venereum (o), cum lacte exhibebant. Nuperiores in electarium diafatyron ciendæ veneri destinatum hanc Orchidem jufferunt recipi p. Ipsas radices Satyrii, quæ in aqua fundum petunt, cum panis mica contusas, irroratas spiritu vini malvatici, in alembico digestas, expressas, liquorem rubrum dare *Henricus* ab HÆERS (q) docuit, qui veneri faveat. Memini etiam Principem, cum sobole careret, vim magnam radicum plantæ nostræ saccharo conditarum absumfisse, & frustra quidem. Non tamen putem hos bulbos emeticos (r) esse, qui manifestum seminis odorem repræsentent.

Sed alia hujus Orchidis est utilitas. Radices nempe [equidem etiam aliarum Orchidum] siccatae in gummi speciem abeunt. Quare Perfæ Orchidis radicem, nomine *Salap*, ad dysenteriam (s), ad phthisin (t), & ubicunque lenire oportet, in medicinam recipiunt: inque dysenteria Clar. DEGNERUS utilem comperit. Veram autem radicem Salap ex nostra radice Cl. RETZIUS paravit, quam epidermide nudatam per triginta minuta cum aqua coxit, deinde in umbra siccavit: ita mucilaginosi bulbi fiunt, & perfici Salap simillimi (u), in aqua in gelatinam discessuri. Male ergo du BUISSON Salap (x) non radicem, sed fructum esse, qui in Palæstina proveniat. Vitium in dysenteria habet: quod siccet & adstringat (y).

Ob easdem vires emollientes, PAULI jam tempore, Alexandriae ex Orchidis Serapiadis radice, cum mica panis, cataplasma parabant, ad carbunculos utile (z).

1284. ORCHIS radicibus subrotundis, galea connivente, labello trifido, reflexo *Gen.*

*Orchid. constit.* p. 76 n. 19 t. 34. *Her. Hercyn.* n. 7.

*Orchis hirci odore minor.* C. B. VAILLANT. t. 31. f. 30. 31. 32. 37.

*Orchis flore parvo. viridi purpureo* RIVIN. t. 20.

II. Varietas purpurea *Orchis Batavica* IV. CLUS. p. 268.

*Orchis bulbis indivisis. nectarii labio trifido, reflexo, crenato, cornu brevi, petalis comiventibus* LINN. p. 1332.

STÆHELINUS ad remotissimam villarum, quæ dicuntur *Gundeldingen*. Ibi frustra quaesitam, reperit Clar. la CHENAL in pratis nonnullis circa *Wyl*. RAJUS prope Genevam, trans Rhodanum. Ego legi circa *Echarpigny* Aquilejensium. In pratis pagi *outré Rhône* ad Rhodanum.

Folia radicalia semuncem lata, caulina minora. Scapus pedalis. Spica biuncialis. Flores numerosi. Stipulae lanceolatae, germi aequales. Flores minores, quam prioribus, cimicum odore, juniores tritii subrufo & virente colore, qui per ætatem in fuscum obscurum degenerat. Galea fit quinque petalis arte conjunctis, ut trifolia videatur. Quinque nempe petala minora circa stamineum tubum consecretuntur, eumque protegunt; exteriora tria lata, ex ovatis lanceolata, lineis picta concoloribus: interiora angusta, subulata. Labellum ad fauces rufo maculatum, fere æqualiter trifidum, segmentis lateralibus latis, ferratis, argute mucronatis, medio longiori, angustiori, breviter mucronato: totum cæterum labellum contra germen reflexum, rigens. Calcar descendens, germi parallelum, curvum. Dum flaccescit, perditæ fætet.

IV.

(u) f. s. k.

(o) DIOSCORID. PLIN.

(p) COSTÆUS ad MESUEN. p. 94. b.

(q) Obff. 98. 99. add. *Bresl. Sanitätsg.* ann. 1724. m. Jul.

(r) FLOYER. *pharmacobas.* p. 159.

(s) DEGNER. *de dysent.*

Tom. II.

(t) *Eph. Nat. Cur.* Vol. I. app. Vol. IV. obs. 62.

(u) *K. Svensk vetensk. handl.* 1764. trim. 3.

(x) Aoud DEGNER. *de dysenteria* Ed. II. p. 177.

Omnino Orchis est Cl. ZIMMERMAN.

(y) ZIMMERMAN *von der Rubr.* p. 518.

(z) L. IV. c. 25.

## IV. ORCHIDES CALCARE LONGISSIMO.

1285. ORCHIS radicibus oblongis, labello lineari. *Gen. Orchid.* p. 82. n. 23. Tab. 35.

*Testiculi species V. CAMERAR. Epit.* p. 625.

*Orchis alba bifolia, calcare oblongo C. B. VAILLANT. t. 30. f. 7.*

*Satyrium flore albo RIVIN. t. 12.*

*Orchis bulbis indivisis, nectarii labio lanceolato, integerrimo, cornu longissimo, petalis patentibus LINN. p. 1331.*

*Icon OEDERI t. 235.*

Vulgo provenit in sylvis, aut apricis pratis, serotina: odorem vesperi, & summo mane (a\*) gratissimum spargit.

Radices oblongæ, conicæ. Folia ex maximis, radicalia duo, tria, ad duas & tres uncias lata. Caulina nulla, nisi breves stipulæ. Caulis cubitalis; spica longa, & rara. Stipulæ magnæ, germinis longitudine, ovato lanceolatæ, virentes. Flos apprimè apertus, ut tota columna staminea (a) libera adpareat, in univèrsum albus, cum admisto virore. Petala tria exteriora ex ovatis lanceolata: supremum (b) pone columnam stamineam subrectum, lateralia (c) deorsum lateriora, ad angulum a columna staminea rectum recedunt, etiam descendunt. Petala duo interiora (d) angusta, lanceolata, se super eam columnam conflunt. Labellum simplicissimum, prælongum (e), latitudine fere ubique eadem, sine obtuso, virente, nullis omnino brachiis. Calcar (f) longissimum, duplo germine longius, gracilissimum, sine conico, liquorem continente. Columna staminea peculiaris (g) fabricæ, brevis, lata, obtusa, antheris longe (h) distantibus: cuculli albi, antheræ subflavæ, columna absque spina, arcu obtuso, inferne terminatur, & alius arcus utrinque ad latus utriusque antheræ venit. Sedes sub antheris unguentata, & vulvæ species, ut in aliis Orchidibus.

1286. ORCHIS radicibus subrotundis, spica densa, calcare longissimo, labello bicorni, æqualiter tripartito. *Orchid. gener. constit.* p. 83. n. 24. tab. 35.

Bonam iconem habet RICHER cum nomine *αλπικο σκιαδιωδης*.

*Orchis purpurea, spica congesta, pyramidalis RAJ. Syn. III. t. 18. SEQUIER. t. 15. f. XI.*

*Orchis militaris montana, spica rubente, conglomerata J. R. H. VAILLANT. t. 31. f. 38. C. B. prodr. p. 28. (Cynosorchis).*

*Orchis flore conglomerato RIVIN. t. 14.*

*Orchis bulbis indivisis, nectarii labio trifido, æquali, integerrimo, cornu longo, petalis sublanceolatis LINN. p. 1332. JACQUIN. obs. p. 292.*

β. Flore albo MAPPUS.

In Juræ montis apricis pratis, *Muteto*, versus *Dess*, *Grandvi*. *Au Plan près de Neufchatel*, circa *Moncharan*; *Chasseralle*. Circa *Roche aux Gauges*.

Elegans planta. Folia & radicalia & caulina sex & ultra, semuncem & unciam lata, ad femipedem longa. Culmus pedalis, cubitalis. Spica juniore plantæ conferta, late conica, pene umbellata, convexa: adultæ cylindrica. Stipulæ germini pares & longiores, lanceolatæ, aristatæ. Flos suave purpureus, colore durabili; exteriora petala paulo saturatoris coloris, interna rosea. Galea (i) fit ex petalo exteriori (k) medio, & interioribus (l) duobus, quæ terna columnam stamineam protegunt, dum petala exteriora (m) lateralia ad angulum rectum recedunt, omnia ovato lanceolata. Labellum breviter trifidum (n), segmentis rotundis, pene æqualibus, ut tamen medium (o) paulo angustius fit: ejusdem radix ad fauces utrinque, in oblongum gibbum (p) intumescit. Calcar (q) fructu

(a\*) Conf. GLEDITCH. *method. botan.* p. 17.

(a) Tab. 35. f. 2. 4. 5.

(b) f. 2. 3. 4. 5. a. c.

(c) f. 2. 3. 4. 5. 6. b. c.

(d) f. 2. 4. 5. 6. d. e.

(e) f. 2. 4. 5. 6. g.

(f) f. 3. 5. 6. l.

(g) f. 2.

(h) f. 2. 5. 6. f. f.

(i) Tab. 35. f. 2. 4. a. d. e.

(k) f. 2. 4. a.

(l) f. 2. 4. d. e.

(m) f. 2. 4. b. c.

(n) f. 2. 3. 4. 5. f. f.

(o) *ibid.* 9.

(p) f. 2. 3. 5. i.

(q) f. 2. h.

N<sup>o</sup> 1285.  
Orchis bifolia  
alba  
(labello lineato)  
Tab. 35.

N<sup>o</sup> 1286  
Orchis pyra-  
midalis.  
Tab. 35.

N<sup>o</sup> 1287.  
Orchis cono-  
psea.  
T. 24.

N: 1382  
Orchis papilionacea  
alba  
(Labiata minor)  
Tab. 32

N: 1383  
Orchis papilionacea  
rubra  
Tab. 32

N: 1384  
Orchis papilionacea  
hybrida  
Tab. 32





*radicibus oblongis. labello lineari*

*J. Storercklin. Sculp.*



ORCHIS radicebus Subrotundis.  
 Spica densa, calcare longissimo.  
 labello bicorni, aequaliter tripartito



ORCHIS radicebus oblongis, labello lineari

T. II. tab. XXXV. p. 146.

J. Storchlin. Sculp.

46



fructu longius, cylindricum, gracile. Columna (r) staminea lata, brevis; cucullis separatis, filamentis flavis, antheris fuscis (s): ad utrumque antherarum latus, torus in arcum (t) flexus eminet, ut in 1285.

1287. ORCHIS radicibus palmatis, calcare longissimo, labello trifido, obtuso, unicolore *Orchid. gen. constit.* p. 84. n. 25. tab. 29.  
*Orchis palmata, minor, calcaribus oblongis* C. B. VAILLANT. t. 30. f. 8.  
*Orchis palmata prutenfis maxima* C. B.  
*Orchis palmata, montana, maxima* EJUDEM *prodr.* p. 31  
*Orchis palmata, angustifolia, minor* EJUDEM.  
*Palmata angustifolia, non maculata* RIVIN. t. II.  
*Orchis radicibus palmatis, n. clarii cornu fetaceo, germinibus longiore, labio trifido, petalis duobus patentissimis* LINNÆI p. 1735. & *Oelansk. ref.* p. 46. JACQUIN. p. 293. n. 90.  
*Icon OEDEKI* t. 224.

β Flore albo passim reperta.

Ubique in pratis, sed etiam in alpes ascendit, tunc humilior. In *Gemmio* monte repertus, & in *M. Orgevaux*.

Flos multa habet similia cum 1286. colorem, calcar prælongum, labellum æqualiter trifidum, etiam id signum, quod supremum petalum, cum duobus interioribus, columnam stamineam protegat, exterius secundum & tertium ad angulum rectum recedant. Differt radicibus, foliis angustioribus, semuncem vix adtingentibus, & spica prælonga. Ab Orchide 1274. separatur calcare germen superante, gracilissimo labello breviori, medio segmento minus producto.

Cæterum caulis foliosus est, cubitalis. Stipulæ ovato lanceolatæ, aristatæ, germinis longitudine. Floris color purpureus, concolor, odor plerumque subgravis, alias suavior. Petalum supremum (u), & lateralia (x), & interiora (y) ovato lanceolata: secundum & tertium sæpe convolvuntur. Labelli segmenta (z) obtusa: etiam acutiufcula (a): pars media ovata, neque ferrata, neque punctata, partes laterales quadrangulares, leviter ferratæ: staminum (b) cuculli angusti, sub iis ad latera eminentiæ ampliæ; columna brevis, pars unguentata similis, & vulvæ imago. Calcar prælongum (c).

EPIPACTIS (d) *Gen. Orchid.* p. 20.

HELLEBORINE TOURNEFORT. t. 249.

OPHRYS TOURNEFORT. t. 250.

NIDUS AVIS TOURNEFORT. *ibid.*

LIMODORUM TOURNEFORT. *ibid.*

SERAPIAS LINN. n. 1012.

OPHRYDIS LINN. *Species* n. 1011.

Rationes diximus, quare a fabrica partium genitalium genera in hac classe definiamus. Epipactis cum Orchide communia habet petala quinque, in speciem galæ conjuncta, quorum exteriora tria majora, rectiora, duriora, duo interiora teneriora, minora, & magis ad se mutuo conflexa sunt. Labellum, sextumve petalum, perinde ut in Orchide, incertæ est figuræ, integram aut divisam, sæpe ad originem appendiculatum, sæpe in foveam depresso, rarius in verum calcar.

Staminea

(r) f. 3. 5. k.

(s) f. 3. 5. l. l.

(t) f. 2. 5. m. m.

(u) Tab. 29. f. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. a.

(x) *ibid.* b. c.

(y) f. 2. 1. 4. 5. 7. 8.

(z) f. 2. 3. 6. f. f.

(a) f. 4.

(b) f. 3. 4. i.

(c) f. 2. 1. 2. 5. 6. h.

(d) Epipactis, ab aliis *Elleborise* DIOSCORID.

L. IV. c. 104. Epipactis FEUILLE'S *Journ.* t. I.

t. 57. seqq.

Staminea columna ab Orchide differt. Ex germine nempe, superius & posterius, firma, carnea, columna femicylindrica erigitur, pene convexa, anterieus plana. Ea columna gerit superne ex filamentum articulatum corpus fungosum, subrotundum, crassum, superne gibbum, inferne planius, duabus non profundis foveis exsculptum. In iis foveis sedent absque filamentis immerse duae antherae ovaes, pulveriferae, anterieus sibi propiores, posterius remotiores, nunquam omnino quidquam habentes filamentum simile, sed velum, quo lacerato tota cohaerens antherae massa exit, visco aliquo cohaerens, & ad sustentaculum retinetur.

Sub antheris nempe staminea columna anterieus duabus foveolis, per eminentem lineam separatis, distingui solet, & marginem, plerumque acuminatum, antrorsum producere. Ei sustentaculo antherae innituntur. Sub eo, in columnae anteriori facie, fovea ut in Orchidibus est, plena unguine, quae interius profundior vulvam efficit, ducentem ad ovarium, quam ipsam eminens margo ambit.

## Ordo I.

## FLORE CALCARE DONATO.

## LIMODORUM TOURNEFORT. t. 250.

*Limodorum abortivum* \* 1288. EPIPACTIS aphylla, calcare longo, labello ovato lanceolato tab. 36.

Gen. Orchid. p. 49. n. 14. It. Helvet. II. n. 24.

*Limodorum* (a) *Austriacum* CLUS. Pannon. p. 241.

II. *Limodorum Creticum flore magno, lineis purpureis striato* TOURNEFORT Coroll. BUXBAUM Cent. III. t. 1. f. 1.

*Orchis bulbis fasciculatis, filiformibus, nectarii labio ovato, integerrimo* LINN. p. 1336.

Passim in Helvetia; in Gubernio *Aquilejensi* frequentius, in *Chalet*: supra *Cuilly* & *St. Saphorin*. *Agauni* sub fano *Eremitae*. In *Neocomensibus*, au *bas des Chênes*, & circa *Fontaine André*; legi etiam supra *Moncharant*, qua rivus *la Douvière* ex praecipitio advenit. *Geneva*. In *Valesia*.

Radio ex scabro tubere transversos, numerosos, crassos, teretes, aliquot uncias longos bulbos absque ordine producit. Caulis cubitalis & ultra, firmus, erectus, stipulis brevibus, lanceolatis, totus adpersus, totus cum flore violaceus, qui tamen color, perinde ut in violaceis fungis, facile in ligneum degenerat. Spica rara, pauciflora. Stipulae germinis longitudine. Flores ad caulem adpressi; quindenos numeravi. Petioli germinis longitudine, erecti. Fructus inter omnes Orchideas maximus est, ovato triquetrus (b), tribus eminentibus jugis distinctus, & tribus intermediis (c) lineis. Inter eas lineas aperitur, & feminalem scobem dimittit. Receptacula in quaque valva (d) duo, undulata (e), rugosa, femina *retortarium* similia, ima parte ovali, crassa, collo gracili. Ex valvae, in fructu marcescente, de lineis intermediis secedunt (f). Flos violaceus, speciosus. Galeae petalum supremum (g) ex ovato lanceolatum: duo reliqua petala externa angustiora (h), viridia, cum lineis violaceis. Petala duo interiora (i) minora, ensiformia, angustiora, inaequali latitudine, ut saepe in Orchidibus, circa stamineam columnam (k) conflexa, violacea. Labellum superne calcare mittit, conicum, rectum, germine aequale (l); inde pergit obtusius, ex ovato lanceolatum (m), oris introrsum elevatis, venis quinque, ad septem, violaceis pictum, oris late violaceis, parte media pallente. Columna staminea crassa, incurva (n). Fungus filamentum in-nixus, crassus, convexus, nidis duobus excavatus, septo membranaceo distinctis. In his nidis duae antherae (o) sessiles, inferne paulum distantes, superne sibi proximae, pollinem tenerrima membrana continent. Sustentaculum breve (p), ovatum

(a) *Limodorum* Cumino & Foenograeco adnascitur, caule breviori, quam *Orobanche*, superne instar capitatis quid gerente, radice subrotunda THEOPHRAST. L. VIII c. 8.

(b) Tab. 36. f. 5.

(c) Ibid. h.

(d) f. 6. l. k. l.

(e) m.

(f) TOURNEFORT. E.

(g) Tab. nostr. 36. f. 3. a.

(h) Ibid. b. c.

(i) Ibid. d. e.

(k) f. 3. 4. i.

(l) f. 3. 4. TOURNEFORT. B.

(m) Tab. 36. f. 3. 4. f. f.

(n) f. 3. 4. i. TOURNEFORT. A.

(o) Tab. 36. f. 3. 4. b.

(p) f. 3. 4. i.

N<sup>o</sup> 1288  
Limodorum  
abortivum.  
Orchis abortiva  
Epipactis Hall.  
T. 36.

N<sup>o</sup> 1289:  
Limodorum  
Epipogium.  
Satyr. Epip. 2.  
Epipactis hall.

N<sup>o</sup> 1290  
Epipactis  
Nidus avis.  
Tab. 37.

N: 1588  
Lindenberg  
a. d. d. d. d.  
Epist. Hall.  
1. 20.

N: 1589  
Lindenberg  
Epist. Hall.  
1. 20.

N: 1590  
Epist. Hall.  
1. 20.



ovatum, obtusum, superne duobus levibus vestigiis inscriptum, quibus antheræ nituntur. Sub eo sustentaculo vallecula parabolica, modice excavata, unguine viscido plena: super inferiorem marginem fovea depressior. Is margo valleculam finit, brevis, semicircularis. Sub eo in columna staminea duæ sedes leviter depressæ, colliculo medio distinctæ.

\* 1289. EPIPACTIS caule aphylo, flore supinato, labello ovato lanceolato, calcarè *limbo sedum Epigynum*

ovato turgido *Emend. V. n. 18.*

*Epipogon* GMELIN. *Flor. Sibir. p. 12. t. 2. f. 2.*

*Satyrium bulbis compressis, dentatis, caule vaginato, corollis resupinatis, nectarii labio inverso* LINN. p. 1338.

In sylva *Saufeuilæ* ad latus dextrum viæ ducentis in montem *Pont de Nan*, & vallem *Chapuisse*, supra *les Plans*. In vicinia sylva *Combanivaz*, locis semper umbrosis, & sole carentibus.

Peregrinus hujus plantæ habitus est. Radix ramosa, Corallorrhizæ, minus tamen composita. Caulis tener, debilissimus, dodrantalis, & semipedalis. aliquot stipulis adpersus, aphyllus, latus, & prope terram quasi bulbosus. Florum spica rara, sæpe triflora: stipulæ magnæ, ovato lanceolatæ. Germen sphericum, album, maculatum. Flos araneam longiorem refert, supinatus idem ut calcar superiora petat. Petala quinque interiora in diversum abeunt, ovato lanceolata, flava. Labellum ovatis appendicibus ornatum, ut in multis Epipactidis speciebus; ceterum vomeris simile, ovato lanceolatum, pictum duabus lineis penicillorum pilosorum, per latera ductis, & macula in medio tricuspidata, omnibus purpureis. Calcar breve, curvum, lineatum & maculatum, intus pingue. Columna staminea versus calcar valleculam habet, quam ambit colliculus. Eadem posterius fungosum capitulum educit, inferne biloculare, cui duæ antheræ inmergantur. Sustentaculum anterius crassum, obtusum, farinosum, album, ex eo margo lateralis eminens retrorsum it, & in vallecula duo loculi pro antheris excavantur. *Augusto mense floret.*

Ob supinatum florem non magis ab Epipactide separari debet, quam ab Orchide *isogra palmata*.

## II. CALCARE DESTITUTA.

### I. LABELLO BIFIDO.

#### OPHRYS TOURNEFORT.

#### & NIDUS AVIS TOURNEFORT.

\* 290. EPIPACTIS aphylla, flore inermi, labello bicorni tab. 37. *Orchid. gem.*

p. 47. n. 13.

*Satyrium novum* TRAGI L. II. p. 783. 785.

*Nidus* RIVIN. t. 7.

*Ophrys bulbis fibroso fasciculatis, caule vaginato, nectarii labio bifido* LINN. p. 1339.

*Icon* OEDERI t. 181.

In umbrosis Helvetiæ nemoribus non rara. Bernæ in sylva versus villam *Drakan*, in sylvula versus villam *Bodenaker*, in nemore *Doffano*. In pinastreto montis *Crenzach*, in sylvis montis *Falconarii*. Circa *Ferrière* GAGNEBIN. Circa Tigurum J. GESNER, &c.

Radix fere bifolia, fibræ tamen carnosæ, cylindricæ, numerosiores, in unum glomerem sub imo caule collectæ, ad rectum cum eo caule angulum. Pedalis is est & cubitalis, rectus, crassus, firmus, pro foliis vestitus squamis siccis, sex & octo, caulem amplexis, etiam uncialibus, fordide albis, fuscisque lineis pictis. Spica longa, cylindrica, inferne laxior, superne densa. Flores numerosi, ad quinquagenos. Germen ovato trigonum, tribus convexis majoribus, tribus minoribus

Tom. II.

p p

noribus (g) jugis percursum, illis valde solidis, pene ligneis. Caurinae in mediis valvulis, de generis more. Stipulae graciles, germine breviores: petioli germinum fere longitudine. Galea spatium (r) intercipiens, in senio laxatur, ut petala (s) patula fiant, quinque, ex ovatis lanceolata, obtusa, exteriora tria (t), duo interiora (u). Color omnibus ligneus & rufus, odor gravis. Labellum in principio foveam habet, calcaris (x) quasi initium, deinde latiusculo pectore in duo obtusa & incurva crura divaricatur (y). Columna staminea (z) posterius convexa, anterieus cava. Capitulum fungosum, hemisphaericum (a), subtus duobus loculis inscriptum, in quibus duae ovales antherae (b) sedent. Squama superior Bifolii hic nulla. Sustentaculum longum, ex ovato acuminatum, sursum cavum (c), epiglottidis simile, duobus finibus (d) antheras falcit. Sub eo sustentaculo vallecule transversa, in qua vulva, manifestus hic canalis, versus ovarium ducit. Eam arcus semicircularis, in medio quasi emarginatus, inferior ambit.

291. EPIPACTIS foliis binis, ovatis, labello bifido. *Orchid. gen.* p. 45. n. 12. Tab. 37.

*Ophrys* ANGUILLARE p. 229. FUCHS p. 566. MATTHIOL. p. 1225. CAMERAR. *Epit.* p. 943.

*Bifolium* RIVIN. l. 7.

*Icon* OEDERI l. 137.

*Ophrys* bulbo fibroso, caule bifolio, foliis ovatis, nectarii labio bifido LINN. p. 1340.

β Trifolia C. B. &c.

In pratis, pomariis, sylvis, ubique.

Radix ex tubere oblongo innumerabiles fibras teretes demittit. Caulis subhirsutus, cubitalis, nudus, praeter duo folia, quae a terra distant, & medio pene loco radicem inter & spicam ponuntur: non adeo opposita, quam proxima, ovata semper, lata, nervis percursa plantagineis, pallide viridia, alias obtuse ovata, alias lanceolata. Supra ea folia fere unica, & minima, in caule stipula superest. Spica longa, sex unciarum & ultra, florum ad quadraginta, rara, & distincta, ex petiolis brevibus, germinis longitudine. Stipulae minimae, latae, aristatae. Germen rotundum (e), crassius, quam in aliis Orchidibus, sex lineis percursum, ex classico more apertum, pollinem suum dimittit.

Flos ex luteo viridis, apertus & hians (f). Petala exteriora ex ovatis lanceolata (g); interiora duo angustiora, lanceolata (h). Labellum in principio ventricosum, in foveam depressum, cymbae (i) similem, quae calcar orditur: inde recta descendit, sine dilatato, ad dimidium fisso, crusculis obtusis, ad angulum peracutum discedentibus (k). Ad latus emergentis a cymba labelli plicatus & eminentis margo aliquid denticuli simile efficit (l). Columna staminea (m) brevissima, supremam edit squamam (n): distinctam, ovalem, viridem, deorsum cavam, quae in aliis Epipactidis speciebus cum fungoso capite continuatur. Id aliquanto macilentius (o), petiolatum, mucronatum, superne convexum, subtus concavum, duobus nidulis inscribitur, in quibus duae antherae (p), anterieus conjunctae. Sustentaculum (q) sursum cavum, ovato lanceolatum, acutiusculum, cui antherae innituntur, aliquanto, quam in aliis speciebus longius. Squama superna cum sustentaculo forcipem quasi imitatur, qua anthera cum suo fungoso nido continetur (r). Sub sustentaculo vulva (s) unguinosa, minus eminente margine cincta, quam in Nido avis.

Vis

(g) TOURNEFORT. l. 250. G.

(r) Tab. 37. f. 1.

(s) TOURNEFORT. C.

(t) Tab. 17. f. 1. 2. a. b. c.

(u) Ibid. d. e.

(x) f. 1. g.

(y) f. 1. f.

(z) f. 3. 5.

(a) f. 3. 5. k.

(b) f. 3. 5. i.

(c) f. 3. m.

(d) f. 4. n. n.

(e) f. 2. 4. 6. 7. 8. 9.

(f) f. 1. 3.

(g) f. 2. 3. 4. ad A. a. b. c. TOURNEFORT.

(h) IDEM ibid. Nobis f. 1. 2. 3. 4. d. e.

(i) Supra B. Nobis f. 5. h. h.

(k) TOURNEFORT. B. B. Nobis f. 1. 2. 3. 4. 5. f.

(l) Tab. 37. f. 5. h. h.

(m) f. 6. 7.

(n) Ibid. i.

(o) k.

(p) Ibid. m. m. m.

(q) f. 6. 7. 8. n.

(r) f. 6. 7. i. n.

(s) f. 8. o.



F. 2




T. II. t. XXXVII.  
p. 150.

*EPIPACTIS aphylla*  
flore inermi, labello  
bicorni. T. II. p. 149.

J. Stürkin f.




*EPIPACTIS*  
*foliis basi ovatis.*  
*labello bifido*



*EPIPACTIS* *aphylla*  
*flore incornu. labello*  
*incornu. T. II. p. 140.*

T. II. t. XXXVII.  
p. 150.







ENPACTIS bulbosa  
radicebus albis tuberosis  
radicebus in cauto

Fig. J.



Fig. 4.



Fig. 5.



Fig. 2.



Fig. 6.



Fig. 3.



Fig. 7.



EPIPACTIS *bulbis*  
*radicalibus oblongis labello*  
*orbiculato crenato.*



L. A. Seligmann sc. Nürnberg ac




17

*Galaxia phyllon*

*Galaxia mono:  
phyllon*


17



EPIPACTIS unifolia spica prolixa multiflora.



EPIPACTIS aphylla calcare longae labello ovalo lanceolato.





f. 1.



nifolia spica prolixa

EPIPACTISaphylla calcare longo  
labello ovato lanceolato.

Vis aliqua valneraria Bifolio tribuitur, quod totum glutinosum sit. Parco tamen in usu est.

\* 1292. EPIPACTIS foliis binis, cordatis, labello bifido, postice bidentato *Gen. Orchid.* p. 43. n. 11. tab. 22. f. 4.

*Ophrys minima* C. B. *Prodr.* p. 31. cum descriptione. RUDBEK. II. p. 227.

*Ophrys foliis cordatis* GAGNEBIN. *At. Helvet.* Tab. p. 70. cum iconc.

*Ophrys bulbo fibroso, caule bifolio, foliis cordatis* LINN. p. 1340.

In umbrolis sylvis, & uliginosis Helvetiae passim. Inter stabula *du milieu*, & montana pascua Biennenha, sub monte *Chasseralle*. Aux *Pontins* haud longe a *Ferraris* vallis *Evgnel* officinis, aux *Pruats* Cl. GAGNEBIN. En *Chapuisse* & *Combanivaz* Aquilejensium legi, & versus *St. Bernhard* Cl. CLARET. In montibus supra vallem *Kintbal* Cl. DICK.

*id. n. 11. tab. 22. f. 4.*

Radix fibris facta teretibus, multo, quam *Ophrys* vulgari simplicior. Caulis semipedalis, pedalis, ut totus plantae habitus tener. Foliorum par unicum, aliquanto propius spicam floriferam positum. Cordiformia haecenus, sed absque hilo, latis basibus sibi obvertuntur, extrorsum sensim in mucronem coitura. Aliquando tertium foliolum ovato lanceolatum, aliquanto minus, proxime spicam accedit. Spica rara, florum fere duodecim. Stipulae lanceolatae, minimae. Petiolus gemine brevior. Germen breviter ovatum (t), sex lineis percursum. Flos patulus (u). Petala tria exteriora ovato lanceolata (x), linea obicuriore distincta. Duo interiora minora (y), linearia fere, viridia omnia, aut per aetatem sanguinea. Labellum concolor, acutius, quam in vulgari *Ophrys*, bifurcatum (z) cruculicis curvulis, peracutis, pectore longioribus, purpureis. Idem ex principio duas spinulas (a) educit, quales sunt in *Lychnidum* floribus.

Columna staminea lentis vitreae ope inspecta speciei 1291. similis. Columna brevis (b); fungulus superior convexus (c). Sustentaculum lanceolatum (d) antherae duae intermediae (e): sub sustentaculo vulva, suo eminenti margine terminata. Non vidi supremam squamam liberam fuisse.

II. FLORE ABSQUE CALCARE.

II. LABELLO INTEGRO.

*Bifolium palustre*, vera planta, & *Helleborine bifolia*, radice ovali, cucullo sparso *Comm. Gosting.* T. I. p. 215. t. 14. nondum in Helvetia reperta sunt.

\* 1293. EPIPACTIS folio unico, amplexicauli, spica proluxa, multiflora. *Gen. Orchid.* *const.* p. 41. n. 9. tab. 36.

*Malaxis mono-*  
*phyllus*

An *Pseudorchis monophyllus* CLUS. *hist.* p. 269? Ob unicum folium, & vaginas, quae radices obvolvunt.

*Ophrys monophyllus bulbosa* LOESEL. II. Ed. 1654. p. 54. Ed. 1703. p. 180. ic. 57. planta matura.

*Monorchis ophioglossoides unifolia Prussica* MENZEL. *pugill. rar.* t. 5.

*Orchis bulbo rotundo, seapo nudo, folio ovato, nectarii labio integro* LINN. p. 1342.

Unico loco, vere tamen a Cl. RAMSBEK, Professore Basileensi reperta est, in ascensu montis *Fronalp* Glaronensium.

Bulbus rotundus (f), multis foliis laceris & siccis cinctus. A bulbo radix transversa (g), fere ut in *Allio umbellifero*, in terram continuatur, multis & ipsa vaginis foliosis & aliorum caulium veltigiis obducta, fibrasque dimittens teretes. Culmus cubitalis, firmus, simplicissimus. Folium unicum, ex evolutione vaginae natum, vere *Ophioglossoides*; nempe caulem ex parte amplexum, ex ovato lanceola-

(t) Tab. 22. f. 2.  
(u) f. 1.  
(x) f. 1. 2.  
(y) f. 1.  
(z) f. 1. 2. &  
(a) Ad\*

(b) f. 5. l.  
(c) f. 3. 4. 5. 6.  
(d) f. 5. 6. m.  
(e) f. 1. a. 5. 6. k.  
(f) Tab. 36. f. 4. a.  
(g) a. a.

lanceolatum, pollicem fere latum, triplo longius. Stipulæ minimæ, argute lanceolatae. Spica semipedalis, prælonga, florum ad octoginta, non tamen valde conferta. Petioli erecti, germine longiores. Flores in tota gente Orchidearum minimi (b). Germen ovatum, breve. Petalum supremum ovatum (i), breviter acuminatum, multo reliquis petalis latius, secundum & tertium lanceolatum (k): Sic interiora duo (l). Labellum fere simile, linguæ adfinem (m), reliquis latius, & minus acutum. Totus flos viridis.

Cum, in hac sola specie, de tota Orchidea classè, recentem plantam non viderim, sed ficcam, cum icone a Clar. inventore missa, non possum columnam stamineam describere.

*Neottia spiralis*

2294. EPIPACTIS bulbis cylindricis, spica spirali, labello crenulato Gen. Orchid. constit. p. 36. n. 7. tab. 38.

Multiplex hujus plantæ memoria est.

I. Testiculus candidus, odoratus, minor. CORD. L. II. c. 31.

Orchis spiralis RIVIN. t. 14. alba odorata J. B. II. p. 769. cum icone aliena.

Orchiastrum autumnale, pratense, spirale, album, odoratum MICHELI nov. gen. p. 30. SEGUIER. Supplem. p. 253. t. 8. f. 9.

II. Orchis odorata, testiculus odoratus DODON. Coron. p. 224.

III. Orchis spiralis, alba, odorata, longioribus foliis VAILLANT. p. 147. Est ferotinum exemplum.

IV. Orchiastrum estivum, palustre, spirale, album, odoratum MICHELI l. c. p. 30. t. 26. cucullo nimis stellato.

V. Epipactis foliis plerisque ex lineari lanceolatis GMELIN. Flor. Sibir. p. 13. t. 3. f. 1. convenit icon & omnia, colore excepto, quem facit purpurascens.

Ophrys bulbis aggregatis, oblongis, caule subsolitoso, floribus secundis, nectarii labio indiviso, crenato LINN. p. 1340.

In Helvetia frequens. Prope Bernam abunde, inter Seedorf & lacum. Prope Roche, ad viam a Vervai ad Ivorne ducentem, in udis, & ultra Agaunum. In valle Weisland, inter Brienz & Meiringen. Basileæ C. B. Circa Michelfelden: am mittlern Gundeldingen. Ad lacum felinum. In Jura monte, versus Pierre per-tuis legi. Inter alpinas in Monte Intrame Cl. BERDOT.

Radix fit uso, duobus, tribus bulbis cylindricis, rugosis, ad duas uncias longis. Scapus firmus, semipedalis, pedalis. Folia radicalia quatuor, quinque, succulenta, hinc convexa, inde cava, obtusa, ad semunciam lata; superiora caulina brevia, ligulata. Autumno vero vertente scapus aphyllus adest, & prima folia novæ plantæ, anno proximo flores producturæ, latiora, ovata, ad scapi florentis latus nunc adparent. Spica longa, gracilis, florum 20. & ultra. Stipulæ cavæ, germinis & dimidiæ floris longitudine. Ordo florum spiralis. Si posita linea scapum per axin divideres, & lineam per primum florem duceres, ad latus ejus lineæ secundus flos prodit, tertius iterum ad prioris latus, quartus demum directe supra primum. Germen (n) sessile, inæqualiter ovatum, superne gibbum, tribus depressis lineis signatum. Flos ad angulum rectum exstans, longus, petalis conglutinatis, in aliquam speciem Aloes minoris (o). Tria petala superiora (p) in unum semicylindricum canalem coeunt, oblonga, acuminata: & eorum supremum plerumque simplex, tamen etiam duobus denticulis incisum reperitur. Petala duo interiora, ad latus versa, acuminata. Labellum in principio leniter depressum (p\*), dilatatur in latiore bracteâ, rotundam, ciliatam (p†) & ferratam, oris sæpe elevatis. In exsiccatione dentes fere evanescent. Petala intus nivea, extus paulum ochroleuca. Odor gratus, Hyacinthinus.

Columna staminea procumbens (q) abit in duos mucrones lanceolatos, ad vossellæ (r) modum. Superior fungulus macilentior (s), aristatus (t), antheras sibi sub-jectas

(b) f. 2.

(i) f. 3. 4. 5.

(k) d. c.

(l) f. 9.

(m) h.

(n) Tab. 38. f. 1. 2. 3. a. d. e.

(o) Lilio convallium idea Jussieu ascendit

doxscop. phys.

(p) f. 1. 2. 3. d. e.

(p\*) f. 2.

(p†) f. 1. 2. 3. 4. 5.

(q) f. 4. 5. 6. 7. i. k.

(r) ibid.

(s) f. 4. 5. 6. 7. h.

(t) f. 6. i.

201010 1023011  
coll. p. 17

jectas habet, longas, angustas, in mucrone coeuntes, receptas in nidulos faciei inferioris: antheræ (u) odore Orchideo, undique membranis clausæ, per maturitatem secundum longitudinem aperiuntur, & medulla pulverulenta fecedit. Inferius sustentaculum (x) etiam loculos habet duos, pro antheris paratos.

1295. EPIPACTIS foliis petiolatis, ovato lanceolatis, floribus tetrapetalis, hirsutis. *Notia repens.*

Gener. Orchid. p. 34 n. 6. tab. 22.

Orchis minor, flore albo, radice geniculata CAMERAR. hort. p. 111. n. 35.

Pyrola angustifolia, polyanthos, radice geniculata LOESEL Ed. 1654. p. 62. Ed. 1703. p. 210. Ic. 68.

Orchioides TREW Comm. Lit. Noric. ann. 1736. hebd. 52. p. 409. t. 6. f. 2. bona icon.

β Varietas nervis fulcis f. 1.

Pseudorchis radice repente, foliis maculatis MENZEL. plant. rar. tab. 3.

α. β. Satyrium bulbis fibrosis, foliis ovatis, radicalibus, floribus secundis LINN. p. 1339.

In sylvis pineis & abiegnis. Bernæ in pineto montis Gurten, supra fontem Hasenbrunn. In Aquilejensibus in Combanivaz, Chapuisse, monte Tavaymaz. In valle Gastern Cl. DICK. In monte Uethiberg J. GESNER, & prope lacum fellinum. In sylva Chanet D. CHATELAIN, aux Convers prope Ferriere GAGNEBIN in prato du bas: ad pedes rupium in valle Motier Grandval, ad rupes summæ sylvæ du droit de Cortebert, in sylvis circa Valangin prope patibulum. C. B. in monte Wofferfall: in valle Ursaria Cl. la CHÉNAL.

Radices teretes, ramosæ, anulatæ, non capillatæ, plenæ reliquiis priorum caulium & adhærescentibus quisquiliis. Emittunt flagella repentia, quæ alium iterum caulem eunt productum. Folia circa radicem, & per unum alterumve a radice pollicem aliquot, patula, longe quasi petiolata, ut tamen petiolus naturam folii retineat, inde valde dilatata, ovato lanceolata: superiora graciliora fiunt, & denique in ligulas abeunt. Nervi quinque vel septem in apice folii concurrunt, per latera ramosi & reticulati, nonnunquam pallide fulci, unde varietas β nata est. Eorum foliorum duo, tria, & quatuor quali paria sunt, impar unum. Scapus dodrantalis, erectus, stipulis ligulatis adspersus, cætera nudus, totus hirsutus, superne magis. Spica florum 16. ad 24. uncialis, ad alterum latus conversa videtur; etfi vere contrariis ductibus flores de scapo exeunt. Stipulæ ovario longiores, latæ, ut totum germen contineant, aristatæ. Germen ovatum, hirsutum (a), suis tribus filis (b), atque valvis intermediis (c) distinctum, femina scobiformia (d) continet. Flos ad Helleborinen amplexicaulem accedit. Petala (e), quæ quinque esse solent, hic tria, ex ovatis lanceolata, ochroleuca, hirsutula, conglutinata, ut separare nequeas. Labellum ad reliquas, quæ sequuntur, Epipactides hætenus accedit, quod in principio cymbam evidentem (f), deorsum valde gibbam referat: ex ea in vomerem lanceolatum abeat, carinatum, sursum cavum (g).

Columna staminea fungum (h) habet, in acutum mucronem eductum (i). Ad hujus utrumque latus, & sub eo, una utrinque rotunda est anthera (k), etiam superne conspicua, ob mucronis gracilitatem. Ex antheræ in sustentaculi nidos (l) recipiuntur, quod & ipsum in longum & acutum mucronem producitur (m); sub quo rotandum quasi scutum est (n), brevissimo margine terminatum, & inferius depressa sede, vulvæ simili, notatum. Antheræ etfi adhærere videntur, vere non adhærent, & figura petiolatarum antherarum (o), quæ videntur ex sustentaculo oriri, casu & vitio nascitur.

Quæ sequuntur quatuor Epipactides caule folioso, sunt Helleborina TOURNEFORTII, sibi affines, tamen diversæ.

1296.

(a) f. 6 l.

(x) f. 4. 5. 6. 7. k.

(a) TREW l. c. i. k. l. m. Ic. nostr. 4. Tab. 22. f.

(b) TREW k.

(c) l.

(d) M.

(e) Fig. nostr. a. b. c. TREW f. 7. A. B. C. D. E.

F. h. i. i.

(f) Ic. nostr. 3. 4. e. c. TREW. F.

Tom. 11.

(g) Ic. nostr. 3. 4. d. TREW. E. A. F. g. k.

(h) f. nostr. 4. 5. 6. g.

(i) f. 5. 6. g. i.

(k) Tab. nostr. f. 6. h. h.

(l) f. 9. k. k.

(m) f. 5. 7. m.

(n) f. 8. l.

(o) f. 10.

Q q

1296. EPIPACTIS foliis ensiformibus, caulinis, floribus pendulis, labello obtuso, per oras plicato. *Gen. Orchid.* p. 31. n. 5. tab. 39.

*Elleborine* ἀλπικοχυροτροφός RICHER non male.

*Helleborine angustifolia* RAJ. *Plant. Cantabr.* p. 72.

*Helleborine* RIVIN. t. 3.

Icon OEDERI t. 267.

A LINNÆO olim cum 1297. 1298. 1299, nunc cum 1298. 1299. confunditur. Distinguit Vir ILL. E. ROSEN. *obss.* p. 55. n. 46.

In omnibus pratis udis circa Bernam abunde, circa villas *Seelhofen*, *Bodenacker* & *Inseli*. Ita circa *Vervai* & oras lacus *Lemani*; in *Aquilejensibus*. In montanis circa *Weissenburg*, *Ragaz*, in monte *Piato*. C. B. *Micbelfeldæ*. GAGNEBIN circa *Ferrière*.

Radix cauli continua, longa, teres, lignosa, sub terra transversim reptans, capillata; odore, ut in congeneribus, orchideo. Caulis firmus, erectus, cubitalis, subhirsutus, purpureus. Folia caulina fere septem, imum obtusius, sursum acutiora & minora: omnia ex evolutis caulis involucris nata, glabra, ensiformia. Spica longa, laxa, florum 15. ad 21. Imæ stipulæ flore longiores; supremæ germine breviores, reflexæ, deorsum repressæ; latæ omnes, & latiores, quam in 1298. 1299. Petioli florum longiores, ad semuncem usque, hinc flores cernui, & fructus penduli. Germen rubiginosum, in juniore planta strictum, in matura ex ovato cylindricum (p), valvis tribus latis (q), tribus crassis filiformibus (r). Hæ discedunt ab illis, ita fenestræ (s) nascuntur, quibus fructus patet, & semina (t) scobiformia elabuntur, quæ receptaculo mediarum valvarum latiorum innumera adhærent. Flos patulus (u), speciosus. Tria petala exteriora (x) subhirsuta, ex ovatis lanceolata, ex viridi & purpureo mixta, etiam purpurea, obsoleti extus coloris. Duo interiora (y) breviora, obtusiora, alba, cum adperso rubore. Labellum (z) contra exemplum specierum sequentium, de flore exit, & iis longius, parte sui vomeris simili dependet. In principio in cymbam (a) deprimitur, interceptam marginibus ovatis, erectis, cæterum lineis pictam purpureis & flavis maculis: eadem incisione profunda (b) separatur ab ea parte, quæ vomerem refert. In huius vomeris (c) principio duo flavi (d) tumores. Bractea cordata, mucrone obtuso (e), etiam emarginato, in hac sola specie *Helleborines*. Tota in ambitu plicata (f), pene ferrata, alba est. Columna staminea (g) ex caractere classico, & in duobus ejus nidis (h) duæ antheræ, septo divisæ, odore orchideo. Sustentaculum tridentatum (i), cum medio nodulo: ejus facies superior, cui antheræ incumbunt, duabus scrobeculis excavata, septulo divisis; sub eo vallecule (k) unguine plena, & sub ea duo juncti tumores (l), qui in sequentibus speciebus unum continuum marginem efficiunt.

1297. EPIPACTIS foliis amplexicaulibus ovato lanceolatis, labello lanceolato. *Orchid. gen. constit.* p. 28. n. 4. tab. 40.

α Planta junior, flore viridi & albescente.

*Elleborine recentiorum genus II.* CLUS. *Pannon.* L. II. p. 275.

*Helleborine latifolia montana* C. B.

β Planta paulo vetustior, flore purpureo & carneo dilutiori.

*Elleborines recentiorum genus III.* CLUS. *Pannon.* p. 276.

γ Flore & imprimis unguine atrorubente, ferotina, prælonga spica.

*Helleborine altera flore atrorubente* C. B.

Est etiam *Damasonium*, flore mixto RIVIN. t. 6.

& Flore

(p) Tab. 39. f. 11.

(q) b b.

(r) a a.

(s) d.

(t) c.

(u) f. 1. 3.

(x) f. 2. 3. a. b. c.

(y) f. 1. 2. 3. d. e.

(z) f. 1. 2. 3. 4. 5. f.

(a) f. 4. i. l. & f. 2. 3.

(b) f. 4. inter l. & f.

(c) f. 1. 2. 3. 4. 5. f.

(d) f. 1. 2. 3. 5.

(e) f. 5. f.

(f) Ubique.

(g) f. 19. f. 4. & f. 6. 7.

(h) f. 6. 7. o.

(i) f. 6. 7. n. n.

(k) f. 6. 7. p.

(l) f. 6. 7. m.



N<sup>o</sup>. 1297.  
Epipactis  
latifolia.  
Tab. 40.  
(Scrap. latifolia).

N<sup>o</sup>. 1298  
Epipactis  
pallens.  
Tab. 41.  
Floris albi, ma-  
g<sup>ni</sup>. grandiflora.  
(Scrap. grandiflora)

N. 1297  
Ephemeris  
Lactaria  
Vol. 10.  
(Geogr. Lactaria)


17. 17.  
Lactaria  
Vol. 10.  
17. 17.



*EPIPACTIS* foliis ensiformibus,  
caulinis, floribus pendulis, la-  
bello obtuso, oris plicatis.

ELPHANTIS  
caudae fimbria pendulae  
belle ornatae, non plicatae.






19



F.2.



F.1.





F.3.



F.4.

EPIPACTIS caule paucifloro, labello lanceolato  
*Linnaeus, Bot. Botanic. T. II. P. XXIII.*

*Epipactis atrorubens*



*EPIPACTIS caule paucifloro, labello lanceolato.*  
*Linnaeus, Methodus, T. II, P. XXXIV.*



*[Faint, illegible text]*


*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*



*[Faint, illegible text]*

20



*EPIPACTIS caule paucifloro,  
lineis obtusi labelli levibus.*

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or reference number.

Handwritten text on the right side of the page, possibly a date or location.

Handwritten text at the bottom left of the page, possibly a signature or name.



& *Flore viridi violaceo* t. 4.

& *Barba rubra* t. 2.

*Serapius bulbis fibrosis, floribus erectis, bractea brevioribus.* LINN. p. 1344.

In sylvis ubique frequens.

Radix longa, lignosa, scabra, deorsum fibras emittens, & subinde novum scapum ordiens. Scapus rectus, firmus, cubitalis. Folia caulina firma, septem & octo, in hoc ordine latissima & brevissima, ut latitudo fescuncis, longitudo duarum unciarum sit, mucro obtusus: eorum, quæ medio loco ponuntur, latitudo tanta est, ut caulem amplecti videantur, & ab eo perforari; superiora acutiora sunt, & denique in stipulas degenerant, quæ latæ in imis, & toto flore longiores sunt. Spica femipedalis, multo, quam adfinibus, magis multiflora, ad triginta flores. Petiolus debilis est; hinc flores nutant, etiam pendent, & sæpe in alterum latus declinant. Germen ex ovato trigonum (*m*), piriforme, latescens, hirsutum, tribus latis valvis & tribus minoribus interseptis constat. Flos (*n*), quam in 1296 & 1298. 1299. minor. Maturior totus hiat (*o*), & petala secedunt, quæ in juniore connivent. Tria petala exteriora (*p*) duriora, quam in n. 1298. 1299. ovato lanceolata, extus subhirsuta, virentia. Duo interiora (*q*) paulo breviora, teneriora, alba, cum aliquo virore admixto. Galea labello longior, ut idem petala externa lateraliter non excedat. Labelli origo cymba (*r*) est, deorsum depulsa, calcaris quasi initium, obducta virescente glutine, erectis albis marginibus aucta (*s*). Ea cymba utrinque incisione (*t*) separatur a descendente vomere fere cordiformi (*t\**), brevi, sine recurvo, ut basis cordis ex cymba prodeat. In origine hujus bractæ figura cordis exasperata eminet, cæterum nullæ in eo vomere lineæ sunt: mucro acutus, plerumque deorsum flectitur. Color labello albus est, subcarneus: idem tamen, & totus flos, & cymbæ unguentum, per maturitatem purpurascit, tunc vero in vomere lineæ obscure rubentes adparent. Columna (*u*) staminea brevis. Ejus suprema pars educit ex brevi petiolo fungum (*x*) cordiformem, qui inferius in duobus nidis (*y*) recipit duas antheras (*z*), quæ inferius sejunctæ, superne coeunt. Earum viscosus pollen totus elabitur, & alicubi, incerta sede, adhæret. Sustentaculi loco est margo (*a*), quasi coronæ similis, in quo inter duos arcus medius est globulus; sub eo margine vallecule (*v*) unguine obducta, in vulvam depressa, quæ versus ovarium ducit. Sub ea via linea eminent (*c*), in duo tubercula educita.

Pertinaciter in hac specie inquisivi, num anthera petiolum habeat. Reperi certissime continua membrana clausam, quæ rupta massam spermaticam dimittit. Non debet petiolus fungi stamiae huc revocari.

1298. EPIPACTIS caule pauciflora, lineis in obtuso labello levibus. *Gen. Orchid. confit.* p. 25. n. 3. Tab. 41.

α Varietas latifolia, foliis ovato lanceolatis.

*Damaconium Collyphyllon* CORDI L. II. c. 108.

& *Alisma quoruandam* p. 151.

*Helleborine flore albo, vel Damaconium montanum, latifolium* C. B.

*Helleborine alba barba luteola* RIVIN. t. 4.

β Foliis ensiformibus.

*Damaconium tenuifolium* CORDI L. II. c. 107.

*Damaconium flore albo* RIVIN. t. 5.

LINNÆUS in Serapiade III. confundit cum 1298. & 1299. describit *Oelansk. ref.* p. 144. tum ROSEN. *Obff.* p. 54.

Utraque in sylvis non rarissima. Varietas α. Bernæ in monte *Gurten* supra *Wabern*, in sylva supra *die Halle*, supra *Bodenaker*, *Burgdorji* in angulo sylvæ, supra *die Kymatte*

(m) f. 2. 4. 5. h.

(n) f. 3. 4.

(o) f. 1. 2. 12.

(p) f. 1. 2. 3. 4. 11. 12. 13. a. b. c.

(q) f. 1. 2. 3. 4. 11. 12. 13. d. e.

(r) f. 1. 2. 5. 6. 11. k.

(s) f. 11.

(t) f. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 11. 12. 13. f.

(u) f. 6. 7. 8. 9. 14.

(x) f. 6. 7. 11. 13. 14. m.

(y) f. 10. 13. 14. 5.

(z) f. 6. 7. 8. 9. 13. n. n.

(a) f. 7. 8. 9. 11. o.

(b) f. 7. q.

(c) f. 7. 8. r.

Q q 2

*Eymatte.* In Aquilejensibus aux *Chènes de Bex* & alibi. Tiguri in monte *Uetliberg.* Basileæ in cornu montis *Crenzach,* in sylvis montis *Münchenstein,* in *Schauenburger Walde.* In sylva montis *Saleva* J. B.

Varietatem  $\beta$ . legi in adscensu mont. *Wasserfall,* in monte *Vogelberg.* GAGNEBIN à la *Ferrière* prope *Saignelet.* In Aquilejensibus circa *Echarpigny,* supra *Evéieux,* versus *les Plans,* &c.

Radix teres, obliqua, sub terra repens, capillata, scapo continuata. Culmus pedalis, cubitalis, foliosus: folia in  $\alpha$  ovate lanceolata, lata ad fescuncem, duplo longiora: juniora videntur caulem amplecti: stipulæ etiam latiores, foliosæ, longiores pro latitudinis portione, quam in 1297. & 1296. neque reflexæ. In varietate  $\beta$ . folia longa, ensiformia. Spica similis magnis distincta stipulis, toto flore longioribus; flores pauci, sex, septem, pene sessiles.

Petala parum divergunt (*d*), ut flos clausus videatur. Petala tria exteriora (*e*) alba, breviora, quam 1299. lanceolata: duo interiora (*f*) his breviora, ovata. Labellum breve, petalis lateralibus brevius, aut vix longius (*g*) de flore non eminent. In principio cymbam (*b*) efficit, marginibus elevatis comprehensam, pigmento plenam flavo, quæ quasi initium calcaris est; tunc incisura utrinque separatur. Vomer reliquus, ex ovato lanceolatus multo brevior, quam in 1299. in tenero flore tamen acutior: lineatum labellum (*i*) tribus flavis jugis rotundulis, minus, quam 1299. crispis & pilosis percurritur; cæterum album.

Columna staminea (*k*) longa, curvula, pene convexa, antè planata. Summa pars ex triangulari petiolo gerit fungosum (*l*) capitulum, sursum convexum, inferius cavum, duobus nidis exsculptum (*m*). In eos duæ antheræ (*n*) recipiuntur, quæ sursum convergunt, sessiles, ovatæ; tenera membrana viscidum continentes pollinem, qui se trahit, & unica in massa de fungulo de labitur. Sub antheris in columna staminea margo eminent (*o*), qui antheras sustentat, & cujus medius globulus antherarum intervallo respondet; sub eo margine vulva unguine plena, semicirculari margine terminata, cis quem via depressa ad ovarium ducit. Fructus maturus grandis, uncialis, erectus, trigonus, ima parte gracili, ejusdem fabricæ, quam descripsi.

1299. EPIPACTIS caule paucifloro, labello lanceolato, lineato, lineis undulatis. *Gen. Orchid. constit. p. 23. t. 2. tab. 42.*

*Elleborines genus V. CLUS. Pannon. p. 33.*

*Dionasium flore roseo RIVIN. t. 6.*

*Helleborine longifolia, paucis purpureis floribus ENTON. p. 274.*

Non rara. In sylva *Bremgarten,* supra die *Neuenbrücke,* in sylva prope *Toffan,* & monte *Belpheg.* In sylva prope pratum die *Eymatte,* prope *Burgdorf;* supra *Matbod* & *Moncharand,* *Buffigny,* *Crecy,* *Sublins.* In adscensu montis *Saleva.* Etiam *Genevæ* à la *Bastie* RAJ. In mont. *Muteto,* *Münchenstein* & *Crenzach.* C. B. A la *Vanne,* à *Pierabat,* au bois d'*Iter* prope *Neocomum* GAGNEBIN. In monte *Uetliberg* circa villam *der Hükler* J. GESNERUS. Inter *Pfffers* & *Vettis,* & circa *Wesen.*

Multa prioris similia, a qua tamen abunde differt. Radix similis, & habitus varietatis  $\beta$  Epipactidis 1298. foliis imis ovatis, sursum longioribus; acutioribus, lanceolatis, triplo, quam lata sunt, longioribus, septenis, novenis. In summa planta in stipulas degenerant, quæ germine longiores, ovatæ, eriguntur. Spica florum vix supra novem, compacta, stipulis distincta. Germen in perbrevis petiolo erectum, rubiginosum, grande, nunquam cernuum. Flos speciosus (*p*); galea nunquam patula: petala tenera extus lanuginosa. Tria externa longiora (*q*), angustiora, lanceolata, suave purpurea. Eorum supremum cum quarto & quinto in

(*d*) Nobis in caule *TOURNEFORT. t. 250. A.* Hinc *Helleborine* flore albo clauso *RAJ. Syn. III. p. 384.*

(*e*) *TOURNEFORT. C. E. F. nobis f. 1. 2. a. b. c.*

(*f*) *TOURNEFORT. B. D. nobis f. 1. 2. d. e.*

(*g*) *TOURNEFORT. G. nobis f. 1.*

(*h*) *TOURNEFORT. nobis f. 3. ad k.*

(*i*) *TOURNEFORT. nobis f. 3. f.*

(*k*) Nob. f. 3. 4. 5. 6. 7. k.

(*l*) f. 3. 4. c. 6. 7. i.

(*m*) f. 5. 7. 1 l.

(*n*) f. 6. m. m.

(*o*) f. 6. 7. p. p.

(*p*) *Tob. 43. f. 1.*

(*q*) f. 1. a. b. c.

21



*Faint handwritten text, possibly a signature or date, located at the bottom right of the drawing area.*

7

21






Tuba cum staminibus  
inversa subtus inspecta.



Tuba et stamina  
lateraliter spectata.



CALEOIS radicibus fibrosis  
foliis erecto laciniatis.



in galeam coit; secundum & tertium ad latera exeunt. Interiora (r) illa duo [4. & 5.] latiora, breviora, glabra, saturatiori sunt purpura. Labelli origo cymbiformis (s), incisione propria (t) a vomere separatur, qui ovato lanceolatus, argutus (u), deorsum flectitur. Cymbæ margines elevati, vomer quinque & septem lineis undulatis (x) & crispis, pallidis percurritur. Origo alba est, finis purpureus. Columna flaminea (y) ex gentis caractere; supremus est fungus petiolatus, inferne duobus nidis inscriptus, in quibus antheræ (z), Sustentaculum (a) duobus pariter in loculis antheras sustinet. Vallecula subest (b) cordiformis, unguine plena, deorsum depressior, purpurea, quam eminens margo (c) terminat.

Ut nunc notas discriminis in unum contraham, Epipactis 1299. & 1298. solæ possunt confundi, cum habitu, paucis floribus, petiolis brevibus, floribus erectis, galea pene clausa, labello brevi & lineato convenient. Differunt tamen, quod purpurea 1299. labello multo longius & argute mucronatum habeat, lineasque percurrentes undulatas. In alba 1298. lineæ potius eminentes, quam undulatae, petala omnia, & potissimum labello, breviora & minus acuta.

Amplexicaulis 1297. & palustris 1296. habent spicas longissimas, florum quadruplo numerosiorum, quam 1298. & 1299. petiolos florigeros longos; flores hinc cernuos, & fructus nutantes pendulosque, labelli initium corde signatum, lineis parallelis nullis, stipulis latioribus reflexis.

Denique in amplexicauli stipulae majores; petioli florigeri breviores; vomer firmus, rectus, non plicatus, tuberculis duobus sub vulva distinctis, mucrone sustentaculi unico, petalis durioribus, foliis amplexicaulibus, brevioribus. Eadem a 1298. 1299. differt labello non lineato, duobus inscripto tuberculis, petiolo longiori, floribus minoribus.

Palustris ab amplexicauli distat flore grandiori, lineis & plicis labelli, eodem longiori, magis e flore educto, emarginato, foliis angustioribus, minus amplexicaulibus (d).

Cymbam evidentiore habent Epipactis rosea & alba, amplexicaulis, palustris, tetrapetala, & Limodorum, Epipogon, hæc duæ verum calcar; Cymbam conspicuam, sed minorem, Nidus avis, Ophrys bifolia. Cymbam obscuriorem spiralis, cordata; nullam Ophioglossoides.

Iterum, ut in Orchide, gradus vides, qui non sinunt plantas istas divellere.

## CALCEOLUS TOURNEFORT. t. 249.

## CYPRIPEDIUM LINN. n. 1014.

Petala huic non quinque, sed quatuor, ovato lanceolata, tota vaga, neque in ullam galeam conjuncta. Columna media, quam LINNÆUS tubam vocat, hic ab antheris distincta. Plura descriptio dicet. Nomen Calceoli melius, quam illud a Cypride sumtum. Labello ligneum calceum refert, Dea indignum.

1300. CALCEOLUS radicibus fibrosis, foliis ovato lanceolatis. *Orchid. gen. conf.* p. 14. tab. 43.

*Damasonium nothum* DODON. coron. p. 80. icon uniflora.

*Pseudodamasonium* CLUS. Pannon. p. 271.

*Elleborine, recentiorum* L. CLUS. hist. p. 272. SEBA Thef. T. I. t. 8. f. 5.

*Calceolus* RIVIN. t. 1.

*Cypripedium foliis ovato lanceolatis* LINN. Flor. Lapon. n. 318. GMELIN. Flor. Sibir. T. I. p. 2. t. 1.

*Cypripedium radicibus fibrosis, foliis ovato lanceolatis, caulibus* LINN. Spec. p. 346. MILLER. t. 242. bene.

Pulchra

(r) f. 1. d. e.

(s) f. a. b.

(t) f. 2.

(u) f. t. 2. 3. g.

(x) f. 3.

(y) f. 4. & 2.

(z) f. 4. k.

(a) f. 4. l.

(b) f. 4.

(c) f. 4. m.

(d) Separat roseam, & albam, & amplexicaulem Cl. SCOROLI.

Tom. II:

R x

Pulchra planta in Helvetia non rara est. Bernæ in declivitate boreali fylvæ *Bremgarten*, inter villas *Drakau* & *Huili*, etiam in fylva *der Enge*, ad Arolam. Tiguri in monte *Uetliberg*, circa villam *der Hökeli*, J. GESNER. Scaphusæ in *der Claus*, & in monte *Kander*. Prope *Wallenbürg*, in monte *Rubrart*. Prope *Villarrei* *Evêque* Cl. GAGNEBIN; deinde au *piéd des rochers de Pertuis* & in *Pertuis de Combe Guede*. In adscensu montis *Salva* J. B. & RAY in *Niff* o monte *ARETIUS*. In *Ormond desfus*, monte *Pilato*, &c.

Habitus Helleborines, potissimum 1299. & 1298. Radix, ut ipse scapus, perennans, ad angulum rectum recurvus, repens, qui innumerabiles fibras cylindricas dimittit, & reliquiis veterum caulium exasperatur. Caulis pedalis, & cubitalis, foliosus. Folia prima duo parva, sessilia, parum a caule recedentia, deinde quatuor, ad septem, ovato lanceolata, sursum tamen ut solent, acutiora, nervis crassis, hirsutis, in dorso magis, ad duas uncias lata, amplexicaulia. Flores duo, unusve, ex maxima foliosa stipula, speciosa magnitudine & ipsa; cymba pollicem longa; petala exteriora ad duas uncias.

Germe prægrande (a), prismaticum, trigonium, dum flos viget incurvum, rubiginosum, lineis foliis tribus minoribus, & tribus majoribus percursum: quarum illæ valvæ sunt, hæc mediam carinam percurrunt (b). Petala quatuor, ad rectos angulos patula; duo exteriora ita posita (c), ut alterum superius sit, inferius alterum, longum utrumque, lanceolatum, plerumque ob mollitiem undulatum, ex purpura maculosum. Petala interiora duo similia, in nostris exemplis angustiora, pene linearia (d), lanceolata, in origine villosa, purpurea. Labellum amplissimum (e), calcei lignei simile, ovatum, ad cymbæ modum cavum, pariete superne contracto, ut ostium apertum cymbæ aliquanto minus sit. Totum lineis depressis percurritur, inter quas colliculi eminent (f). In nostris flavum est, intus maculis & lineis pilosis pingitur.

Scapus (g) solidus fert petalum peculiare (b), antheras duas (i) & aliquid, quod pro tuba haberi possit (k). Petalum peculiare fungosi capituli Helleborines locum tenet, petiolatum, versus tubam cavum, ovatum (l), orifve plicatis, proboscidi tubæ inminens. Color ei albus, lineis pictus purpureis. Eodem ex petiolo tuba in proboscidem (m), solidam & carnosam, dilatatur, medio dorso sursum eminente, deorsum concava, tribus quatuorve lineis exarata. Ad latera tubæ duo (n) unguis solidi, divergentes, curvuli, triangulares (o): sub eorum singulo anthera (p) sessilis, transversim lata, deorsum bilocularis, septo divisa.

Hæc tota columna flaminea ostio cymbæ inminet, & in immatura comprehenditur. Calceoli varietates aut affines plantæ sunt.

I. *Helleborine calceolus dicta Mariana, foliis binis, ex radice ex adverso erumpentibus, flore atropurpureo* PLUKNET. *Amalth.* p. 115. *Mantiss.* p. 101. t. 418. f. 1.  
& *Ejus Helleborine Calceolus dicta Mariana, caule folioso, flore luteo minori.* *Mantiss.* p. 101. t. 418. f. 2.

*Calceolus marianus glaber, petalis angustis* CATESBY *nativ. hist.* II. p. 73.  
& *EJUSDEM CATESB. Calceolus flore maximo rubente, foliis amplis, hirsutis, crenatis, radice dentis canini append.* t. 3.

II. *Flore duplo majori* HERMAN J. R. H. & C. HALE. *Eden.* p. 305.  
*Calceolus petalis nectario brevioribus* GMELIN. p. 3. t. 1.


III. *Petalis omnibus lanceolatis, auctore* GMELINO.

Talis in Sibiria provenit *Calceolus purpureus, speciosus* AMMAN. *plant. ruten.* p. 176. t. 21. GMELIN. var.  $\gamma$ . p. 2. T. I.

&amp;

(a) *TOURNEFORT.* t. 249.  
(b) *TOURNEFORT.* A. GMELIN. T. I. in omnibus figuris.  
(c) *TOURNEFORT.* A. C. GMELIN. in  $\alpha$ .  $\beta$ .  $\delta$ . nobis f. 1. 2. A. B.  
(d) GMELIN.  $\alpha$ .  $\beta$ .  $\delta$ . *TOURNEFORT.* B. D. nobis f. 1. 2. C. D.  
(e) *TOURNEFORT.* E. E. GMELIN.  $\alpha$ .  $\beta$ .  $\gamma$ .  $\delta$ . nobis f. 1. 2. E.  
(f) GMELIN. & nobis l. c.

(g) GMELIN. f. 1. 2. nobis f. 3. 4. & 1. 2.  
(h) *TOURNEFORT.* F. G. GMELIN. f. 1. inferius, nobis 1. 2. 3. 4. H.  
(i) GMELIN. ad 1. utrumque. nobis f. 3. 4. I. K.  
(k) *TOURNEFORT.* G. nobis f. 3. 4. L.  
(l) GMELIN. in variet.  $\gamma$ . ad 1. inferius nobis f. 3.  
(m) GMELIN. in f. 1. 2. utroque nobis f. 3. L. L.  
(n) GMELIN. l. utrumque. nobis f. 3. 4. N. N.  
(o) CLUSIUS cornubus cancerorum comparat.  
(p) f. 3. 4. i. k.



GRAFF SCHEITEL



CORALLORRHIZA

& *Calceolus minor*, flore vario. AMMANI. p. 177. t. 22.

*Calceolus foliis ovatis, binis, caulibus* G. MELIN. p. 5. n. 5.

& in America *Calceolus Marianus Canadensis* CORNUT. plant. Canad. c. 78. p. 205.

Conjungit certe LINNÆUS, & ipse G. MELINUS: notas discriminis gnati inquirant.

## CORALLORRHIZA RUPP. I. p. 231.

G. MELIN. Flor. Sibir. p. 26.

## OPHYOS Species LINN.

Valde adfinis Epipactidi, antheris quaternis differt.

\* 1301. CORALLORRHIZA RUPP. *Orchid. gen. constit.* p. 12. G. MELIN.

l. c. Tab. 44.

*Orobanche Succorum, radice Coralloide, flore albo* RUDBEK. Elyf. II. p. 234. f. 16.

*Ophrys bulbis ramosis, flexuosis, caule vaginato, nectarii labio trifido* LINN. Spec. p. 1339.

Passim in sylvis abiegnis umbrosis. *Sur la Montagne Darnain, à la Combe de Pelu, à la Jaques, à Sombaille, au haut du bas Monsieur, près de la Chaud de fonds* Cl. GAGNEBIN. Circa la Brevine CHATELAIN. In Aquilejensibus passim, en Combanivaz, Chapuisse, Javernaz.

Radix ex scapo ad angulum rectum declinat, sed undique adpendices edit, quæ ipsæ ramosæ sunt, obtusæ, ut in Coralliis; teneræ omnes, succi plenæ, albæ; Scapus dodrantalis, pedalis, rectus, aphyllus, præter squamas non virides, parum exstantes, obtusas. Spica rarior, florum fere circa duodenos. Stipulæ ovato lanceolatae. Petioli aliquot linearum, hinc fructus penduli.

Germen ovato triquetrum, extus convexius, tribus colliculis, & tribus eminentibus lineis distinctum, illi valvæ sunt, quibus ex classico more femina scobiformia adfiguntur. Petala sex, tria in galeæ (a) speciem facta, nempe supremum (b), & duo interiora (c); exteriora tria ovato lanceolata (d), secundum & tertium patula descendunt. Exteriora viridia sunt, quartum & quintum latiora, ovata (e), acuminata, alba, viridi linea distincta; sextum, seu labellum, ex ovato lanceolatum (f), acuminatum, duabus lineis eminentibus percursum (g), aut figura etiam lanceolata inscriptum, alias purum, album, in faucibus tamen purpureis maculis infigne, in principio duos acutos & breves denticulos exigit (h). Denticuli labelli alias obscuri sunt (i), neque tamen ideo speciem separaverim (k).

Columna staminea (l) superne convexa, inferne cavula, purpura, maculata. In ejus parte suprema duo sunt margines, superior (m) in arcum flexus; inferior, seu sustentaculum, mucrone brevi tripartito (n) eminens. Inter eos margines virides est vallecule (o). Ex superiori margine exit fungulus celerrime (p) siccescens, inclinatus. Sub eo sunt duæ ovales capsulæ (q), dorsis oppositis, tenerrimæ, spongiosæ. Iis apertis adparent quatuor (r) antheræ, seu globuli ovati, pellucidi, in quoque loculo bini. Pro iis loculis duæ in labello depressiones inscribuntur. Maturi elabuntur, & glutinose scapo passim adherent, cavosque nidos relinquunt (s).

Cæterum figuras 6. ad 10. ipse delineavi, sola summa rerum momenta fecutus, quæ oculo vitro convexo adjuto se offerebant.

III.

(a) Tab. nostr. f. 1. 2. 3.

(b) a.

(c) b. c.

(d) a. b. c. f. d. 3. 4.

(e) f. 2. 4. d. c.

(f) E. f.

(g) h. h.

(h) g. g.

(i) G. MELIN. nulli.

(k) CHATELAIN.

(l) f. 6. 8. 9. 10.

(m) q. q.

(n) l. l.

(o) m. m.

(p) k. k.

(q) n. n.

(r) f. 8. 9. Vidit etiam Clar. GAGNEBIN & CHATELAIN.

## XI. SPATHACEÆ.

## PIPERITÆ LINN. n. 2.

Paucas hujus generis plantas habemus, quas non longe a Liliaceis possumus remove-  
re, etsi foliis sunt divisis. Heteroclitis plantis non alium locum invenio.

## ARUM TOURNEFORT. t. 69.

LINN. n. 1028.

RIVIN. *Monop. irreg.* MALPIGH. *ic.* 184.

## ARISARUM TOURNEFORT. t. 70.

## DRACUNCULUS TOURNEFORT. t. 70.

Spatha equidem est, quam TOURNEFORTIUS (t) & RIVINUS pro petalo ha-  
bent, sed maxima, floralis, caduca, femiconica, hinc convexa, inde aperta, cha-  
racterem meretur ingredi. Intra eam cylindrus (u) de summo pedunculo exit,  
qualem fere Typha emittit. Ei cylindro inferius baccae rotundae, polyspermae (x),  
numerosae adherent, cum tuba brevissima. Super has baccas papillae  
breves (y), sursum pilos emittentes. Deinde antherae crassae, quadrangula-  
res (y\*), sessiles, scapo infixae, quadriloculares. Iterum supra eas papillae  
rotundae (z), quae curva filamenta deorsum educunt. Suprema pars scapi nuda,  
crassior, clavata (z\*).

## 1302. ARUM (a) foliis sagittatis, spatha recta, clava cylindrica.

ARUM CAMERAR. *Epit.* p. 365. 366. BLAKWELL. t. 228. DODON. *prog.*  
p. 27. *Vulgare* MILLER t. 52.

II. *Minus* CAMERAR. *Epit.* p. 367.

III. *Pisillo albo, luteolo.* TRAG.

IV. *Arum venis aureis, pulcherrimis*, quas in horto conservaverit DOERING. p. 24.

*Arum acaule, foliis hastatis, integerrimis, spadice clavato.* LINN. p. 1370.

In omnibus dumetis & ad sepes, verno tempore.

Radix tuberosa, carnosae, fibras emittit. Folia radicalia, petiolata, sagittata, nitida,  
saepe maculata. Spatha alba, recta. Baccae per aetatem succo rubro tinctorio  
ebriae. Semen unum vel duo, rotunda, dura, superficie reticulata. Clava san-  
guinei coloris.

Tota planta acerrima (b), exurens, linguam diutissime mordens, ut etiam infusum  
vinosum sputum cruentum civerit. Radix farinosa, viscida, sed tamen acerrima,  
minus quidem, quam folia, & fibrae minus, quam bulbosus, plena lacteo (c)  
succo, non valde acri, succum violarum viridi colore tingente. Succus viridis  
de lacte secedens suo lacte etiam magis tingit, & ab acore cogitur; tum ad  
ignem coctus dat extractum dulce, & sedimentum relinquit, quod est glutinis  
adusti odore: reliqua tunc radix insipida est. Siccæ radicis extractum aquosum  
ad  $\frac{1}{2}$  obtinetur, nauseose dulce, neque acre. De recente radice ad ignem stil-  
lat aqua sublixiva, tunc alia empyreumatica, magis alcalina: porro empyreuma-  
ticus liquor subacidus (d) cum oleo mistus pariter empyreumatico; manet carbo,  
in

(1) E. 7. o. o. p. p.

(2) TOURNEF. A. B.

(u) A. C. ad B.

(x) C. D. E. F.

(y) In Icone BLAKWELL. t. 228.

(y\*) TOURNEFORT.

(z) Ibid.

(z\*) Ibid. B.

(a) Arum habet folia Dracunculi longiora, paucio-  
ribus maculis distincta, caulem subpurpureum, do-  
drantalem, pistilli effigie, a quo croceum semen exit;  
radix Dracunculi alba. DIOSCORIDIS L. II. c. 163.

Ægyptus gignit maxime Aron [Colocasia] GLAU-  
CIAS hoc a Dracontio discrevit; dixit sylvestrem;  
alii Aron radicem vocant, herbam Dracontium, sed  
omnino differunt PLIN. L. XXIV. c. 91. PHANIAS  
Arum esse idem cum Dracontio ATHENÆUM d. p. 185.  
Ita CORDUS *botanolog.* p. 134. 135.

(b) FRANK. *Anmerk.* n. 40.

(c) Ibid.

(d) GEOPH. III. p. 125. des SERRES p. 751.  
Etiam WEDL. *Florum acidi continet* NAVIER  
GEOPH. p. 129.



in quo sal parcellissimus (e) ad  $\frac{1}{200}$ . Volatilem saltem plurimum continere *Urbanus HIARNE*: eum in his experimentis non invenio (f).

Contusa cum vini liquore stillatio dat extractum Colophonie simile, nauseose dulce; & innatat in vini spiritu oleum acre, ut Pimpinellæ essentia, ad grana in libra decem (g). Cum aqua longe & quinquies uberius extractum dat, nauseose dulce, non acre. Vis est in aqueo succo, non in lacte; & radix sicca ad drachmam potest exhiberi, multo tunc mitior (h). Adnotat Cl. GEORGI, extimam radicis partem pene insipidam esse, dum interior acrimoniam retinet (i).

Folia, quam radix majorum sunt virium: succus de recentibus foliis parum acris, tamen sublixivus est, deinde ut prelum urgetur, acrior, celeriter violarum succum rubro colore tincturus (k); & reliqua folia nunc insipida sunt. Extractum ex eo parcum, granorum 25. ex 20. drachmis, dulce est & subacre (l). De iisdem contusis, cum aqua pluvia, stillavit aqua subcalina, tunc alia empyreumatica calefescens, & olei 24. grana, ex 1210. In carbone parcellissimus sal alcalinus fixus (m). Siccata folia dederunt cum aqua extractum fuscum cum acrimonia dulce, qualis in Pimpinella [alba] sapor est; deinde extractum spirituosum parcum, simile, sed debilius. Cum spiritu vini uncie duæ dederunt extracti grana 56. & tincturæ oleum, radicis Pimpinellæ oleo simile innatat, supersunt aquosi extracti grana 17. Ita vero commistæ sunt gummosæ particule cum resinosis, ut aqueum extractum in vini spiritu deliquescat, spirituosum in aqua. Ex levi extracti utriusque acrimonia adparet, vim esse imprimis in partibus volatilibus, quæ avolant.

Vires in radice sunt saponaceæ, ut etiam saponis loco siccata serviat (n). Arum urfus quærit, hiemales sordes absterius (n\*). In usus medicos eodem fine trahitur, ad resolvendum spontaneum humorum gluten: fecula tamen, de qua succus expressus fuerit, aut elotus, debilior (o) est utique, & siccata denique inutilis. Nam ex sicco Aro panis fit edulis (p), uti ex Calla, adfini (q) planta, panis hieme paratur, & ex propiori Aro Colocasia (r). Quare oporteret succum exhibere, aut recentem certe radicem: nunc fecula, sive farina acri succo privata, adhibetur.

Ad debilem ventriculum datur, in pulvere stomachico BIRKMANNI; ad asthma (s), ad alvum purgandam (t); ad rachitidem, radicis grana quinque cum duplo saponis & melle coctæ (u). Homo pene raucus & pene aphonus Aro sanatus (x). Veteres inter diuretica numerabant (y). Externo usu, in turundam facta, radix ulcera mundat, ad arthritidem levandam imponitur (z).

Radice Ari debile vinum confirmatur, ut acetum inde obtineri possit (z\*).

Callam nondum in Helvetia reperimus, quæ in uliginosis sylvis septentrionis reperitur.

Ab Aro ad Typham ordo naturalis ducere videtur.

## C L A S.

(e) Ibid. Omnino aliter, quam WEDLIUS, qui in libra drachmam semis ejus salis reperit de Aro: aut Cl. GEORGI, qui grana 204. ex libris quinque p. 125; (f) II. p. 67.

(g) Ibid. CARTHEUSIUS resinæ parum reperit. *Mater. med.* p. 402. 403. ad gr. 16. ex uncia: gummi drachmas duas.

(h) CARTHEUSIUS. Recte monet absque lotionem adhibendam esse GEORGI. p. 128. Exsuccas esse radices, quando caulis floreat LUDWIG bonis. *rad.*

(i) p. 125.

(k) *Fränk. Anmerk.* n. 40.

(l) Ibid.

(m) Ibid.

(n) PECHNY. *herbal.* p. 65. circa Maidstone. *Nature. amoißem. des oi* p. 75. CASCALPINUS. *Fränk. Anmerk.* l. c.

(n\*) ARISTOTELES *Hist.* L. IX. c. 6.

(o) Radix rufa prelo exprimitur, tunc succus intra 24. horas deponit farinam, hæc colligitur, & potest addi, quod in torculari mansit DONZELLI. p. 387.

(p) In Sclavonia ANGUILLARA p. 122. ut opti-

mus fiat FORTA *mag. natural.* L. IV. c. 17. add. CHYDENIUS *gamia Caribey* p. 41. 42. In agro Noribergensi BURGGRAV. p. 1055. Panis Dyrbachinus erat ex Ari radice WEDEL. *Progr.* Expresso succo in *Garfagnana* panis inde fit *Journ. Litt.* S. III. p. 387.

(q) K. *Svensk. Vetensk. Acad.* ann. 1742. p. 284.

(r) In Aegypto Aron edule, nempe femina PLIN. *Hist.* L. XXIV. c. 92. Ari Aethiopici radix hæris; Lota tamen & siccata & tosta Hottentotti vescuntur. KOLBE III. p. 187.

(s) DIOSCORID. apud PLIN. L. XXIV. c. 92. HILL. *Mater. medic.* p. 596. DETHARDING *meth. med.* p. 150. radicis sicca drachma, ad duas drachmas. Etiam phthisicis cum melle datur DIODORUS. PLIN. *ibid.*

(t) CONSTANTIN. apud GEORGI.

(u) MESSUS L. II. c. 24. ROSEN *Kinderkrankheit.* p. 478.

(x) BURGGRAV. *Lex.* I. p. 1097.

(y) RUFUS c. 5. p. 8.

(z) CHOMEL. *Suppl.* p. 148.

(z\*) LEPECHIN. *acetific.* p. II.

## CLASSIS XII.

## GRAMINEÆ.

**N**aturalis omnino classis, nisi, quod Junci, Triglochin, Scheuchzeria, Valisneria, & Acorus eam inter & Liliaceam ambigant. Communem cum Liliaceis habitum habent, culmos vaginales, folia simplicissima, nervis parallelis, in apice convenientibus, naturam monocotyledonem. Differunt flore apetalò, decolore, persistente, paucissimis exceptis.

Clasſes facimus, triglumes, sexglumes, uniglumes, biglumes. Apetalorum nomen novè a VAILLANTIO & a LINNÆO repudiari. Verum nostra clasſis, & ejus ordines, certe naturales sunt.

## I. TRIGLUMES.

His tria calycis folia, tria stamina,

SPARGANIUM (a) TOURNEFORT. t. 302.

LINN. n. 1041.

Typham mallem post Arum ponere, sed ab Acoro separari nequit, neque a Sparganio.

Flores Sparganio in densas sphaeras (b) congesti, quarum superiores masculae (c) sunt, inferiores feminæ (d), in eodem tamen flexuoso pediculo. Calycem (e) triphyllum LINNÆUS vocat, etiam numerare perdifficile est, tunc tria stamina, in capillaribus filamentis. Feminis capsula pyramidalis (f), ut sphaera feminina undique rigeat (g). Tuba simplex, sine bifido. Semina duo ossæa (h), aut unicum (i), neque enim hic propria experimenta habeo.

1303. SPARGANIUM caule foliisque erectis.

α. Sparganium CAMERAR. Epit. p. 732.

Plantanaria DODON. Cereal. p. 256.

Sparganium ramosum C. B. Hist. Oxon. III. p. 247, t. 13. f. 1.

β. Sparganium non ramosum TABERNEMONT. p. 247. Hist. Oxon. III. p. 248. t. 13. f. 2.

Sparganium alterum LOBEL. p. 80.

Icon OEDERI t. 260.

γ. β. Sparganium foliis erectis, triquetris LINN. p. 1378.

Utraque varietas in stagnis paludosis, & rivis, quorum fluentum impedit, posterior in paludosis ad Giurbam.

Culmus firmus, erectus, tripedalis & ultra: folia ima triquetra; suprema plana, illa maxima, etiam tripedalia. Ex sinu foliorum superiorum pediculi angulosi & inflexi, nudi, ramosi in α, non ramosi in β, unam in β, plures in α. pilulas sessiles perforantes. Hæ pilæ fiunt placenta carnosæ, crassæ, cujus foraminulis bases feminum infiguntur. Sphaeræ mares minores, odoratæ, filamentis longis. Anthera fusca. Squamarum calycinarum una major.

1304

(a) Sparganium, alii Xiphidon, folia habet Gladioli, sed arctiora, & in terram magis procumbentia. In summo caule, velut pilulæ prominent, in quibus semen DIOSCORIDES L. IV. c. 21. Non dissentit.  
(b) TOURNEFORT. A. A. G. C.  
(c) A. A. A.

(d) C. C. K.  
(e) Ad E.  
(f) E. F.  
(g) K.  
(h) G.  
(i) H.

1304. SPARGANIUM foliis planis, mollibus, decumbentibus.  
 An *Sparganium minimum* C. B. *Theatr.* p. 232. *prodr.* p. 24. ? Non videtur, & habeo  
 potius pro exemplo prioris humili, qualia palmaria vidi.  
 Sed est *Sparganium minimum* R A J. *Synops.* III. p. 437. R A J. 1010.  
 An *Sparganium foliis natantibus, plano convexis* LINN. *Flor. Lapon.* n. 345. ? *foliis de-*  
*cumbentibus planis* *Spec. II.* p. 1378. Putem ob vocem *natantibus*, et si nostrum non  
 perinde numerosas spicas habet. Ex Suecia certe prioris varietatem cum hoc  
 nomine accepi.  
 Bernæ in fossis, quæ erant inter viam *Worbensem* & villam *Wittighofen*, sed ex nunc  
 siccatae sunt. Circa *Landeron*. In lacu Tigurino prope *Lachen*.  
 Radix fibrosa, alba. Culmus ex aqua ad aliquot uncias erigitur, brevis, non ramo-  
 sus. Folia tres lineas lata, pedalia, crassula, complanata, obtusa. In summa  
 planta sphaerae feminae duæ, tres, vel quatuor: una ad brevem ramulum scapi,  
 reliquæ sessiles. Sphaera mascula unica caulem terminat. Minora omnia, quam  
 in specie 1303. & molliora.

## TYPHA TOURNEFORT. t. 301.

LINN. n. 1040.

Summum caulem vel una cylindrus florifera terminat, vel duæ, aliquo spatio dis-  
 junctæ: superior pars clavæ, aut clava superior, quoties duæ sunt, mascula  
 est (k), flosculis facta innumerabilibus, calycibus perangustis, trifoliis, stamini-  
 bus ternis (l). Inferior clava (m), aut clavæ unice pars inferior, feminina  
 est, fitque stipatis pariter flosculis femineis, petiolo longo pappum radiatum (n)  
 emittente, semine claviformi (o), tuba simplici.

## 1305. TYPHA clava unica

*Typha* CAMERAR. *Epit.* p. 607.*Typha palustris major* C. B. *Theatr.* p. 337. *Hist. Oxon.* III. p. 246. t. 13. f. 1.*Typha foliis subensiformibus, spica mascula feminaque approximatis* LINN. *It. Scan.* p. 160.

Ad stagnorum &amp; fluviorum latera, in arundinetis.

Culmus sepedalis; folia plana, convexa, crassa, uncia angustiora, tripedalia & ultra,  
 amplexicaulia. Clava unica, continua, sexuncialis, pollicem lata, fusca. Semina  
 ex petiolis papposis sustentata avolant.Radicem inter acetaria haberi (p), & infusam in aqua potum vi imprægnare lego;  
 quæ nimium sanguinis de utero fluxu moderetur (q).

A pecore editur, suspicatur tamen SCHREBERUS (r) nocere.

Pappus culcitris replendis fervit.

## 1306. TYPHA clava mascula a femina remota:

a. *Typha* GMELIN. *Flor. Sibir.* I. p. 133.*Typha palustris media* J. B. II. p. 540. MORISON. *Hist. Oxon.* III. p. 246. S. VIII.  
 t. 13. f. 2. HILL. *Flor. Brit.* p. 468.*Typha palustris, clava gracili* C. B. *Theatr.* p. 340.b. *Typha minor* J. B. II. p. 540.*Typha palustris, minor* C. B. *Theatr.* p. 341.a. b. *Typha foliis semicylindricis, spica mascula, femineaque remotis* LINN. *It. Scan.* p. 198.  
*Spec. II.* p. 1377.Hæc rarior. *Sur les Eloges* GAGNEBIN, ad viam inter *Ferrière* & *S. Imier*. *Ge-*  
*neve sous Gaillard* in paludosis insulis Gen. de *Saussure*. In confluenta fluvii  
*Arve* cum *Rhodano* LOBELIUS & RAJUS. Cl. GAGNEBIN ad *Rhodani* in  
 lacum *Lemanum* influxum prope *Bouveret*. Plurimam reperi in villa *Bodenaker*  
 ad *Arolam*.

Culmus

(k) TOURNEFORT. G.

(l) A.

(m) F.

(n) H.

(o) G. D. GREW. t. 27.

(p) GLADITSCH. *method.* p. 21.(q) LOSS. L. IV. *obj.* 4.(r) H. *Saml.* p. 84.

Culmus humilior, cubitalis, bicubitalis, sed firmior, junceus. Folia multo duriora, angustiora, ima etiam vaginalia. Clava tres lineas lata, & paulo ultra, longa unciam, isthmo intercedente inter partem marem feminamque (i), non penitus perpetuo (t).

Varietas *Lobeliana* β. est exemplum vetustum, de quo pars spicæ maris, aut ea tota spica defracta est, ut femina superfit.

## II. SEXGLUMES.

ACORUS (a) LINN. n. 434.

CALAMUS AROMATICUS PETIT. *Létre d'un medecin* p. 49.  
MICHELI p. 43. t. 31.

Et sinu folii clava solitaria, sessilis, erigitur, cylindrica, dura, floribus sessilibus densissime obducta. Calycis foliola sex (b), rhomboidea, sine triangulari, truncato (c), intus cava. Stamina sex, antheris gemellis (d). Capsula superne hexagonia, acuminata, trilocularis (e). Semina tria (f). Hinc Junco proximus, inde Typhæ.

1307. ACORUS LINN. p. 462.

*Acorum* CAMERAR. *Epit.* p. 5. legitimum TABERNEMONT. p. 643.  
*Acorus verus* C. B. *Theatr.* p. 625. seu *Calamus aromaticus officinarum* Ic. Reg. II. *Hist. Oxon.* III. p. 437. BLAKWELL. T. 466.

β Varietas julis ternis, quaternis BLAKSTONE L.

In Helvetia passim. Bernæ in stagnis prædii *Holligen*, olim Soceri mei *Ampl. Tribunus* BUCHERI. Circa *Schadau*. Ad *Tramlingen* in stagno. C. B. circa *Brüglingen* & *St. Jacob*. Prope *Gundeldingen* (g), & in piscina prope *Brattelen*.

Radix spongiosa, tuberosa, oblonga, punctata, anulata, teres, fibras dejiciens. Folia erecta, tres & ultra lineas lata, a nervo valde eminente inæqualiter divisa, ut altera medietas transversis rugis plicetur. Typha flava, unica, foliis brevior.

Plurimum inter plantas septentrionis aroma possidet, sive nunc verus (b) Calamus aromaticus sit, sive secus (i). Radicis aqua simplex magis aromatica est, & oleum secum abripit æthereum (k): spiritus vini de recente radice vim medicam non extrahit, de sicca magis, & olei ætherei multum continet, ad drachmam in libra (l), de sicca radice semper melius.

Infusum aquosum amarum & aromaticum est (m); sed extractum inodorum (n), inutile; spirituosum acre, & de odore Calami aliquid (o) retinet. Ita aut vinosam extractionem NEUMANNUS (p) præfert. Salem volatilem abunde supeditat (q).

Mihi placeret vel in vino Burgundico infundi, ut CHOMEL, vel crudum sumi, ad duas fere drachmas, neque spiritum propinarem, ut WEDELIIUS (r), post ea, quæ NEUMANNUS monuit. Olim cum saccharo condiebatur (s).

Veteres

(i) Ita in icone TOURNEFORTII.  
(s) Desuisse aliquando Cl. WILICHI.  
(a) *Acorum* habet folia Iridis angustiora, radices non dissimiles, complicatas, in obliquum natas, summo cespite sparsas, geniculis interruptas, albicantes, gustu acres, odore non ingratis. Calefacit, antidotis immiscetur DIOSCORIDIS L. I. c. 2. PLIN. L. XXV. n. 100. Papyro similis, nodis albidis, fetidus, mali saporis AVICENNA L. II. tr. 2. c. 4. de alia, ut puto, planta. Viridis non olet, succus melius THEOPHRAST. *Caus.* L. VI. c. 22.  
(b) MICHELI A.  
(c) Ibid.  
(d) B.  
(e) E. F.  
(f) F.  
(g) *Basler Merkwürd.* p. 542.  
(h) MATTHIOLUS *Epist.* p. 93. 99. TOURNEFORT. *Plant. rariorum de Paris* p. 278.

(i) WEDEL. *Cent. II. Exerc. V. Dec. 3.* J. SYLVIVS ad MASUZ. FALLOPIUS in *Dioscorid.* l. c. 7. LOBEL. *advors.* p. 29. P. ALPINDUS *Med. Aegypt.* p. 137. b.  
(k) NEUMAN T. II. P. I. p. 271. Olim, radices mansisse lapidas, cum extractum spirituosum posse essent A. De HAYDE *obs.* 65. Sapore esse spiritus vini CARTHEUSER. *Mater. medic.* II. p. 51.  
(l) CARTHEUSER *ibid.* NEUMAN. p. 273. conf. WEDEL. *de Calamo aromatico.*  
(m) CARTHEUSER. *ibid.*  
(n) Ibid. NEUMAN. p. 274. 275.  
(o) NEUMAN.  
(p) IDEM p. 279.  
(q) p. 275.  
(r) *Diff. de Calamo aromatico.*  
(s) MESUE. p. 122. b.



F. 15.

EP.





T. I p. 366.  
n. 825.



*EPIPACTIS* foliis amplexi caulibus  
ovato lanceolatis labello lanceolato

T. II. tab. 40. pag. 154.

22

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

*[Faint, illegible text, possibly a signature or title]*



Veteres & nuperi Arabes veriori Acoro in theriaca (1) utuntur, & gargarismate ad dentium (2) dolorem: nostro tempore ad ventriculi debilitatem adhibetur, five cruda acida subnata fuerint, five flatu distendatur. Ad vertiginem pro specifico T. TURQUET (3). Unice adstringere, & in hæmorrhagiis internis (4) valere, credo de Iride flava potius dici posse. Odorem in folliculo Ratti moschati a Calamo aromatico esse lego (5).

## TRIGLOCHIN LINN. n. 453.

JUNCA GO TOURNEFORT. t. 142. MICHELI p. 43. t. 31.

Flos hexaphyllos (a), foliis ovatis (b), quorum interiora minora, teneriora, possint pro petalis haberi; exteriora majora, omnia decidua, omnia cava, & in sinu suo stamina sessilia continentia, quæ pollinem elastica vi explodunt. Siliculæ tres (c), aut sex, longæ, erectæ, graciles. Tubæ dense plumosæ, tres vel sex (d). Semen in quoque loculo, unicum, de apice suspensum. Potuisset cum Antherico manuisse.

1303. TRIGLOCHIN capsulis trilocularibus sublinearibus LINN. p. 482. *K. Svenska Vetenskap. handling.* 1742. p. 147. t. 6. f. 1. 2. 3.

*Gramen junceum spicatum* TABERNEMONT. p. 224. seu *Triglochis* C. B. *Theatr.* p. 80. 81.

In pratis udis abunde, circa Seedorf, &c.

Culmus imus bulbosus foliosas radices emittit. Folia radicalia multa, crassula, & tamen mollia; hinc convexa, inde plana. Caulis nudus, pedalis & altior. Spica longa, rara, multiflora. Petala ovata, viridia, roseo tincta, interiora tota rosea, delabuntur omnia, ut hætenus ad Jiliaceas pertineant. Fructus, dum maturefcit, longe de calyce exit, strictus, prismaticus (e), & denique locus quisque inferne in duas valvas dissilit, dum superne cohærent (f); ita sagittæ similitudo nascitur, ex qua nomen. Hæc de nostra nam altera *Salsa* species, qua *caremus*, rotundum fructum & sexlocularem habet.

Subsalsus sapor pecori & placet, & salubris est (g), ut ob ejus plantæ copiam paucua ad ostia Rhodani ovibus saluberrima putentur, in quibus mire pinguescant. Maritimam speciem ad colenda prata humecta SCHREBERUS laudat; sed expertus sum, femina difficulter matura haberi, cum *Rupe* colere vellem.

Hæc species nusquam in Helvetia provenit, etsi passim aquæ salis scaturiunt, & salis aspergo de spinis a vento dissipatur. Non ergo a salitudine certæ plantæ nascuntur, nisi in vicinia stirpes fuerint, quarum semen venti adterre possint.

## VALISNERIA LINN. n. 1097.

VALISNERIA MICHELI p. 12. t. 10.

&amp; VALISNEROIDES EJUSDEM. p. 12.

Sexus tota planta distincti. Femina, quæ Valisneria MICHELI, scapum habet spiralem (b): vaginam bifidam (i): tunc tubum florigerum longissimum: in eo calicis tria foliola ovata (k); petala tria elliptica (l), cum cuspidate sibi (m) imposita. Capsula longa, unilocularis (n) polysperma, stigmate tripartito (o). Stamina tria. Flos mas vagina bipartita (p) & quadrupartita (q), floribus congestis trifidis (r), ovatis, repandis & reflexis, staminibus duobus (s).

1209.

(a) P. ALPIN. p. 141. b.

(\*) MARCELL. c. 12.

(x) *Prax.* p. 59.(y) *Journ. med.* ann. 1759. m. April.(z) *Mém. de l'Acad.* ann. 1725. p. 334.

(x) TOURNEFORT. A.

(b) B. MICHELI. A.

(c) E.

(d) C.

(e) TOURNEFORT. C. MICHELI D. E.

(f) MICHELI. E.

Tom. II.

(b) H. H.

(i) C.

(k) D.

(l) B. B. E. J. J. J.

(m) Ad B. B. MICHELI pro staminibus habet.

(n) F.

(o) Supra F.

(p) N.

(q) O.

(r) L.

(s) Ibid.

T t

## \* 1309. VALISNERIA LINN. p. 1442.

*Valisneria androgyna palustris*, *Alga folio*, *Italica*, *foliis in summitate denticulatis*, *flore purpurascente* MICHELI p. 12.

*Potamogeton*, *Alga folio*, *Pisanum* BOCCONE *mus di fise*. p. 289. E.

♁. & *Valisneroides palustre*, *Alga folio*, *Italicum*, *foliis in summitate tenuissime denticulatis*, *floribus albis vix conspicuis* MICHELI p. 12. t. 10. f. 2.

Cl. la CHENAL invenit.

Folia pro aquæ profunditate variæ longitudinis, graminea, sed nervis plicifve parallelis folium transversim dividitibus, sine lanceolato, obtuso, subtiliter dentato. Flos mas minimus, ex brevi & solido stilo, prope radicem, folio brevior; maturus abruptitur, & per aquæ superficiem vagatur. Flos femina in scapo spirali, foliis altiori, florem majorem purpureum. Si vere stamina bina habet, in caractere tamen naturali ad Juncos pertinet.

## SCHEUCHZERIA LINN. n. 452.

Calyx hexaphyllos. Siliculæ crassæ, compressæ, distinctæ, tres ad sex (a), quarum duæ plerumque maturescunt, reliquæ abortant. Stamina sex (b). Tubæ tres obtusæ.

\* 1310. SCHEUCHZERIA LINN. *Flor. Lapon.* t. 10. f. 1. *Spec.* p. 482. *GMELIN. Flor. Sibir.* p. 713.

*Juncus floridus minor* C. B. *Prodr.* p. 43. *Theatr.* p. 190. J. B. II. *RUDERK. I.* p. 110. f. 2.

*Gramen junceum, aquaticum, semine racemoso* LOEBEL. *Flor. Pruss.* p. 114. ic. 28.

*Juncoidi adfina palustris* SCHEUCHZER. *agrostograph.* p. 336.

*Icon* OEDERI 76.

In Helvetia rara, nunquam a me lecta. Circa *Einsidlen* & ad *Pilati lacum* BUSSE. Circa lacum *felinum* SCHEUCHZER, sed eo loco extirpata est. Circa *Mühlstam* HOFER.

Culmi pedales, geniculati, ad terram vaginis albis obducti. Folia convoluta, carinata, ut explicari possint. Stipulæ ovato lanceolatæ, amplexicaules. Ex geniculis panicula rara, facta petiolis semel ramosis, quibus adfident, in longo petiolo, flores solitarii, hexapetali, ex viridibus sublutei, petalis lanceolatis. Stamina de flore eminentia. Siliquæ cum acumine, rotundæ, breves, latæ, planæque, duæ & tres, sibi obversæ (c), monospermæ (d), & dispermæ (e). Semina ovata, compressa, amygdalæ forma.

Juncis adnumerat Cl. BOEHMER (f) ab iis differt, ut a *Phalangio Anthericum*.

## JUNCUS TOURNEFORT. t. 127.

LINN. n. 237.

## JUNCUS SCHEUCHZERI p. 337.

## &amp; JUNCOIDES SCHEUCHZERI p. 318.

## JUNCUS MICHELI.

## &amp; JUNCOIDES MICHELI t. 31.

Calycis foliola bis terna, ovato lanceolata (g). Stamina sex (h). Germen triquetrum. Tuba unica (i), tricornis (k), cornubus villosis (l). Fructus triquetrus, trivalvis (m). Semina subrotunda (n), in Juncis MICHELLII numerosa (o), in

(a) LINN.

(b) BOEHMER. LINN.

(c) OEDER.

(d) LINN.

(e) GMELIN.

(f) *Flor.* p. 344.

(g) TOURNEFORT, A. MICHELI in Juncis A. in Juncoides A. A.

(h) MICHELI ad A. A. A.

(i) B. TOURNEFORT.

(k) MICHELI D. E. F.

(l) *Ibid.*

(m) D. MICHELI in Juncis H. in Juncoides K.

(n) E. MICHELI in Juncis I. in Juncoides K.

(o) MICHELI.

in Juncoide terna (p). Glumæ sub flore binæ, frequentes, non perpetuæ, aut una bivalvis.

1311. JUNCUS caule nudo, foliis teretibus, strictis, panicula laterali sparsa.

*Juncus tertius* DODON. *Cereal.* p. 265.

*Juncus foliaceus* J. B. II. p. 221.

& II. An *Juncus levis* DIOSCORID. L. IV. c. 47. PLIN. L. XXI. n. 69?

*Juncus acuminis reflexo major.* C. B. *Theatr.* p. 184. cum bona nostri icone J. B. II. p. 524.

*Juncus acuminis reflexo major, panicula majori* BARRELIER *ic.* 204. & minore *ibid.*

& III. *Juncus acuminis reflexo alter* C. B. *prodr.* p. 23. *Theatr.* p. 183. SCHEUCHZER p. 345. n. 5. & 6.

*Juncus caule nudo, apice membranaceo, incurvo, panicula laterali* LINN. p. 464.

Cum multum laboris posuissim in Juncis inveniendis, qui his scriptorum descriptionibus responderent, unicum inveni, in terra tenaci, subpaludosa frequentem, exosum agricolis.

Cespites aliquanto rariore, quam in 1312. Culmi multi, strictiores, duriores, profundius fulcati, firmiores, ceterum perinde ad terram nigris vaginis vestiti. Haud longe ab apice duæ glumæ vaginales, quarum altera brevis, cava, aristata, altera in biuncialem & ultra caulem continuatur; sæpe vagum & inflexum. Ex sinu glumæ minoris, eam inter & majorem, multi ramosi pediculi floriferi prodeunt; in juniore planta vicini & dense congesti; in adulta divaricati & paniculati. Sub quovis flore duo folia fusca, sicca. Folia calycina in florem strictissimum fere connivent, acute aristata, juniora quidem ex albo virentia, adulta spadicea. Fructus ovatus, aristatus. Semina (q) multa & fulva.

Hic ob duritatem ad texendum & vincendum utilior: ad funes egregius (r). In pratis tubera colligit (s), quare extirpare vetat SCHREBERUS (t).

Diureticam radicem veteres faciunt, si de isto junco loquuntur (u).

¶ *Juncus* DODON. *Cereal.* p. 264. *levis* TABERNÆMONT. p. 249.

*Juncus panicula arundinacea* J. B. II. p. 520.

*Juncus levis, panicula sparsa, major.* J. B. *Theatr.* p. 182. SCHEUCHZER p. 347. panicula nimis conglomerata & similior Junci 1312.

*Juncus caule nudo, stricto, panicula laterali* LINN. p. 464. non vero synonyma, GME-LINI p. 70.

Icon C. B. paniculam minus sparsam facit, aut plantæ junioris, aut Junci 1312. SCHEUCHZERI descriptiones id vitii habent, quod notas veras discriminis non effatæ, innumera signa nihil docentia coacervent. Vox *molliusculus* possit ad n. 1312. ducere, tum panicula valde brevis. Si omnino alius *Juncus* β & ab α. & a 1312. diversus extat, nondum certe in Helvetia a me repertus est.

1312. JUNCUS caule nudo, foliis teretibus, mollibus, panicula conglomerata.

*Juncus* MATTHIOL. *ic.* p. 1036. CAMERAR. *Epit.* p. 780. *levis* J. B. II. p. 520. alter C. B. *Theatr.* p. 182. 183.

*Juncus levis, panicula non sparsa* C. B. *Theatr.* p. 183.

*Juncus levis, panicula conglomerata* SCHEUCHZER. p. 343.

*Juncus caule nudo, stricto, capitulo laterali* LINN. p. 464.

Nihilo infrequentior priori.

Cespites copiosiores: culmi humiliores, unciales, cubitales, subtiliter striati, latiores, & ad lineam usque. Panicula brevior, circumscriptione fere circulari, vix uncia latior, & petioli floriferi breviores, minus divaricati. Fructus ovatus, truncatus, tubæ reliquiis aristatus. Hic juncus ob latiore culmum abundat medulla ad ellychnia apta, & corbellos monialium, postquam cortex detractus est.

β *Juncus nemorosus, mollis panicula sparsa* SCHEUCHZER. p. 344. in *Käferhölzlein.*

Altior est priori, & panicula laxiori, flosculis strictis, pallidisque. Non tamen separo, cum lato caule & folio conveniat, & mollitie.

Hic in horto sicco SCHEUCHZERI fuit cum nomine *Junci acuminis reflexo majoris*; & alterius.

1312.

(p) IDRM H. K.

(q) GREW. t. 73.

(r) PLOT. *natural hist. of Staffordshire* p. 379.

(s) KALM *res II.* p. 14.

(t) III. *Saml.* p. 45.

(u) In NICOL. p. 674.

1313. JUNCUS caule nudo, foliis mollibus; teretibus, panicula laterali pauciflora.

*Juncus parvus scapo (Calamo) supra compactam paniculam longius producto* RAJ. *Catal. stirp. Britan. app.* p. 13. *Syn.* III. p. 342. *PLUKNET.* p. 200. t. 40. f. 8. J. J. SCHEUCHZER. *It. I.* p. 132. *RUDBEK Lapon.* p. 98.

*Juncus levis, panicula sparsa minor.* C. B. *Theatr.* p. 183. J. SCHEUCHZER *agrostograph.* p. 347. t. 7. f. 11.

*Juncus caule nudo, filiformi, nutante, panicula laterali* LINN. p. 465. GMELIN. p. 71.

Alpina planta, in *Gottardi montis paludosis, inter Lauterbrunn & Grindelwald, in Alpibus Surenensibus. In monte Fouly, Sanetsch, supra les Plans, &c. In Kantschatka.*

Culmi juncei, molles, pedales, recti, teretes. Panicula in medio culmo, etiam infra medium posita, qua nota hactenus a 1312. differt. Eadem rara, pauciflora, sex, septemve, aut novem florum, pallida & albicans.

\* 1314. JUNCUS caule folioso, nudo, foliis teretibus, floribus terminantibus ternis.

*Juncus exiguus montanus, mucrone cavens* C. B. *Prodr.* p. 22. *Theatr.* p. 183.

*Juncus foliis planis, gluma triflora, caulem terminante* LINN. *Flor. Lapon.* t. 10. f. 5.

*Juncus foliis planis, gluma triflora terminali* LINN. *Spec.* p. 467. GMELIN. *Flor. Sibir. I.* p. 67.

*Icon. Flor. Danic.* n. 132.

Pure alpinus est, a nobis in monte *Javernaz, inque prima scaturigine torrentis Ivoettaz* lectus; tum passim in alpinis *Oberstafel, Simpson, St. Bernhard, Fouly, Sanetsch, supra Praborgne.* J. GESNER in monte *Bernhardino seu Furcula Rhetica. In Pilato.* SCHEUCHZERI industriam fugit.

Cespites facit culmorum, ad radicem fuscis vaginis tectorum, trientalium, & paulo ultra, mollium. Culmus ex latis vaginis duo teretia, non plana, & fistulosa folia juncea emittit, dimidio suo caule breviora. Facies Scirpi. Summus caulis terminatur capitulo inæqualiter alto, trifloro, floribus petiolatis. Duæ primæ glumæ magnæ, carinatae, ovato lanceolatae, spadiceæ, cum rubore admixto, summa parte alba. Tertia gluma intra priores, nec ad basin duæ. Folia floris exteriora majora, spadiceo rufa, interiora pallida. Stamina sex. Tuba tricornis. Fructus grandis, ovatus & triquetrus, trivalvis, polyspermus. Semina acuminata.

Vidi etiam dodrantalem, quadriflorum, & humilem biflorum (x).

*Juncus folio subulato, gluma terminali biflora* MONTIN. *de Splachn.* p. 3. f. 3. LINN. *Amen. Acad. II.* p. 266. t. 3. f. 3. *Spec.* p. 467. cuius icon est apud OEDER. *ZUM* t. 120. communi consensu scriptorum videtur differre.

II. J U N C I foliis crassis, sed carinatis, neque vere teretibus.

1315. JUNCUS acuminis reflexo trifidus C. B. *Prodr.* p. 22. *Theatr.* p. 185.

J. SCHEUCHZER. *It. Alp. I.* p. 41.

*Icon GESNERI in Fosc. I.* n. 16.

*Juncoides alpinus trifidus* J. SCHEUCHZER. *agrostograph.* p. 325.

*Juncus caule foliis floribusque tribus terminato* LINN. p. 465.

*Icon OEDERI* L. 107.

*Juncus (monanthos) culmo folioso, gluma subtriflora* JACQUIN. *obs.* n. 33. t. 4. f. 1.

In alpibus non rarus. J. SCHEUCHZER in summo monte *Joch. C. B. ex Fracto monte. Ego abunde in valle alpina Schöllinen, circa pontem Tauselbrücke: in montibus Fouly, St. Bernhard, Simplon, Salanfe, valle Praborgne, Monte Ferpelo.*

Caules striati, juncei, dodrantales. Ad aliquot ab apice culmi uncias stipula alba, aristata, divisioni caulis subjecta est, & folium biunciale prodit; paulo superius culmus in duo folia finditur, quorum alterum brevius est, alterum caulem continuat, flexuosum utrumque. In ipsa divisione, ex brevi petiolo, flos unicus adsidet, rarius duo (y). Vidi etiam apicem caulis quadrifidum fuisse. Flores spadicei, cum duabus stipulis. Folia convexa, sulco per longitudinem exarata.

1316.

(x) Etiam GMELINUS.

(y) Duo OEDER. C. B. constanter tres flores numerat, & pro frequentiore SCHEUCHZERI.

1316. JUNCUS caule unifolio, petiolis bifloris, floribus umbellatis add.  
*Emend.* III. n. 167. †

*Juncus alpinus capitulo glomerato & nigro splendente* J. SCHEUCHZER. *It.* I. p. 40.  
t. 5. f. 2

*Juncoides alpinum, flosculis juncti glomeratis, atrofuscis* J. SCHEUCHZER. *agrostograph.*  
p. 323. t. 7. f. 9. bene.

*Juncus biglumis* JACQUIN. t. 4. f. 2. p. 237. ex specimine sicco, non ver. biglumis  
boreabum.

Nihil commune habet cum Junco 1311. quo LINNÆUS refert p. 464. & *Flor.*  
*Suec.* II. n. 299.

Planta pure alpina. SCHEUCHZER in monte *Ochsenstok*, supra *Coenobium Engel-*  
*bergeri*. In monte *Salanfe*, *St. Bernhard*, *Rosboden*, *Oberstafel*, *Erpele* val-  
lis *Piribergne*.

Aliqua habet cum trifido n. 1315 communia, in facie, & situ florum in ala folii,  
supra florem producti: & in statura dodrantali; sed multa differunt. Noster cras-  
sior est & firmior, unifolius. Super id folium caulis umbellam floralem molit-  
tur. Ei subjacent duæ glumæ, altera brevior, tamen aristata, altera longa,  
caudata etiam uncialis, florigerum petiolum sustinens, umbella tamen florali  
non longior. Petioli biflori, quibus brevis, & ovato lanceolata, gluma subjicitur.  
Duæ glumæ calycinæ nigræ, breves, ovato lanceolatae. Ipse flos longe acumi-  
natus, mucronatus, ex spadiceo niger. Flores in umbellam plane dispositi, sex  
florum ad decem, in semicirculum dispositi.

Radix reptatrix.

\* 1317 JUNCUS rigidus, panicula spicata, floribus cartilagineis.

*Gramen junceum maritimum* LOBEL. ic. p. 18.

*Gramen junceum foliis & spica Junci* C. B. *Theatr.* p. 73. *Hist. Oxon.* III. p. 226.  
t. 9. f. 13.

*Gramen junceum semine acuminato* LOEVEL. p. 115. ic. 29.

*Junco a spinis panicula laxa, seu longioribus pediculis insistente* SCHEUCHZER *agrostograph.*  
p. 350.

*Juncus caule nudo, foliis setaceis, capitulis glomeratis, aphyllis* L. NN. p. 465.

In montis *Gottwardi* paludibus legi.

Peculiaris in hoc Junco rigiditas est in caule, inque foliis. Radicalia ista, semipedalia;  
hinc convexa; inde acute carinata. Caulis dodrantalis, aphyllus. Panicula  
spicata, petiolis inæqualibus. Glumæ ad basin calycis albæ, duræ, ovato lanceolatae.  
Fructus connivens, nitidus, spadiceus, durus.

\* 1318. JUNCUS foliis carinatis, panicula sparsa, fructu globofo.

*Icon GESNERI* n. 13. Fasc. 1.

*Juncus parvus cum pericarpis rotundis* J. B. II. p. 522 non vero Synonyma.

*Juncus repens* αὐχινάσπρος minor *Botryoides* BARRELIER. ic. 114.

& *Juncus Sorgbi capitulis* EJUSDEM. ic. 747.

& *Juncus Mili panicula* EJUSDEM. *ibid.* n. 11.

*Juncus foliis mollioribus carinatis, panicula multiplici & ramosa* GMELIN. p. 67. t. 17.  
f. 2. Sed gumosus hirsutus pingit.

*Gramen junceum, foliis & spica Junci* SCHEUCHZER. *agrost.* p. 322.

II. & *Juncoides angustifolium glabrum, sparsa panicula* EJUSDEM. p. 320. Folia tamen  
non sic crassula. Sed neque sunt in H. S.

Ad *Rhodanum* prope *porte du Sax* legi, in *Germania* frequentem. Infra *Mibel-*  
*felden*, infra *st. Jacob*, in *der Hart*, ad ripas *Wisa* & *Rheni*, circa con-  
fluentem, *auf der Lehen*, versus *Botmingen*. *Tiguri* suum n. 2. J. SCHEUCH-  
ZER. *Aux. mar. de Cressier*.

Culmi pedales, etiam altiores, foliosi, superne ramosi. Folia mollia, crassula tamen;  
hinc leviter carinata; inde convexa. In summo culmo panicula una, vel duæ,  
petiolis inæqualibus, ramosis, uno semper flore in divisione tessili. Stripulæ ad  
quamque divisionem albida, lanceolata, aristata, sub flore breves, albæ, ter-  
næ; flores juniores virent; adulti spadicei. Tria folia exteriora gracilia, acuta,  
interiora ovata, oris albis. Fructus subrotundus, aristatus. Semina numerosa,  
ejusdem figuræ. Supremum folium paulum paniculam fere superat.

Tom. 11.

U u

1319.

1319. JUNCUS caule brachiato, foliis setaceis, floribus solitariis, ad ramos sessilibus.

*Gramen junceum bufonium* TABERNEMONT. p. 225.

*Gramen nemorosum, calyculis paleaceis repens* SCHEUCHZER. *agrostograph.* p. 327.

*Gramen bufonium erectum, latifolium* BARRELIER. *ic.* 263.

& *Angustifolium majus & minus* EJUSDEM n. 263. 264.

II. *Juncus palustris annuus erectus, caule cubitali* MICHELI p. 40.

& *Gramen nemorosum, calyculis paleaceis repens* C. B. *Theatr.* p. 99. SCHEUCHZER. *Agr.* p. 329.

III. *Gramen Holosteum alpinum minimum* C. B. *Theatr.* p. 101. J. B. II. p. 510.

*Juncus culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus solitariis, sessilibus* LINN. p. 466. conf. GORTER *Flor. Ingric.* p. 52.

In sylvis udis, ad fossas viasque humidas vulgarissimus.

Caules cespitosi, semipedales, erecti, multifolii, dichotomi, divaricati; folia hinc convexa; inde carinata. Sub divisione stipulae duae albae, in longum folium eductae, & in ala divisionis flos unicus; sic flores secundum longitudinem ramorum sessiles. Stipulae sub quoque flore duae, tres, albae, extrema lanceolata: interiores de more breves, ovatae. Habitus calycis peracutus, lanceolatus, aristatus. Fructus ex triquetro conicus, nitens, spadiceus, polyspermos, fuscus.

Varietatem habeo in Suecia lectam; florum magna parte in foliola setacea conversa, qui rotunda capitula efficiunt.

\* 1320. JUNCUS caule brachiato, foliis setaceis, floribus fasciculatis, ad ramos sessilibus *Emend.* III. n. 168.

*Juncus foliis lineari-bus, canaliculatis, capsulis obtusis* LINN. *Spec.* p. 327. Ed. I.

*Gramen junceum capsulis, triangulis, minimum* DILLEN. *Syn.* III. p. 934. exemplum enim Vir. III. ad me misit.

II. *Juncoides calyculis paleaceis, glomeratis, folio varians* SCHEUCHZER. p. 330. t. 7. f. 10. ex fide horti sicci.

*Gramen junceum aquaticum, capitulis cum foliis capillaceis, simul ortis, proliferum* PLUKNET p. 179. t. 32. f. 3.

Non potest esse planta GMELINI p. 70 t. 18. f. 1 quae synonyma DILLENII habet. Legi circa Cellam; Cl. la CHENAL circa montem *Beligardum*. STÄHELINUS *Basilicae*, etsi locus ignoratur.

Cum Bufonio facie convenit. Humilior est, triuncialis, brachiatus, ad terram quasi bulbosus, ramosus & foliosus, foliis teretibus capillaribus, quae LINNÆUS setacea vocat. Sub divisione stipulae alba, ovato lanceolata, & sub quavis umbellula duae exiguae, reflexae, stipulae. Secundum ramorum longitudinem, & in alis, flores sessiles, sed fasciculati, non solitarii, terni fere, aut aliquanto plures, in umbellam dispositi, etiam in rotundam sphaeram, petalis lanceolatis, non vero aristatis, ut in Bufonio, longitudine germinis, cum in Bufonio calyx sit dupla longitudine germinis. Inter flores saepe longa folia erumpunt, ut in varietate prioris 1319.

A Bufonio adprime differt, & accedit potius ad *Juncum pericarpis rotundis*.

### III. FOLIIS ARTICULATIS.

\* 1321. JUNCUS foliis fistulosis, articulatis, panicula simplici, glumis aristatis. †

Annon *Gramen Junceum sylvaticum minus, articulato folio* PARKINSON p. 1189?

An *Gramen junceum, folio articulato, alpinum* SCHEUCHZERI p. 333-334? Videtur, etsi ego nunquam flores vidi, nisi solitarios.

Nostra pure alpina est, quam in *Gottardo* monte legi; habui etiam ex præalto monte *Oberstafel*.

Pro varietate olim recensui, nunc accurate rimatus, veri discriminis notas reperi. Humillimus est, semipedalis, dodrantalis, foliis, ut in 1322. compressis & articulatis; sed panicula ex ala folii prodit, a qua longe superatur: & ea adeo simplex est, ut flores sex omnino, vix multo plures numeraverim. Petioli uniflori, ad summum biflori. Sub quoque flore distans stipula, filiformis, Gluma ad

ad florem basis magna, flore longior, longe aristata, quæ in vulgari mutica. Petala satore spadicea, longo mucrone, ut aristata dici possint.

1322. JUNCUS foliis compressis, articulatis, panicula semel ramosa.  
*Arundo minima* Hist. Lugd. p. 1001.  
*Gramen junceum, folio articulato, aquaticum* C. B. *Theatr.* p. 76. SCHEUCHZER.  
*agrostograph.* p. 331.  
*Gramen junceum paniculatum, humilis, utriculis frequenter donatum.* HIST. OXON.  
 III. p. 227. t. 9. f. 2.  
*Icon GESNERI in Fasc. I. n. 12.*  
 II. Varietas cum utriculis C. B. *Theatr.* p. 77. SCHEUCHZER. p. 333.

In aquosis vulgaris.

Culmus cubitalis, teres, junceus, quatuor vel quinque geniculis distinctus. Folia passim ex caule nata, fistulosa, compressa, per siccitatem plana fiunt, & lineis transversis eminentibus distinguuntur, quæ totidem sunt diaphragmata. Culmus & rami in umbellas laxas, brachiatas, paniculatas definunt; aliquando folium supremum super paniculam effertur, plerumque ea ramum terminat. Pediculi inæquali longitudine, rigidi, semel ramosi, his insident fasciculi florum triflori. Stipulæ sub ramis lanceolatae, longo mucrone, sub fasciculis florum ternæ, conspicuæ, firmæ, ovato lanceolatae, sub floribus bivalves brevesque, de generis more. Flores spadicei, lineis distincti virentibus, argute mucronati. Fructus oblongus, ex ovato triquetrus, nitens, spadiceus, hedris acutis. Semina rotunda, flava, numerosissima.

Minime rarum est autumnis, & post fœnificium, loco umbellarum magnos globos foliorum, longe caudatorum, ex purpureo virentium succedere, ut vel una cum floribus ii glomeres adsint, aut foli.

1323. JUNCUS foliis teretibus articulatis, panicula repetito ramosa. †  
*Gramen junceum sylvaticum* TABERNEMONT. p. 223.  
*Gramen junceum folio articulato, sylvaticum* C. B. *Theatr.* p. 75. 76. SCHEUCHZER. p. 334.

*Gramen articulatum, palustre, erectum & elatius* HIST. OXON. III. p. 227. t. 9. f. 1.  
 Tiguri inter arundines SCHEUCHZERUS *um das Horn*. Passim reperi, circa *Roche* abunde in fossis & inter arundines, versus *Vervai* & alibi. Ad stagnum, ex quo rivus in prata *Hymatten* defluit, haud longe *Berna*. GAGNEBIN *aux Combes de Valavron* Basileæ ad *Birsam* & *Rhenum*.

Variis modis a priori differt (a), cum quo LINNÆUS (b) conjunxit. Multo altior est, panicula ampliori, petiolis duplicato ramosis, foliis magis teretibus, quæ priori magis compressa sunt, internodiis obscurioribus (c), & sæpe omnino nullis, spicis ultimis multifloris, quæ priori trifloræ, stipulis pro portione brevioribus, sub ramis ovato lanceolatis, sub petiolis amplexicaulibus, striatis, minus lanceolatis, trifloris, floribus in majori planta minoribus, viridibus & decoloribus, obtusioribus, quæ priori spadicea; capsula minori, minus colorata. Petala exteriora majora & acutiora, interiora subrosea.

#### IV. FOLIIS PLANIS GRAMINEIS.

##### JUNCOIDES SCHEUCHZERI.

1324. JUNCUS foliis planis, hirsutis, floribus paniculatis, fasciculatis. †  
*Icon GESNERI* n. 14.  
*Gramen hirsutum latifolium minus* C. B. *Theatr.* p. 102.  
*Gramen Luzule maximum* J. B. II. p. 493.

*Gramen*

(a) *Emend.* III n. 175.

(b) Nomen *Junci foliis nodoso articulatis, petalis obtusis*, huic 1323. convenit. Conjungit & GÆLINUS I. p. 69. & alii.

(c) Recte J. B.

*Gramen nemorosum, hirsutum, latifolium majus* SCHEUCHZER. p. 317.  
*Gramen hirsutum, latifolium maximum, juncea panicula* HIST. OXON. III. p. 225.  
 t. 9. f. 2.

In sylvis montanis, au *Creux du Vent*. Circa Tigurum SCHEUCHZERUS. *Sur les Eloges, au Moulin de la Suze* GAGNEB.

Folia radicalia multa, graminea, ora hirsuta, ad semuncem usque lata. Culmus cubitalis, foliosus, ex summa parte, inter duo folia inæqualia, emittit petiolum continuum, multifidum, in numerosos, longos, debiles, incurvos, duplicato ramosos pedicillos fissam. Eorum quilibet gerit umbellam, cujus bacilli longi, debiles, ramosi sunt, aut simplices. Sæpe aliquis ramorum florigerorum adeo longus est, ut duæ possint umbellæ numerari. Stipulæ sub ramorum divisionibus coloratæ, longe mucronatæ, laceræ, aristatæ; sub floribus ficcæ, albæ nitentes, etiam laceræ. Ad quemlibet bacillum fasciculi florum, sæpe trium, spadiceorum, mucrone peracuto.

25. JUNCUS foliis planis, hirsutis, floribus umbellatis, solitariis, petiolatis, aristatis.

*Gramen hirsutum, nemorosum* LOBEL. ic. p. 16.

*Gramen hirsutum, latifolium majus* C. B. *Theatr.* p. 101. in icone, & minus in descriptione.

*Gramen vire lucidum nemorense, seu Luzule* J. B. II. p. 492.

*Gramen hirsutum, perenne, lina utriculis* BARRELIER ic. 748. n. 1.

*Juncoides hirsutum, latifolium minus* SCHEUCHZERUS *agrostograph.* p. 315.

*Juncus foliis planis, pilosis, corymbo ramojo* LINN. p. 468. qui cum priori conjungit non vero synonyma.

Verno tempore in sylvis vulgatissimum, nunquam in similitudinem prioris transit.

Culmus pedalis & paulo ultra. Folia satis similia, sed multo angustiora, ad tres lineas. Umbellæ similes, inter duo folia natæ, petiolis paucioribus inæqualibus, unifloris & bifloris, & trifloris, ut flos medius in ala sedeat; calyce bifolio, lacero, spadiceo & albo. Flores semper solitarii, petalis duris, pene æqualibus, triplo calyce majoribus, aristatis, spadiceis, oris albis.

In plerisque certe cum priori convenit, ut hactenus non longe a LINNÆI & GMELINI (d) sententia recedam. Umbella in 1324. magis ramosa, floresque fasciculati discrimen constituunt.

1326. JUNCUS planifolius, panicula laxa, petalis mollibus, breviter aristatis  
*Emend.* III. n. 172. †

*Gramen hirsutum, nemorosum, alpinum, angustifolium, paniculis obscure rufescentibus* J. J. SCHEUCHZER. *It. Alp.* VI. p. 458.

Alpina planta J. SCHEUCHZER. in albis vallis Sexamniæ [Schams] & versus originem Rheni posterioris. J. J. SCHEUCHZERUS in monte Bernhardino. Ego abunde in montibus Gottardo, Furca, Javernaz. In *Creux du Vent* GAGNEBIN. In mont. Prapioz, Fouly, Bernhard, valle Orsiere, Sempronio, in albis vallis D. Nicolai, ut Oberstafel, Ferpelo.

Cum paulo priori 1325. pene convenit, & a LINNEO conjungitur (e). Vere tamen, & in intimo caractere differt, a priori abunde, sed & a sequente (f) 1327.

Culmus pedalis aut humilior, parum foliosus. Folia angusta, vix ad duas lineas lata, subhirsuta, vagina cæterum glabra. Panicula folio angusto suscipitur, umbellæ æquali, laxa eadem & dispersa. Petioli longi. Flores secundum petiolos in glomeris irregulares, sessiles, dispersi, neque umbellati, neque in semicirculum digesti. Stipulæ sub ramis amplexicaules, strictæ, aristatæ, sub petiolis spadiceæ, laceræ; sub flore pilosæ, ovato lanceolatæ, dimidio flore minores, ora alba, lacera. Flos brevis, multo minor, quam priori, latiusculis petalis, atris, lanceolatis, breviter & argute aristatis, spadiceis.

1327.

(d) p. 65.

(e) Pene conjungit GMELIN. p. 66.

(f) Separat etiam Cl. SCHMIDEL, l. c.



1327. JUNCUS planifolius, umbellatus, petalis æqualibus *Emend.* III. n. 171. †  
*Gramen hirsutum, angustifolium majus* C. B. *Prodr.* p. 16. *Theatr.* p. 105. J. B.  
 SCHEUCHZER. p. 318. & denuo  
*Gramen Luzule medium* J. B. II. p. 493.

Vulgo in sylvis.

Caulis altior, bipedalis & ultra. Folia angusta, circa fesquilineam & duas lineas, pilosa. Umbella exit ex sinu folii, umbellam superantis, & in ejus foliorum sinu ut in 1329. longi pili sunt; secundum folium ex ipsa umbella oritur, & super eam ascendit. Panicula ramosa, spicata, non valde sparsa, petiolis fere ascendentibus, ut parum divergant. Stipulæ sub ramis albæ, amplexicaules, lacerae, longæ; sub petiolis ovato lanceolatae, albæ; sub floribus breves bivalves, ex caractere classico. Petala mucronata, non aristata; hinc flos brevior, petalis exterioribus subspadiceis, interioribus æqualibus, aut paulo longioribus; albo margine cinctis, etiam totis albis, mucronatis, non aristatis.

A priori abunde differt, vel solo habitu recto petiolorum, florumque parvitate.

1328. JUNCUS planifolius, paniculis umbellatis, petalis interioribus duplo longioribus *Emend.* III. n. 170.

*Gramen Leucanthemon* DALECHAMP. *Hist. Lugd.* p. 426.  
*Gramini Luzule affinis, flore albo* J. B. II. p. 492.  
*Gramen hirsutum, angustifolium minus; paniculis albis* C. B. *Theatr.* p. 106.  
*Juncoides nemorosum, flore niveo* SCHEUCHZER. p. 320. t. 7. f. 7.

*Juncus foliis planis, subpilosis, corymbis folio brevioribus, floribus fuscicatis* LINN. p. 468.  
 In pratis Jorogne maxima copia, tum circa Bouveret, & circa Echarpigny. In monte Gotthardo, Speluga, & ad viam, qua ascenditur ad Wasen. In sylvis viae malæ SCHEUCHZER., & circa thermas Fabianas Clar. HUBER. J. B. & RAJ ad latera montis Saleva, inque colle la Batie.

Habitus firmus, tripedalis. Folia vix lineam lata, hirsuta. Panicula umbellæ convexa, in arcum circuli facta. Super eam duo folia longa & angusta se efferunt, sibi vicina, ad basin umbellæ & paulo superius orta. Stipulæ sub ramis longæ, strictæ, lacerae; sub floribus breves, ovato lanceolatae, nivæ, nitidæ. Flores in tota gente speciosissimi. Petala alba, glabra, interiora tres lineas (g) longa; exteriora dimidio breviora; omnia lanceolata.

1329. JUNCUS planifolius, glaber, panicula nitente, floribus obtusis, *Emend.* III. n. 169. †

*Gramen aliud ex alpinis Rheticiæ* J. J. SCHEUCHZER. It. IV. p. 335.  
*Juncoides alpinum, latifolium, glabrum, panicula sublatea splendente* J. SCHEUCHZER. *agrostograph.* p. 314.

SCHEUCHZERI ad viam malam, & in aridis montis Aviculae [Adula Rom]. Ego abunde in descensu Furca, secundum glaciale molem, ex qua præcipua Rhodani scaturigo prodit; tum in monte Javernæ. In Chaud Commun. Fouly, mont. Valorsine, Trona, Sempronio, St. Bernhard, Ferpelo, mont. supra Praborgue. In monte Frala Rhætorum. Alpina planta.

Caulis semipedalis, pedalis. Folia latiuscula, ad tres usque lineas, tota glabra; etiam ad vaginam. Umbella subjectum habet glabrum folium, multo umbella brevius, & secundum alterum paulo superius accedit. Stipulæ sub petiolis glabræ, ex albis rubentes, ovato lanceolatae, apice lacero. Sub floribus alba, sicca, brevia folia, ovato lanceolata. Panicula fit petiolis inæqualibus, gerentibus umbellulas convexas, densas, multifloras. Petala pallida, straminis colore, cum nitore, ita æqualia, & alterna, cum staminibus æque longis, ut habitus inde peculiaris, obtusus nascatur, cum tamen ex ovatis lanceolata sint.

Cum sequente nihil commune habet, cum quo LINNÆUS confundit. Umbellam habet, non spicam.

1330.

(g) SCHEUCHZER. in *ic.*

Tom. II.

X X

1330. *JUNCUS planifolius*, spicis petiolatis nutantibus, petalis aristatis. Conf. GMELIN. p. 64. n. 26.

*Gramen exile, hirsutum, Cyperoides* LOBEL ic. p. 15.

*Gramen hirsutum, capitulis Pphylii* SCHEUCHZER. p. 310.

*Gramen δασυΦυλλανθομηλα* RICHER.

β. *Gramen hirsutum, capitulo globoso* C. B. Theatr. p. 104.

*Gramen junceum, spica compacta* N. D. SCHÆFFER. Itin. Bructer. apud GRUNDIG.

*Juncoides hirsutum, capitulo conglomerato* SCHEUCHZER. l.c. p. 312.

*Juncus foliis planis, subpilosis, spicis sessilibus pedunculatisve* LINN. p. 468. Non autem omnia synonyma. Habet iconem Flor. Lapon. T. X. n. 2. petiolis mire longis.

Ubique in nemoribus, ad vias, primo vere: & in alpes ascendit in mont. Scheidek, Neumenen, Gotthard.

Habitus priorum 1327. 1328. culmi pedales, parum foliosi, aut ramosi. Folia ad lineam lata; vagina pilosa: cætera sæpe glabra, imprimis in alpiibus; tum vaginae, quæ cum ætate calvescunt. In summa planta, in planioribus, umbellæ species ex spicis petiolatis facta, quæ divergunt, quæque subrotunda & dense compacta, & quarum extimæ denique nutant. In alpiibus congeruntur magis in confertum capitulum β. qua nota a prioribus facile se distinguit. Petioli duo, ad octo usque, perbreves, imo uno & altero excepto. Quivis fert sex fere flores sessiles, dense confertos; ita fit capitulum ovatum, variegatum ex albis stipulis, & floribus subnigris. Stipulæ sub spica ovato lanceolata, in origine hirsutæ, virides, longè aristatæ: sub petiolis spadiceæ, magnæ, ovato lanceolatæ, oris & mucrone albis: sub floribus bivalves, ex albis rubellæ, siccæ. Petala spadicea, aristata, in petalis exterioribus etiam longissime. Per maturitatem, crescente germine, habitus mutatur. Spica tota spadicea fit, crassa, & brevis. In alpiibus etiam duæ sæpe spicæ sunt, quas medium foliolum dividit.

β. *Juncus foliis planis, culmo spica racemosa nutante terminato* LINN. Flor. Lapon. n. 125. t. 10. f. 4. Spec. p. 469.

*Gramen nemorosum, spica subnigra, recurva* C. B. Theatr. p. 98. ex fide horti sicci.

*Juncus alpinus, latifolius, panicula racemosa, nigricante, pendula* MICHELI nov. gen. p. 42. n. 7. & apud TILLIUM Hort. Pisan. p. 91.

C. B. In Gotthardo.

Calvus est Juncus, spicam habet longiorem, nutantem, recurvam. Non tamen persuadeor, nostratam a priori differre, etsi de planta septentrionali minus definiverim, cum icon certe OEDERI t. 270. a nostra planta differre videatur.

### III. UNIGLUMES.

Quisque flos constat unica gluma, plerumque ovato lanceolata, concava: intra quam & tria stamina petiolata prodeunt, & semen unicum, coronatum tuba unica, trifida.

#### ERIOPHORUM LINN. n. 68.

#### LINAGROSTIS TOURNEFORT. append.

#### MICHELI p. 53. t. 31. SCHEUCHZER. p. 302.

Gluma magna, membranacea, laxa, ovato lanceolata (b). Pappus longus (i) basi feminis circumponitur, adeo longus, ut super glumam emineat; & capitulum reddat tomentosum. Stamina tria (k). Tuba trifida (l). Semen triquetrum (m); acuminatum.

1331.

(b) MICHELI G.

(i) F. F.

(k) Non bene duo D. E.

(l) Non bene bifida A.

(m) E.

1331. ERIOPHORUM foliis planis, spicis pendulis.  
*Gramen Eriophorum* DODON. *pempt.* p. 562.  
*Gramen tomentosum, panicula sparsa* C. B. *Theatr.* p. 60.  
*Linagrostis panicula unipiori* J. R. H. VAILLANT. t. 16. f. 1. MONTI p. 261.  
 SCHEUCHZER. p. 306.

II. Panicula minori VAILLANT. *ibid.* f. 2.

III. Pappo rariori SCHEUCHZER. p. 308. MICHELX.

*Eriophorum culmis teretibus, foliis planis, spicis pedunculatis* LINN. p. 76. Vide descriptionem Cl. GLEDITSCH. *Abhandl.* I. p. 252, seq.

In omnibus fere pratis udis.

Culmus pedalis, cubitalis, ad terram vaginosus. Folia plana, firma, ad duas, tres & ultra lineas lata; etiam caulina. In summo culmo inter breviora inæqualia folia multæ spicæ prædeunt, ad septem usque, quæ immaturæ erectæ, per ætatem pendulæ fiunt, rotundæ caterum (n), prius quam pappum educant, deinde longiores. Glumæ fuscæ, lanceolatæ, nudæ in juniore flore, inde in adultiori multo pappo occultatæ. Semen pene unionis forma. Stamina tria, longa, pappus maturus uncialis.

Pappus ad lanificia varia adhiberi potest, optimi GLEDITSCHII (o) experimento. Medulla inter euporista ad ambusta est (p). Chartam inde confecit Clar. SCHÆFFER. Tenera planta boves pascuntur, non item quando pappum explicuit (q).

1332. ERIOPHORUS caule tereti, foliis caulinis vaginalibus, spica erecta, ovata.  
*It. hercyn.* n. 25.

*Juncus alpinus capitulo lanuginoso* C. B. *Prodr.* p. 23. *Theatr.* p. 187. *sive Schanologuros* SCHEUCHZER. p. 302 t. 7. f. 1. 2. 3. *Prodr.* t. VII.

*Eriophorum foliis caulinis vaginalibus, teretibus, spica scariosa* LINN. p. 76.

In torfaceis Löbr prope Bernam, & prope *Hervenschwanden*. In monte *Wasserfalle*. A la *Chaux d'Abelle*. Circa lacum *Felinum*.

Culmus & folia teretis figuræ, ille pedalis, hæc radici proxima, angusta, erecta, firma, ad caulem; præter obtusas vaginas, nulla. Spica in summo caule unica, ovalis, erecta, nulla gluma majori suscepta, squamis etiam lividis, in ora albis, nitentibus, membranaceis, aristatis, linea divisis. Semen longum, prismaticum.

In Sibiria caule triquetro nascitur GMELINUS (r).

β. *Gramen tomentosum, alpinum & minus* C. B. *Prodr.* n. 33. *Theatr.* p. 62. J. J. SCHEUCHZER. *It.* IV. p. 336.

*Juncus alpinus, capite tomentoso majori* SCHEUCHZER *agrostograph.* p. 304. & T. VII. *prodromi*.

In alpinis legi, in *Enschindaz*, *Gotthardo*, & *Schbidek*, qua descenditur ad montem *Schwarzwald*. In mont. *Fouly*, *Bovinaz*, *St. Bernhard* C. B. in mont. *Bernardino*. J. J. SCHEUCHZER in udis alpium *Glaronensium* & *Uriensium*.

Humilius est, aliquanto mollius, capitulo potius latiori, rotundiori, glumis fuscis, minus lividis, evidente & magna sub capitulo gluma triangulari, fusca, quæ in æ. obscurior; neque tamen credo differre.

1333. ERIOPHORUM caule foliisque triquetris, spica pauciflora.

*Juncus alpinus, bombycinus* C. B. *Prodr.* n. 23. *Theatr.* p. 188. J. J. SCHEUCHZER *It.* IV. p. 337.

*Linagrostis juncea, alpina, capitulo parvo, tomento rariore* J. SCHEUCHZER *agrostograph.* p. 305. t. 7. f. 4. & T. VIII. *prodr.*

*Eriophorum culmis nudis, triquetris, spica pappo brevioris* LINN. p. 77.

C. B. in udis vallis *Grindelwald*. J. J. SCHEUCHZER in pratis paludosis montis *Hirzel*, qui ad montes mediocres pertinet. Clar. GAGNEBIN *aux marais de l'Échelette, aux Eplatures, aux Pontins, à l'Anvers de Renan, à la Varode, au Coudrey, in monte Pouilleret & au Pont de Martel circa la Brevine*. In monte *Pi-*  
lato.

(n) Sessilem unam, tres petiolatas esse *Flor. Præ-*  
*gric.* p. 8. sed id non est perpetuum.  
(o) *Abhandl.* p. 252, seq.

(p) *Éph. Nat. Cur.* Vol. VIII. obs. 119.  
(q) GUNNER *Flor. Norweg.* p. 66.  
(r) p. 65.

lato, & prope Spiez, in torfacea palude Clar. Dick. Montanum adeo & alpinum.

Culmus & folia semipedalia, dodrantalia, triquetra, retroversu aspera: folia ad terram fere tria, vaginalia. Spica unica terminans, erecta, subovata, pauciflora, florum ad quindecim. Gluma sub spica firma, dura, virens, subulata. Glumæ longe lanceolatae, e cinnaeo virides, non aristatae. Pappus undulatus, erectus, de spica eminet, ad unciam longus.

## SCIRPUS TOURNEFORT.

LINNÆI n. 67. MICHELLI p. 49.

&amp; SCHOENI Species LINN.

Præcipuus character est in aristis basin feminis circumvallantibus, aut apicem coronantibus. Si villi, qui in Linagrostide calyce longiores, hic eodem breviores sunt.

## I. FOLIIS TERETIBUS.

1334. SCIRPUS caule terete, aphylo, spica pauciflora, acuminata, calycinæ glumæ longitudine.

*Gramen junceum foliis & spica juncei, minus* C. B. Tab. p. 79.

*Juncus parvus, montanus, cum parvis capitulis luteis* J. B. II. p. 523. Hist. Oxon. III. p. 333. t. 10. f. 35.

*Scirpus montanus, capitulo brevior* SCHEUCHZER p. 363. t. 7. f. 18.

*Scirpus culmo striato, nudo, bivalvi spica terminato, longitudine calycis, radicibus squamula intersinctis* LINN. p. 6.

In alpium Helveticarum humidis ubique, v. gr. in vdis circa pedem montis Forcletæ, in planitie aux Barmes. In mont. Fouly, Oberstafel, &c. In paludosis des petits Ponts de Martel, à la Brevine, à Chatagne, à la Chaux du milieu.

Culmi cespitosi, ad terram vaginosi, sulcati, fere semper duri, curvi, triunciales; ad summum dodrantales, aphylli, præter ligulam ex vagina caulis infra medii grandem adpressam. Calycis glumæ duæ, inæquales, ovato spadiceæ, quarum major toti spicæ æqualis est, & longior, mucronata, non aristata, altera brevior. Spica minima stricta. In spica flosculi pauci, ad tres. Aristæ circa fermen breviores. Tuba longa, trifurca.

In Hercynia sylva, Bohemia & Anglia altius excrescit, ad dodrantem, culmis rectis, spica habitiori paulo, & magis multiflora, ad quinque flores, gluma altera tota spica longiori, filamentis de spica exeuntibus, ad ultimi Eriophori similitudinem. Non tamen, omnibus compensatis, putem differre.

1335. SCIRPUS caule tereti, spica nuda, pauciflora, glumis calycinis longiore.

*Scirpus minimus, capitulo squamoso brevior & crassiori fusco* SCHEUCHZER p. 366. t. 7. f. 21.

& *Scirpus minimus, spica brevior squamosa, spadicea* SCHEUCHZER p. 364. t. 7. f. 19. Icon OEDERI t. 167.

SCHEUCHZERUS in alpibus. Ego in villa Bodenaker in fabulosis fossis, ad sinistra, in vdis humidis insulæ Hunzikerau, in monte Gotthardo. A la Porte du Sex, Val de Lie &c. Circa Ferriere.

Quos prius separabam Scirpos 159. 160. rar. nunc malo conjungere, cum nemo superiorum duos habeat.

Culmi cespitosi, & folia teretia, radicalia ista, illi nudi, semipedales. Spica in summa stirpe unica, spadiceo habitu, nullis foliis eminentibus. Glumæ ovatae, muticæ, oris albis, calycinæ non mucronatae. Flores tres, quinque, ad decem usque, inæquali plerumque altitudine, ut spica obiter in duas secedat. Semina triquetra, ovata, fetis circa basin circumvallata, non eminentibus.

A Scirpo rufo 1334. differt, glumis calycinis spica brevioribus, non longe mucronatis, a sequente 1336. paucioribus floribus, neque in coni pinci modum coaptatis.

## 1336. SCIRPUS caule terete, spica unica, terete, multiflora.

*Juncus aquatilis, capitulis Equiseti* LOBEL. ic. p. 86.*Juncus Equiseti capitulis* C. B. Theatr. p. 186.*Juncellus cyperoides, capitulo simplici* LOESEL. D. 131. t. 36.*Scirpus Equiseti capitulo majori* J. R. H. SCHEUCHZER *agrostograph.* p. 350.

Icon OEDERI t. 273.

II. Non differt *Scirpus Equiseti capitulo majori alter* SCHEUCHZER p. 361. t. 3. f. 17.*Juncus capitulis Equiseti longioribus* MORISON. *Hist. Oxon.* III. p. 233. t. 10. f. 33.α. β. *Scirpus culmo tereti nudo, spica subovata terminali* LINN. p. 70. GMELIN. p. 83.

Vulgo in palustribus, variabili statura &amp; totius plantæ, &amp; spicæ, semper teretis.

Caulis cespitosus, aphyllus, a sex uncis ad pedem alti &amp; ultra. Spica unica, teres, acuminata, squamis facta arte compactis, muticis, in quibus fuscum triangulum alba ora circumscribitur. Ad basin spicæ glumæ paulo reliquis majores &amp; breves, tamen æque aristatæ. Semen ovatum, triquetrum, nitens, diademate coronatum, ad basin suam tres quatuorve fetas habet circumpositas, femine paulo longiores.

β Hujus memorabilis inter nostras varietas est (a), quæ posset nomen mereri *Scirpi culmo tereti nudo, setiformi, spica subglobosa terminali* LINN. p. 70. n. 3. nisi ista Americanæ esset originis. Folia latiora, culmi magis juncei, varia longitudine, ab uncia ad quatuor uncias, capitulo brevi, ovato, non terete, perfecte obtuso & rotundo, squamis ex rufo spadiceis, obtusis, ovatis. Latitudo spicæ, quæ longitudo, duarum fere linearum.

## II. CULMO TERETE PANICULATI.

## 1337. SCIRPUS caule tereti, panicula laterali, ramosa, locustis ovatis.

*Juncus aquaticus maximus* LOBEL. ic. p. 85.*Juncus maximus, seu Schœnus (b)* C. B. Theatr. p. 178.*Scirpus palustris altissimus* J. R. H. SCHEUCHZER. p. 154.& β. *Juncus sylvaticus* TABERNEMONT. p. 250.*Juncus seu scirpus medius* C. B. Theatr. p. 181.*Juncus palustris humilior* SCHEUCHZER. p. 356.α. β. *Scirpus culmo tereti, nudo, spicis ovatis, pluribus, pedunculatis, terminalibus* LINN. *Spec.* p. 72.

In lacubus, &amp; aquis sylvarum frequens.

Varietatem β legi in Insulis Rheni Alfaticis.

In lacubus ad altitudinem humanam ascendit. Culmi sæpissime solitarii, simplicissimi, teretes, fungosi, molles, ad terram vaginosi. Folia similia. Sub acuto apice sedet panicula, ex plusculis petiolis facta, simplicibus &amp; trifloris, incurvis: stipulæ sub panicula sicæ, lanceolatæ, aristatæ; sub ramis similes; sub umbellis binæ glumæ, ovato lanceolatæ, aristatæ, floralium similes, cinnamei coloris. Locustæ ex ovatis conicæ, obesæ, cinnameæ. Semina hinc gibba, inde plana, basi filamentis cincta.

Medulla ad ambusta commendatur (c). Ex eadem in longas laminas secta, in prelo siccata, contrario ductu conglutinata (d), charta parari potest.

Ab armentis non amatur (e), ut labore concidendi ad pabulum Scirpi superfedere possimus (f).

β. *Alga graminea longissimo folio* J. R. H. sic ex foliis hujus Scirpi, secundum aquæ fluentum obliquiosis (g).

## III. CAULE TRIQUETRO.

## \* 1338. SCIRPUS caule triquetro, panicula laterali ramosa, locustis ovatis.

*Juncus acutus maritimus, caule triangulo* C. B. *prodr.* p. 22. *Theatr.* p. 175. *Hist. Oxon.*

III. p. 232. t. 11. f. 20.

*Juncus*(a) *Essent.* III. n. 162.(b) *Holofcheenus mollis* PLIN. L. XXI. n. 69.

Carnosiores esse, asperiores DIOSCORIDES L. IV.

c. 47. quod repugnat

(c) *Eph. Nat. Cur.* Vol. VIII. *obs.* 119.

(d) DU CROIX monuit.

(e) SCHREBER, III *Saml.* p. 77.(f) BOHANSCH *Reise* p. 53.

(g) JUSSIEU apud GERARD. p. 115.

*Juncus acutus maritimus*, caule triquetro rigido PLUKNET. p. 200. t. 41. f. 1. & molli  
ibid. f. 3.

*Scirpocyperus maritimus* MICHELI p. 47.

*Scirpus culmo triquetro, nudo, acuminato, laterali, spicis conglomeratis* LINN. p. 73.

Novam civem detexi circa Noville, in sylvis udis, & circa Vervai, versus le Furet,  
& in infulis ad cives de la Tour pertinentibus. Clar. la CHENAL Bosilea, versus  
Rhenum inter Neudorf & Huningen, & versus Binzen.

Caulis cubitalis & bicubitalis, medulla vaginatus, fartus (b), triquetrus, glaucus.  
Panicula, ut in paulo priori 1337. prodit ex sinu caulis, aliquot sub apice  
unciis: habet etiam pediculos simplices & ramosos, quadrifloros, sexfloros,  
etfi in universum pauciores locustas fert. Eæ ovatæ, ex fusco & pallido variæ.  
Stipula spathacea, latiuscula, brevis, mucronata, sub petiolis similes aliæ.  
Glumæ florales ovatæ, parum acuminatæ, cavæ; fetæ ad basin feminis aliquæ.

\* 1339. SCIRPUS locustis ovatis, nutantibus, caule triquetro, panicula foliosa,  
ramosa, glumis dentatis, aristatis.

*Cyperus rotundus inodorus*, Germanicus C. B. Theatr. p. 215.

*Gramen cyperoides, vulgatum aquaticum* J. B. II. p. 495.

*Cyperus panicula sparsa, spicis longioribus, tenuioribus, teretibus composita* SCHEUCH-  
ZER. p. 398. t. 9. f. 7. 8. aut potius e spicis teretibus crassioribus composita p. 400.  
t. 9. f. 9. 10.

*Scirpus culmo triquetro, panicula conglobata, foliacea, spicularum squamis trifidis, inter-  
media subulata* LINN. p. 74. GMELIN. p. 79. n. 2.

In Saxoniam inferiori frequentior, tamen etiam Michelfeldæ lectus, & circa Roche.

Exempla in terra nascentia differunt ab iis, quæ in aqua proveniunt.

Culmus in terrestribus triquetrus, pedalis. Folia aliquot ejusdem longitudinis plana,  
pulposa, acuta, recta. In summo culmo duo folia stipularia, alterum gracilius  
biunciale & ultra, alterum ex lata origine longe aristatum, & brevius. In sinu ho-  
rum foliorum sessiles spicæ quinque, vel octo & decem, ovatæ, obesæ, tubis &  
filamentis tectæ, dense congestæ, spadiceæ: tamen, si recte inspexeris, petio-  
latæ, sed in brevibus & ramosis petiolis. Glumæ calycinæ siccæ, obtusæ, sed  
acute bicornes, interius ex medio educunt flexam aristam lineæ longitudine.  
Glumæ florales quadridentatæ, laceræ, similes, sed absque breviori arista. Se-  
men fetis circumvallatum: tuba tricornis, triaque stamina.

In aquis omnia altiora, majora, culmi trium, quatuorve pedum. Folia sub panicula,  
alterum semipedale, alterum triunciale, sed & tertium accedit. Spicæ florales aliæ  
in brevibus, aliæ in longis petiolis, tetra-stachyis, pentastachyis, in panicula ea-  
dem adeo fere ad triginta spicas. Cæterum eæ similes, unciales, spadiceæ, lon-  
giores quidem, sed perinde lacerato, tridentato, & quadridentato fine, simili  
arista: fetæ circa semen gluma breviores.

1340. SCIRPUS planifolius, panicula ramofissima, locustis ovatis.

*Gramen cyperoides miliaceum* C. B. Theatr. p. 90.

*Cyperus gramineus* J. B. II. p. 504. SCHEUCHZER. p. 393.

*Cyperus longus latifolius, locustis plurimis, minoribus & brevioribus* Hist. Oxon. III.  
p. 235. t. 11. f. 15.

*Gramen arundinaceum, foliis acutissimis, panicula acutissima, Cyperi facie* LOESEL.  
p. 119. ic. 33.

*Scirpus culmo triquetro folioso, umbella foliacea, pedunculis nudis, supra decompositis, spi-  
cis confertis* LINN. p. 75.

Vulgo in aquosis.

Culmus pedalis, triquetrus, foliosus: folia plana, ad tres lineas lata, per oras & in  
carina asperrima. In apice culmi quatuor conferta folia similia oriuntur, longi-  
tudinis & latitudinis inæqualis, unum maximum, quod paniculam superat. In-  
ter hæc folia multi pedunculi inæquales, alii longiores, omnes ramosi, ramis  
etiam ramosis ramulisque. Stipulæ foliaceæ, longe mucronatæ. Locustæ, seu  
exiguæ spicæ, aliquot, duæ & quatuor, confertæ, ovatæ, acuminatæ, virentes  
& lividæ. Glumæ steriles nullæ. Semen inter fetas positum.

(b) Emend. III. p. 8. n. 21.

1341. SCIRPUS foliis setaceis, panicula plana, locustis teretibus.  
*Gramen cyperoides palustre, leucanthemon* RAJ. *hist.* p. 1295. SCHEUCHZER. p. 503.  
 t. II. f. 11.  
*Gramen Luzula accedens, glabrum, in palustribus proveniens, paniculatum* PLUKNET.  
 p. 178. t. 34. f. 11.  
*Cyperus minor angustifolius palustris, paniculis fuscis, capillaceis* *Hist. Oxon.* III. p. 239.  
 t. II. f. 40.  
*Schœnus culmo subtriquetro, folioso, floribus fasciculatis, foliis setaceis* LINN. p. 65.  
 Passim in torfaceis, circa Seedorf, in Löhr, prope Vervai. A la Brevine, circa lacum fe-  
 linum, in lateribus montis Saleva.  
 Culmus pedalis & ultra, triquetrus. Folia pallida, linea angustiora. In summo cul-  
 mo folio unciali insidet panicula erecta, lata, æqualis, alba, vel rubella. Lo-  
 custæ teretes, angustæ. Calyx universalis unico brevi fit folio. Glumæ florales  
 fere tres, aristatæ. Intra eas semen piriforme, ex basi conii tubam educens,  
 cujus defractæ spiculum remanent. Setæ circa semen decem, femine longiores.  
 Tertius flosculus serius maturatur.

## IV. SPICIS SOLITARIIS DISTICHIS.

1342. SCIRPUS planifolius, spica terminante disticha.  
*Gramen cyperoides, spica compressa, disticha* RAJ. PLUKNET. t. 34. f. 9. p. 178.  
 SCHEUCHZER. p. 490. t. II. f. 6.  
*Schœnus culmo subtriquetro, nudo, spica disticha, involucre monophyllo* LINN. p. 65.  
 In aquosis non rarus. Bernæ in palude inter utrumque balneum *Marzilianum*. In In-  
 sula *Hunzikerau*. In pratis circa *Noville*, ad cives de *la Tour* pertinentibus.  
 Ad Rhenum circa regionem *Crenzach*, *Fridlingæ*, & ad rivum *Birfig*. GAGNE-  
 BIN circa *Ferrière*; SCHEUCHZER. circa *Tigurum*. In alpes ascendit, ut  
 in montes *Fouly*, *Gottbard*.  
 Culmus sulcatus, compressus, subteres, cubitalis, pedalis, foliosus. Folia plana,  
 sesquilineam lata. In summo culmo spica uncialis & longior, cui folium tota  
 spica brevius substernitur, lata origine, longo mucrone. Spica fit alternis lo-  
 custis, ad scapum alterne flexum sessilibus, in eodem plano positis, distichis.  
 Cuique locusta elliptica, spadicea, splendens. Gluma calycina unica, locusta  
 brevior, ovata, lanceolata, oris albis. Locustæ glumæ æquales, dense congestæ.  
 Semen sex aristis circumvalatum, e globo compressum.

## MARISCUS.

## SCHOENUS LINN. n. 65.

Nomen non bonum, nimis simile Schini, & græce *Juncum* significans.

In caractere harum plantarum est mihi a LINNÆO dissentendum, neque enim in  
 ulla specie Schoeni sex petala reperio. Aliquot species ita differunt, ut non pos-  
 sint conjunctæ manere.

Marisco meo aspero 1343. locustæ teretes, acutæ. Calycinæ glumæ duæ ovales, tunc aliæ  
 duæ longæ & siccæ. Inde flores duo, gluma ad quemque unica, stamina tria,  
 quantum videre potui, & tuba tricornis. In aliis Mariscis nullus communis  
 calyx est.

A Scirpo defectu aristarum separatur.

1343. MARISCUS panicula ramosa, foliorum oris, dorsoque ferratis.  
*Cyperus longus inodorus, sylvestris* LOBEL. *ic.* p. 67. J. B. II. p. 503.  
*Cyperus longus inodorus, Germanicus* C. B. *Theatr.* p. 220. 221.  
*Cyperus longus inodorus, major, foliis & carina ferratis* *Hist. Oxon.* III. p. 237.  
 t. II. f. 24.  
*Gramen cyperoides altissimum, foliis & carina ferratis* BOCCONE *plant. rar. sic.*  
 p. 72. t. 39.  
*Pseudocyperus palustris, foliis & carina ferratis* SCHEUCHZER. *agrostograph.* p. 375.  
 t. 8. f. 7. 8. 9. 10. 11.  
*Schœnus culmo tereti, foliis, margine dorsoque aculeatis* LINN. p. 62. *Oelanska resa* p. 12.  
 Y y 2 Circa

Circa *felinum lacum* SCHEUCHZERUS. J. B. Genevæ ad fluv. *Arve*. Abunde in humidis inter *Vervai & le Furet*, haud longe *Roche*. In lacu Neocomensi prope *Grandfont*.

Culmi a duobus pedibus, ad sex alti. Folia nervo valde eminente, pene triquetra, nervo & oris acute & valide dentatis, ut digitum vulnerare possint. Ex sinibus foliorum aliquot paniculæ. Stipulæ sub panicula longæ, aridæ, fuscæ, longo mucrone filiformi. Stipulæ sub petiolis similes, breviores. Petioli, ut in Juncis, inæquales, longi, ramosi, stipulis sub ramis similibus. Ultimus quisque ramus gerit fasciculum locustarum, ex ovatis acuminatarum, coloris lignei, subcinnamomei. Semen fere unicum maturatur, & fit triquetra capsula, feta femine subrotundo.

In Suecia ad tecta rusticorum adhibetur, omni stramine firmior. Hoc putem esse *Segger* (*k*), gramen aculeato margine, quod boves enecat. Infulas efficere patentes SCHEUCHZERUS (*l*).

\* 1344. MARISCUS folio gramineo, culmo tereti, capitulis lateralibus ternis, ovatis. †

Circa lacum *Lemanum* incipientem *aux Grangettes* in fossis.

Oportet peculiarem historiam hujus plantulæ dare, quæ a *minimo* auctorum Scirpo differre videatur. Nostræ natura robusta est, caules ex una radice cespitosi. Folia radicalia plana, graminea, unciam longa, ad sesquilineam lata. Culmi ab uncia, ad quatuor & sex usque uncias alti, teretes, abeunt in folium vaginale, fulcatum, convolutum, sefcunce & duabus uncis super spicam elatum. In sinu ejus vaginæ sessilis & divergens. Spica ovato conica, etiam duæ & tres: crassa, ad femuncem longa, ad tres lineas lata. Glumæ ad decem & quindecim, omnes fertiles, ovato lanceolatæ, mucronatæ, spadiceo virides. Semen triquetrum, breve; rugoso cortice; villi nulli.

\* 1345. MARISCUS setaceus, capitulis lateralibus paucissimis. *Emend. III. n. 164.*

*Gramen juncetum minimum, capite squamoso* C. B. *Prodr.* p. 13.

*Juncellus omnium minimus* Hist. Oxon. III. p. 232. t. 10. f. 23.

*Scirpus foliaceus humilis* DILLEN. Syn. III. p. 430.

*Scirpus omnium minimus, capitulo brevior* SCHEUCHZER. p. 353. ex Gallia.

*Scirpus culmo nudo, setaceo, spicis lateralibus, subsolitariis, sessilibus* LINN. p. 73. *Skonska resa* p. 227. 228.

In sylva *Urban* HOFERUS (*m*). Basileæ prope *Neuhans*, in sylva *Wylensi*, *die Hard*, ad *Wiesam* Cl. la CHENAL.

Humilissima planta & mollis, omnino a 1345. diversa, ut etiam *minimo* Marisco n. 1346. humilior sit. Folia setacea, caule paulo breviora. Caulis unum folium prope radicem edit; ipse uncia altior, ad duas tertias suæ longitudinis paulum inflexus, in foliolum fulcatum femunciale abit. In sinu capitulum unicum, etiam duo, omnium minimum, trium quatuorve glumarum, subrotundum. Glumæ spadiceæ, ovatæ, mucronatæ.

1346. MARISCUS foliis setaceis, mollibus, spica nuda, pauciflora.

*Juncellus inutilis, seu Chamæschanos* C. B. *Theatr.* p. 183.

*Juncellus omnium minimus, Equiseti capitulis* PLOT. *Nat. Hist. of Oxfordshire* p. 148. t. 9. f. 3.

*Scirpus minimus, capitulis Equiseti* PLUKNET. p. 201. t. 40. f. 7. *Hist. Oxon. III.* p. 234. S. VIII. t. 10. f. 37.

*Scirpus culmo tereti nudo, setiformi, spica ovata terminali, bivalvi; seminibus nudis* LINN. p. 71. Non vero synonyma.

*Icon* OEDERI t. 287.

Magna copia legi ad stagnum supra pagum *Herzogenbuchsee*; tum ad lacum *Lemanum* prope *les Grangettes*: & circa Basileam Cl. la CHENAL. Circa lacum *felinum* J. B. Circa *Spiez* ad lacum. *A la montagne de Cuilly*. In fundo piscinæ prope *klein Riechen*.

Omnium *minimus* (*i*), & una mollis, cespitosus, foliis & culmo terete, capillari; hoc vix unquam trientali, capitulo unico, compacto, dum junius est, disticho

(i) *Emend. III. n. 165.*

(k) LINN. *Olanika resa* p. 170.

(l) *Oecon. Nachricht. V. p. 650.*

(m) *Ad Helvet. II. p. 20. Spica unica.*



in planta adulta. Glumæ ovato lanceolatæ, non aristatæ, fuscæ, non nitentès, oris albicantibus. Flores fere bini, tamen etiam tres, quatuorve, & quinque: setæ nullæ, ut cum Scirpis manere nequeat. Tota spica sesquilinea non longior. SCHEUCHZERI industriam effugit.

## C Y P E R U S (n) MICHELI p. 44.

LINN. n. 66.

A Carice & a Marisco vix differt, nisi spicis accurate distichis. A Scirpo fetarum defectu.

## 1347. C Y P E R U S spicis conglomeratis, calyce multifolio.

*Juncus levis, panicula glomerata, nigricante. Hist. Oxon. III. p. 233. t. 10. f. 28.*

*Juncus affinis, capitulo glomerato, nigricante SCHEUCHZER. p. 349. t. 7. f. 13. 14. 15.*

*Schænanus culmo tereti nudo, capitulo ovato, involucri alphylli valvula altera subulata longa*

LINN. II. Gottland. p. 234. Spec. p. 64. add. K. Wetenk. Handl. 1741. p. 182.

*Juncus Lithospermi femine MAGNOL. Hort. Monpel. p. 144. 145.*

In Helvetia vulgaris, in locis udis, in der Eymatte, bey Seedorf, circa Vervai Cully &c. Ad lacum felium SCHEUCHZER. In monte Pilato.

Cespites foliorum & caulium; horum teretium, durorum, pedaliū & cubitalium; illorum carinatorum, convexorum. Summus caulis educit duo folia inæqualia; alterum majus aristatum, alterum minus emarginatum, ex cujus hilo arista longa & rigens producitur. Inter hæc duo folia multæ spicæ ad se invicem adpressæ, petiolatæ, atro spadiceæ. Cuilibet receptaculum alterne flexum; glumæ calycinæ fere quatuor, floralibus breviores, ovato lanceolatæ, cavæ, complicatæ. Glumæ florales majores, longiores, distichæ. Tubæ trifidæ. Stamina tria. Semen e triquetro rotundum, breve, margaritini splendoris. Primum spicæ initium tantum duas vaginales, aut calycinas, nigras glumas ostendit: utrilaginem in ea vidi.

## 1348. C Y P E R U S umbella trifolia, spicis sessilibus, umbellatis, glumis obtusis.

*Gramen Cyperoides minus, panicula sparsa C. B. Theatr. p. 8. 9.*

*Cyperus minor pulcher, panicula lata, compressa, flavescens. Hist. Oxon. III. p. 239. t. 11. f. 37.*

*Cyperus minimus, panicula sparsa, flavescens SCHEUCHZER. p. 485.*

*Cyperus culmo triquetro nudo, umbella triphylla, pedunculis simpliciter aequalibus, spicis confertis, lanceolatis LINN. p. 68.*

*β. Minor SCHEUCHZER p. 386. t. VIII. f. 13.*

In aquosis, ad vias vulgo & ad fossas.

Radiculæ bulbillos adnatos habent. Cauliculi cespitosi, dodrantales, quando altissimi. In quoque caule unicum fere folium carinatum, dimidiam lineam latum. Sub umbella folia duo, etiam tria, quorum utrumque umbellam excedit, alterum longissime. Spicæ plurimæ, ad quindecim, in diversum exeuntes umbellam faciunt, non tamen ex eodem puncto natæ, sed ex ordine, ad flexuosum petiolum sessiles, planissimæ, distichæ, ex viridibus subluteæ. Gluma calycina nulla; glumæ florales complicatæ, cavæ, compressæ, ovatæ, obtusæ, circa quindenas. Stamina tria. Semen conicum.

## 1349. C Y P E R U S umbella trifolia, spicis petiolatis congestis, glumis ovato lanceolatis.

*Quartum genus Graminis Trag. p. 676. cum icône p. 679.*

*Gramen Cyperoides minus, panicula sparsa, nigricans C. B. Theatr. p. 89. pro varietate.*

*Cyperus minor pulcher, panicula compressa, nigricans Hist. Oxon. III. p. 239. t. 11. f. 38.*

*Cyperus minimus, panicula sparsa, nigricans SCHEUCHZER. p. 389.*

*Cyperus culmo triquetro, nudo, umbella triphylla, pedunculis simplicibus, inæqualibus, spicis confertis, linearibus LINN. p. 690.*

*Icon OEDERI t. 179.*

## Aliquanto

(\*) *Cyperus juncus quadratus, exornatus rotundus C. B. L. III. c. 21. uterque exoticus. Quadratum juncum inter discutiata LOKM L. V. c. XI. Sed una Cyperum nominat. Per Cyperum odorata species intelligi videtur, cum eo Regum cadavera apud Scythas ajat faciri HESKODOTUS L. IV. p. 244. cum Thymiamate.*

Tom. II.

Z z

Aliquanto rarior, etiam in udis nascitur. Reperi aux *Grangettes*, ad lacum Lemannum ad oppidum *Bonneville*, ad viam *Worbensem*. SCHEUCHZER circa lacum *felinum*. J. Henricus STÆHELIN, *Benedicti Pater*, *Sebæ Solodorensum*. Aux *Convers*. A *Nods*, à *Linière* ID. GAGNEBIN. *Fridlingæ*, *Michelfeldæ*, ad torrentes *Birsam* & *Birfig*.

Omnia fere eadem. Spicæ minores, longioribus in pedunculis; glumæ acutiores, ovato lanceolatæ, magis spicatæ, nigricantes.

CYPERUS *longus odoratus*, quem ex fama publica circa *Rappersvyl* ILL. C. GESNERUS ait provenire (o), dudum eo loco non lectus est, neque ausim inter cives numerare.

CAREX LINN. n. 1046.

CYPEROIDES J. R. H. 300. SCHEUCHZERI p. 406.

MICHELI p. 55. t. 32.

& CAREX DILLEN. *nov. gen.* p. 165. t. 14. MICHELI p. 66. t. 33.

Spicæ teretes, imbricatæ, involucrium feminis a femine fere separabile, quod LINNÆUS nectarium dicit, MICHELIUS capsulam, idem apice bidentatum & dehiscens. Semen cæterum fere ovato triquetrum, ad axin compressum; gluma cuique femini unica compressa, cava, lanceolata. Stamina in iis, quæ vidimus tria, & tuba fere tricornis. A Marisco involucrio differt separabili, a Scirpo fetarum defectu, a Cypero spica non disticha. Sexu hæc plantæ varie distinguuntur. Dantur, quibus in eadem spica, inque eadem gluma, sexus uterque conjungitur: hi Carices DILLENII & MICHELI. Dantur, quibus in eadem planta, sed diversis locis, uterque sexus est, sive spicæ totæ masculæ sint, feminæve; sive spicæ pars superior mascula, inferior femina sit, quod frequens est. Hæc sunt *cyperoides* DILLEN & MICHELI. Denique dantur, quibus aliæ stirpes sola habent organa mascula, aliæ sola feminina. Eas *Ulvas* dicebam, præstat autem omnino omnes conjunctas relinquere; et si enim in systemate LINNÆANO, ex commistis vario sexu distinctis plantis insuperabilis difficultas nascitur, nos tamen hæc difficultas non tangit.

#### I. SPICIS MARIBUS A FEMININIS SÆPE TOTA PLANTA DISTINCTIS.

Sæpe inquam, nam per omnes species hujus ordinis etiam androgynos flores vidi: omnes quidem flores in primis tribus speciebus, spicas in reliquis superne mares, inferne androgynas.

1350. CAREX (q) spica unica, terete, feminibus rostratis. *Emend. III.* n. 152. *Gramen Cyperoides minimum, seminibus deorsum reflexis, puliciformibus. Hist. Oxon. III.* p. 244 t. 12. f. 21. PLUKNET. p. 178. t. 34. f. 10. planta femina.

& *Gramen Cyperoides minimum, spica simplici casta Hist. Oxon. ib. f. 22. planta mascula.*

*Gramen Cyperoides, spica simplici casta SCHEUCHZER. p. 497 t. II. f. 9. 10.*

*Carex minima, caulibus & foliis capillaceis, capitulo singulari, tenuiori, capsulis oblongis, utrinque acuminatis, & deorsum reflexis MICHELI p. 66. t. 33. f. 1. Spica manifesto androgyna.*

*Icon OEDERI t. 166. femine breviori.*

*Carex spica simplici, androgyna, superne mascula, capsulis divaricatis, retroflexis LINN. p. 1380. add. 1. Gottland. p. 240. add. LYONS p. 49. n. 93.*

In Helvetiæ udis vulgaris. Bernæ in pratis inter *Papiermühle* & *Worlauffen*, *Tiguri*, &c.

Folia radicalia perangusta, dura; hinc convexa, retroverfu aspera. Culmus dodrantalis, unica spica terminatus. Masculula longa, teres, laxiuscula, glumis dilute fuscis.

(o) *Hort. Germ.* p. 246.

(p) *Ulva de paludibus resecta, optima ad ligandas vites COLUMELLA IV. c. 23. omnino ergo Graminis species.*

fuscis. Spicæ feminæ in principio similes, per ætatem totæ sui dissimiles fiunt: laxantur paulatim, dum glumæ subnascente capsula deorsum vertuntur, & denique glumæ delabuntur, & capsulæ ad angulum rectum patent, distinctæ, demum reflexæ, longe cæterum mucronatæ, mucrone subtiliter bifido. Frequenter omnino, quas feminas vocamus spicas, eæ androgynæ sunt, ut supremæ femininæ spicæ glumæ solæ masculæ sint, infernæ aut masculæ, aut etiam androgynæ (q).

Nescio, quare SCHEUCHZERI planta alio avocetur, cujus capsulæ nostram manifesto expriment.

- \* 1351. CAREX spica unica, subrotunda, feminibus inflatis *Emend.* III. n. 153.  
*Cyperoides Ranunculi folio rotundo Hist. Oxon.* III. t. 12. f. 36.  
*Cyperoides parvum, caulibus & foliis tenuissimis, triangularibus, spica subrotunda, capsula oblonga, in angustum collum, vix bifidum, adtenuata MICHELL.* p. 56. t. 32. f. 2.  
*Carex spica simplici, androgyna, ovata, superne mascula, capsula imbricato patulis LISN.* p. 1379. *Flor. Suec.* n. 834. add. LYONS p. 50 n. 94.  
 Passim etiam in paludosis, um den Ballenbühl, & supra les Plans, & in monte Enzeinda & Sylvio. SCHEUCHZERUS non habet.  
 Habitus fere prioris & folia.  
 Capitulum rotundum, ut in vulgaribus Ranunculis. Semina ampullacea, ventre amplo, brevi collo, recto & cylindrico.  
 Ustiliginem in ista carice vidi.

- \* 1352. CAREX spica unica, capsulis rotundis, hirsutis *Emend.* III. n. 154. †  
 Nova planta, a Cl. Viro Achille MIO. mecum communicata, qui legit inter pagum Münchenstein & villam die Grut. Cl. GAG-EBIN. au bec de Poiseau. Folia latiuscula, ad lineam usque, & molliora, subglauca, retroversu subaspera. Culmus triuncialis, ad summum semipedalis, ex triquetro compressus. Capitulum unicum, ovatum, in medio femineum, superne & inferne masculum. Glumæ fusca, magno nervo divisæ. Capsulæ rotundæ, totæ hirsutæ, in longum collum productæ.  
 Neque hanc SCHEUCHZERUS vidit.

## II. CARICES SPICA UNICA, CONSTANTER ANDROGYNA.

- \* 1353. CAREX culmo foliisque duris, curvulis, spica unica, glumis aristatis  
*Emend.* III. n. 155. †  
 In monte Fouly rara planta, inque Salanfe, Simplon, & alpebus supra Praborgue. Culmus triuncialis, & semipedalis, durus; dura etiam, & glauca folia, dimidiæ lineæ latitudine, cauli æqualia. Et ea, & caulis, sæpe in alterum latus curvantur. Spica brevis, quæ simplex videatur, & sursum latefcit. Glumæ lanceolatæ, aristatæ, nitentes, oris albis: earum in quavis peculiari spica una reliquis manifestior est, & reliquas occultat calycinæ similis, & aristam e medio producit Flores pauci, capsulæ longæ conicæ, mucrone bifido. In nonnullis foliolum tres secedentes spicas disjungit. Per senium laxata spica adparet, eam vere ex plurimis exiguis spicis componi.  
 Etiam ad ripam maris mediterranei lectam habeo.
1354. CAREX spica unica, subrotunda, glumis ovatis, brevissime aristatis. †  
*Carex spica tripartita culmum terminante, subrotunda, squamis basis cordatis, cum mucrone GMELIN.* *Flor.* I. p. 145. n. 56. t. 30. f. 2. Si ea est, valde a nostra differt, squamis minoribus, acutis.  
*Carex alpina minima, juncifolia, caule rotundo triquetro, spica in summitate caulis atrofusca, squamis amplioribus, plerumque bifidis, & limbo membranaceo cinctis, &c. MICHELL.* p. 68. n. 6.  
*Gramen Cyperoides, juncifolium, spica simplici, in summitate culmi, atrofusca SCHEUCHZER.* p. 492. t. II. f. 7.

Z x 2

SCHEUCH-

(q) Conf. GMELIN. I. p. 144.

SCHEUCHZERUS in pratis alpium Rhæticarum, & potissimum montis *Sursee*, vallis *Sexammie*. In *Gottardo* monte video me reperisse, & Cl. BELLARDUS ex paludosis montis *Cenis* plantam, certe spica sua simillimam, misit.

Caulis vaginofus, trientalis & paulo altior. Folia omnino pene ad lineam lata, & plana, sed convolvuntur, ut possint pro junceis haberi. Spica brevis & lata. Glumæ valde latæ, ovatæ, ora alba, cæterum fuscæ, nervo in pertenuem spinulam educto; ima maxima, lata, emarginata, ex hilo aristam educens, quæ defracta sæpe muticam glumam relinquit.

Dux plantæ sibi proximæ, & demum forte eadem.

1355. CAREX fetidus, spica fusca, conglomerata *Emend.* III. n. 156. †  
*Gramen alpinum parvum, latifolium, spica subrotunda, ferruginea* J. J. SCHEUCHZER  
*It.* VI. p. 458. f. 18.

*Gramen alpinum, enode, spica parva, subrotunda, ferruginea* J. SCHEUCHZER. *agrostograph.* p. 495. T. *Prodr.* IV.

In montibus *Fouly*, *Darbignon*, *Gottardo* legi. J. SCHEUCHZER in alpinis *Uriensibus* & *Rhaticis*. In *Bernhardino* monte J. J. SCHEUCHZERUS.

Fætet & sicca & recens, raro in Graminibus exemplo. Folia radicalia cespitosa, cyperoidea, ad duas & tres uncias lata, carinata, nervo retroversu aspero. Culmus nudus, triquetrus, oris perinde retroversu asperis. Spica unica, ex numerosissimis spicis minoribus congesta, difformiter conica, pene pentagonia, prælata, breviter acuminata. Folia duo longa, caudata, spicæ subjecta, alias unum, etiam nullum. Glumæ cum nitore fuscæ, aristatæ, aut mucronatæ: tuba bicornis. Stamina tria, flaccidis filamentis. Spica maturescens longior fit, & undique riget, nitor de glumis disperit, eæque pallescunt. Semina femiconica, hinc convexa, inde explanata, collo acuto. Quæque spica in sex septemve minores, sed arcte compactas, spicas discedit.

1356. CAREX spica terminali tripartita. †

Esset *Carex* MICHELI p. 61. f. 5. t. 33. f. 6. nisi collum bifidum diceretur.

An *Cyperoides alpinum tenuifolium, spica brevi, ferruginea* SCHEUCHZER. p. 493. t. 11. f. 8.?

In alpinis reperi, ut in mont. *Fouly*, valle *Trient*; misit etiam Cl. BELLARDUS. Folia radicalia culmo breviora, latiuscula, ad lineam & ultra. Culmus superne nudus, triquetrus, semipedalis; non asper, ut neque folia. Spica ex tribus composita congestis. Dux laterales breviores, media longior, androgynæ omnes. Glumæ ovatæ, mucronatæ, spadiceæ, linea flava divisæ. Capsulæ breves, ventricosæ, mucrone longiusculo, simplici.

Planta SCHEUCHZERI in H. S. manifesto eadem cum 1355. Nostra magis diversa, etiam spicarum numero.

## II. CARICES.

### SPICIS ANDROGYNIS.

#### I. UNA PLURIBUS.

#### I. SESSILIBUS.

#### I. SIMPLICIBUS.

#### I. POLYSTACHYÆ.

1357. CAREX spicis androgynis, imis in ala prælongi folii sessilibus, supremis nudis.

*Gramen cyperoides, angustifolium, spicis parvis sessilibus, in foliorum alis* PEUKNET. p. 178. t. 34. f. 3 & omnia voce *sessilibus* *Hist. Oxon.* III. p. 243. t. 12. f. 17.

*Cyperoides angustifolium, spicis sessilibus, in foliorum alis* J. R. H. SCHEUCHZER. p. 483.

*Carex angustifolia, caule triquetro, capitulis pulchellis, frigosioribus, compactis, inter se distantibus, & in foliorum alis sessilibus* MICHELI p. 70. n. 3. t. 33. f. 18.

*Carex spiculæ ovatis, sessilibus, remotis, androgynis, bracteis culmum æquantibus* LINN. p. 1382. n. 12. conf. LINN. *Cent.* I. p. 31.

& Ca-

& *Carex spicis ovatis, sessilibus, androgynis, foliis caulinis culmum æquantibus*  
LINN. p. 1383.

SCHUCHZER ad rivulorum ripas. In pratis udis, ut in *Prépourry*; in sylva *Bremgarten*. *Basilea* extra portam *Riebanam*.

Caulis debilis, cubitalis, laxè ramosus, brachiatus, foliosus. Folia angusta, vix dimidiam lineam lata, subaspera. Folium imæ spicæ subtratum prælongum, deinde ut altiori loco nascuntur, ita brevius, ut denique mere caudata gluma sit, & supremæ spicæ se contingant, sintque longiores, ut imæ breviores sunt, & subrotundæ. Glumæ imæ aristatæ, superiores mucronatæ, albæ, linea virente distinctæ. Capsulæ decem, duodecim, turgidæ, mucrone bifurcato.

Hæc *Carex* repetitur apud LINNÆUM cum duobus nominibus p. 12. & 14.

## II. CARICES SPICIS ANDROGYNIS.

### I. SESSILIBUS.

#### II. CONGESTIS.

1358. CAREX spicis distichis teretibus, repandis.

*Gramen Cyperoides elegans, spica composita, asperiore Hist. Oxon. III. p. 245. RAJ.*

*Carex fibrata radice, angustifolia, caule exquisite triangulari MICHELI p. 70. t. 33. f. 17.*

*Carex spica composita, disticha, nuda, spiculis androgynis, oblongis, contiguis, culmo nudo*  
LINN. p. 1381. n. 9.

Passim reperi in alpibus Bernensium, in mont. la *Tour d'Aix*. C. B. in ipso monte *Muteto*. Extra portam *Riebanam bey der Schorenbrük* in nemore vicino, & in dumetis versus *Friedlingen*. Gottingæ vulgaris est. SCHUCHZERUS non habet.

Caulis triquetri, retrorsum versu asperi, cubitales, nudi. Folia longa, ad lineam usque lata, & ipsa retroversu aspera. Spicæ, ut in *Gramine* spica *Brizæ*, in summo caule septenæ & novenæ, distichæ, in eodem plano positæ, alternæ. Quæque spica oblonga, teres, sine, ut solent, conico, gracilis, densissima, semipatula, etiam recurva. Gluma ima magna, neque tamen aristata, omnes cæterum albæ, aut ex albo virentes, ovato lanceolatæ, non valde acutæ, etiam fuscæ, quando adoleverunt.

1359. CAREX spicis ovatis, imis, remotis, supremis congestis.

*Cyperoides polygluchyon, spicis laxis, paniculam veluti componentibus SCHUCHZER*  
p. 487. t. 11. f. 4.

An *Gramen Cyperoides, medium angustifolium, spicis teretibus, erectis, flavicantibus Hist. Oxon. III. p. 242. S. VIII. t. 12. f. 8?*

*Carex spiculis oblongis, sessilibus, remotis, androgynis, capsulis ovatis, acutis. LINN.*  
p. 1383. Conf. *Centur. I. p. 31.*

SCHUCHZERUS in alpibus: in Germania reperi.

Caulis bipedales, asperi, triquetri, fere nudi, præter folia terræ propiora. Folia retrorsum plicata, aspera, ad unam duasque lineas lata. Spica composita, prælonga, quatuor unciarum. In eam coalescunt spicæ singulæ, quarum inferiores totæ distinctæ sunt, superiorum inferior quæque proxime vicinæ superioris basin attingit: latæ cæterum & obtusæ. Glumæ fuscæ, acutæ. Sub spica inferius verum foliolium, unciali brevius, deinde gluma aristata, tunc simplex, in supremis mucronata gluma. Capsulæ conicæ, longo collo prominulæ, incurvo bifido; suprema spica nonnunquam partim mascula.

\* 1360. CAREX spicis ovatis alternis, supremis se contingentibus.

*Gramen cyperoides, spicis erectis divulsis LOESEL. ic. 32.*

Ob id synonymon est *Carex spiculis subrotundis, remotis sessilibus, obtusis, androgynis, capsulis obtusiusculis LINN. p. 1383.*

A priori planta differt, quam in palludosis ad pedem montis *Bructeri* reperi, in Helvetiæ paludibus etiam nascens, foliis potius radicalibus, duas lineas latis, ora aspera, culmo pedali, spicis imis distinctis, superioribus approximatis, fere ovatis, albovirentibus, exceptis gluma foliolo aristata, in inferioribus longa, superne brevi glumis, brevibus floralibus ovato lanceolatis, sic ovata & acuminata capsula.

Tom. II.

A a a

Capsulæ

Capitulæ in una spica ad trigenas. Brevitate capsularum & glumarum ab iis differt, quæ sequuntur.

1361. CAREX spicis nudis, subrotundis, distinctis, in summo caule congestis.

*Gramen Cyperoides ex monte Ballon, spica divisa* J. B. II. p. 457.

*Gramen Cyperoides, palustre, majus* C. B. *Theatr.* p. 88. etsi icon non bona est HIST. OXON. III. p. 244. t. 12. f. 29.

*Gramen Cyperoides, spica ex pluribus spicis mollibus composita* SCHEUCHZER. p. 456. t. II. f. 15. Cum hoc nomine Carex paniculatus in horto sicco servatur, adest tamen etiam specimen veræ plantæ, à BREYNEO acceptæ.

Non est Carex angustifolia, caule triquetro, spicis pluribus elegantibus, parum inter se distantibus SEGUIER. II. p. 124. t. I. f. 2.

Non videtur esse n. 294. OEDERI.

Carex spica composita, spiculis ovatis, sessilibus, approximatis, alternis, androgynis, nudis LINN. p. 1381. GMELIN. *Flor.* I. p. 147.

In Helvetia non rara: in sylva Bremgarten, circa Ferrière, Michelfeldæ, &c. In alpes ascendit.

Caulis bipedalis, triquetrus, subasper. Folia lineam lata, retrorsum digito ducto aspera.

In summo culmo quatuor spicæ, ad octo, sibi proximæ, nullo subjecto folio, sed gluma aliquanto majori, aristata. Eadem spicæ brevissimæ & latissimæ, subrotundæ, compressæ. Glumæ argute lanceolatae, rigentes, densissime congestæ, pallide spadiceæ, nervo luteo. Capsulæ rostratæ, longitudine glumarum.

In alpinis femipedalem vidi, spicis peculiaribus quinque vel sex.

1362. CAREX spicis in summo caule congestis, imis foliolis infidentibus.

*Gramini Cyperoidi ex monte Ballon simile, spica totali ex pluribus spicis composita* PLUKNET t. 34. f. 7. folio unico subjecto J. J. SCHEUCHZER. *It.* I. p. 39. DILLEN. *Syn.* RAJ. III. p. 423. ex propriis a DILLENIO missis exemplis. In herb. sic. SCHEUCHZERI cum hoc nomine Carex paniculatus est.

An Carex palustris elatior, radice repente, caule trilatere, spica spadicea, nonnihil foliosa, capitulis crassioribus, capsula marginatis MICHEL. p. 67. t. 33. f. 4? Hic spicis foliis susceptis similior.

*Gramen Cyperoidi ex monte Ballon: sensile humilissimum, in maritimis & arenosis nascens* RAJ. PLUKNET. t. 34. f. 8.

Carex spica composita, spiculis androgynis inferioribus remotioribus, folio longiori instructis, culmo triquetro LINN. *It.* Oeland. p. 139. *Spec.* p. 1381.

Carex disticha LYONS p. 50. n. 96.

Bernæ, Michelfeldæ, circa lacum felinum. Circa Roche abunde, in ipso Prépouy.

Circa Gottingam frequens. Mirum videtur a J. SCHEUCHZERO prætermitti, nisi cum Carice compacta conjunxit, cui proxima est.

Culmus bipedalis, foliosus, triquetrus, retrorsum ductus perasper. Folia longa, lineam & ultra lata, retrorsum ductu aspera. Spica composita ex viginti spicis, inferne laxioribus, superne congestis, ad scapum adpressis, dum juniores, inde laxatis, pene distichis. Inferioribus spicis uni, etiam quatuor, foliolum, spicula longius substernitur, viride, etiam unciale; superne ea folia desiderantur.

Eorum loco superius gluma magna, ex nervo aristata, spicæ peculiari subjecta. Eæ spicæ teretes, breves, densæ, angustiores, quam 1361. glumis acuminatis, ex spadiceo & luteo variis, oris albis. Folliculi longe mucronati eminentes.

\* 1363. CAREX spicis stipula brevioribus, imis distinctis, superioribus congestis.

*Gramen cyperoidi e monte Ballon simile humilissimum in arenosis nascens* PLUKNET. t. 34. f. 8.

*Gramen cyperoides palustre majus, spica divisa* C. B.

*Gramen cyperoides minus repens, spica divisa* LOESEL. p. 116. ic. 31.

Carex spica composita, spiculis androgynis, inferioribus remotioribus, folio longiori instructis, culmo triquetro LINN. p. 1381. *It.* Oeland. p. 139.

Inter plantas fuit J. SCHEUCHZERI vere diversam, Michelfeldæ C. B. Circa Ferrière, &c.

Culmus pedalis; folia potius longiora, ad duas & ultra lineas lata, oris, sed folis, asperis. Spicæ infernæ remotæ, superne congestæ. Cuique subjectum folium trientem pollicis longum, eaque folia etiam de spicæ parte compacta eminent. Spica

quæque specialis oblonga, ad basin duas spiculas distinctas habet. Glumæ ex luteo virentes, insigniter aristatæ. Foliis, & spicis longioribus se distinguit.

1364. CAREX spicis subrotundis, echinatis, supremis confluentibus, capsulis rostratis, bifidis.

*Gramen Cyperoides majus, spica compacta* C. B. *Theatr.* p. 87. non bene. *Hist. Oxon.* III. p. 244. t. 12. f. 24.

*Gramen Cyperoides palustre, triquetrum, spica integra* J. B. II. p. 497.

*Juncus repens, graminosa & echinata spica* BARRELIER. *ic.* 114. n. 11.

*Scirpoides palustre majus, spica compacta* MONTI p. 17. tab. iconum F.

*Carex spicis supradecompositis, inferne laxioribus, spiculis androgynis, ovatis, sessilibus, confertis, superne masculis* LINN. p. 1382. GMELIN. p. 146. t. 32. non bene, si nostra est.

*Carex palustris major, radice fibrosa, caule exquisite triangulari, spica brevior, habitiore, compacta* MICHELI p. 69. & *divulsa, seu interrupta* ibid. t. 33. f. 13.

II. *Gramen spartium Cyperoides, echinata spica, nemorum majus* BARRELIER. *ic.* 119.

*Carex palustris, media, radice fibroso, caule exquisite triangulari, spica brevi compactiori* MICHELI p. 68. t. 33. f. 14. & plures, puto, aliae.

Bernæ ad sepes viaeque frequens.

Variabili plantæ culmus triquetrus, pedalis, & cubitalis, longe nudus. Folia longissima, sesquilineam & tres lineas lata, retroverfu non aspera. Spica integra fit spicis peculiaribus tribus, ad octo usque: imæ distinctæ sunt, et si proximæ; superæ confluent, sessiles, breves, subrotundæ: imæ gluma calycina longe aristata; eadem etiam folio suscepta superiores absque folio subjecto. Glumæ florales lanceolatæ, aristatæ. Juniores mediocriter echinatæ sunt, aut molles, virides, cum admixta flavedine: adultæ spadiceæ, echinatæ, rigentes. Capsulæ patulæ maximæ, rostratæ, triquetræ, bifidæ, gluma sua longiores.

1365. CAREX caule foliisque asperis, spicis echinatis subrotundis, supremis congestis.

*Gramen nemorosum, spicis parvis, asperis* C. B. *Theatr.* p. 100. *HIST. OXON.* III. p. 244. t. 12. f. 26.

*Gramen Cyperoides spicatum minus* R A J. *Syn.* III. p. 424.

*Graminis spicis minoribus & minus compactis* C. B. 2. varietas.

*Gramen Sylvaticum tertium* TABERNÆMONT. p. 227.

*Gramen Cyperoides minus, spicis minoribus, minusque compactis* SCHEUCHZER. p. 488. t. 11. f. 5. ob mucronem bifurcatum.

Huc Carices MICHELI p. 69. n. 5. t. 33. f. 11. & n. 6. f. 12. & f. 10.

*Carex spiculis subovatis, sessilibus, remotis, androgynis, capsulis acutis, divergentibus, spinosis* LINN. p. 1382. GMELIN. p. 148. LYONS p. 51. n. 97.

Icon OEDERI n. 284.

En Planfavey prope Roche. In monte Fouly. Basileæ, Tiguri, Bernæ.

Caulis semipedalis & pedalis; folia ne lineam quidem lata, retroverfu aspera; spica laxa, tota fit remotis spicis, octo decemve, ultimis in vertice congestis, Spicæ partiales sessiles, dum florent breves. Gluma calycina aristata, in foliolum inferne producta. Glumæ florales lanceolatæ, aristatæ, virides, ora pallente, inde tinctorios, maturæ undique echinatæ rigent. Spica suprema inferne mascula (a) & gracilis, superne androgyna, latior. Capsulæ longe mucronatæ, patulæ mucrone rigentes. Sub spica minori & infima foliolum. A priori differt habitu aspero, spicis minoribus.

*Carex spiculis subovatis sessilibus, remotis, androgynis, capsulis ovatis teretiusculis, muticis, divaricatis* LINN. *Flor. Suec.* n. 846. *Spec.* p. 1384. quam Cl. JACQUINUS misit, mihi non videtur differre, & esse junius specimen, hinc minus, & minus muricatum. ut in istis Caricibus solet.

1366. CAREX spicis ternis, echinatis, glumis lanceolatis, capsulæ mucrone simplicif.

Icon OEDERI t. 284.

*Gramen Cyperoides, spicatum, minimum, spica divulsa, aculeata* R A J. *Syn.* III. p. 424.

SCHEUCHZER *agrostograph.* p. 485. t. 11. f. 3. ob mucronem simplicem. M &

CHELI p. 69. t. 33. f. 9.

In Hercynicis paludibus & passim in Helvetia.

Satis similis prioris n. 1365. foliis angustis, hinc convexis, inde fulco divisis, longis, etiam culmum superantibus, minus, quam 1365. retroverfu asperis. Culmus triquetrus, dodrantalis, pedalis. Spicæ in summo caule non supra tres, quatuorve, distinctæ, tamen proximæ, paucifloræ, florum fere quinque: sub ima folium unciale, deciduum, sub reliquis gluma aristata. Glumæ florales lanceolatae, pallentes, dorso viridi. Maturæ rigent, capsulis patulis, longe mucronatis, simplici, non bifido mucrone, qua nota, & paucis spicis, atque molliori habitu distat a 1365.

Cum nomine *Caricis muricati* LINN. ex Suecia habui.

• 1367. CAREX spicis ternis congestis, glumis aristatis. †

*Gramini montano caryophyllato, spica multiplici non dissimile* C. B. Prodr. p. 9. n. 22. ex fide horti siccæ Hagenbachiani.

In sepibus gramineis viæ Rieham ducentis, & alibi circa Basileam. In Germania legi. Vicinus Carici priori 1366. differt spicis longioribus, non foliis, sed glumis infidentibus. Radix reptatrix, fasciculum caulium edit, inde transversa erepit, & similem cespitem regenerat. Folia erecta, perangusta, ad tertiam partem lineæ, retroverfu aspera. Culmi pedales & dodrantales, retroverfu asperi, tenues. Spica etiam unica, sed tamen frequentius duæ, tres, etiam quatuor, sessiles, sibi vicinæ, ut se adtingant. Teretes omnes, suprema ad semuncem longa; reliquæ breviores. Gluma calycina lanceolata, longe aristata, floralibus major: itæ etiam mucronatæ, aristatæ, alis albescentibus; cæterum fuscæ, splendentes, nervo sublueteo & viridi. Capsulæ . . . .

1368. CAREX spica paniculata.

*Cyperus longus inodorus, sylvaticus* C. B. Prodr. p. 24. Theatr. p. 221.

*Cyperus alpinus longus, inodorus, panicula ferruginea, minus sparsa* SCHEUCHZER. tab. prodr. VIII.

& *Gramen Cyperoides, spica longiore, laxa* EJUSDEM p. 499.

*Gramen Cyperoides palustre, elatius, spica longiore, laxa* Hist. Oxon. III. p. 244. t. 12. f. 23.

*Cyperus alpinus, spica rufa splendente, e pluribus veluti spicis composita* J. J. SCHEUCHZER. It. VI. p. 458.

*Carex* & MICHELI p. 68. t. 7. Spicis valde & crassis, & brevibus.

*Carex spicis androgynis, racemo composito* LINN. Spec. & Centur. I. p. 32. n. 92.

Nobis vulgo; etiam inter arundines du Prépoury, prius quam eam lacunam siccavi. In stagno sylvæ Sedelbach, Michelfeldæ, Fridlingæ in paludosis ad Birsam, SCHEUCHZER in uliginosis montis Regii. GAGNEBIN aux marais de Goudcha du Locle prope Molendinum, Renan, a l'Echelette. J. J. SCHEUCHZER circa Valentiam.

Caulis altus, tripedalis, triquetrus, asper. Folia ad duas lineas lata, pariter ad digitum retrorsum ducentem aspera: Panicula longa, rara, spicata, ex ramis alternis, qui conferti in juniore planta, per ætatem laxantur. Ramosa est panicula, & ad singulum ramum aliquot spicæ sessiles, confertæ, paulum distinctæ. Sub quavis spica peculiari gluma ovato lanceolata. Sub ima etiam foliolium, Glumæ florales ex flavo spadiceo & albo variz. Capsula angulosa, conica, mucrone subtiliter bifido.

β. *Cyperoides palustre, spica laxa, minus* SCHEUCHZER. p. 501.

Circa lacum Felinum SCHEUCHZER. Ego.

Huc referrem varietatem a me repertam, similibus spicis, & robustis glumis, sub spicis peculiaribus, spadiceo flavis, nervo virente, aristatis, cui spica non ramosa est.

II. SPICIS PETIOLATIS.

1369. CAREX spicis ovatis, petiolatis, congestis, senescendo nutantibus.

*Cyperoides alpinum pulchrum, foliis Caryophyllati, spicis albis & tumentibus* SCHEUCHZER. p. 481. t. 10. f. 1. 2.

Carex



*Carex* &c. MICHELI p. 69. Ord. I. n. I.  
 Icon OEDERI t. 158.  
*Carex spicis androgynis, terminalibus, pedunculatis, florentibus erectis, fructiferis pendulis*  
 LINN. p. 1386. GMELIN. p. 149. in alio ordine Caricum sexu distinctorum.

In omnibus alpebus abunde, in summo monte *Javernaz* copiosissime. Altissima circa

*Servant* Valefiæ.

Radix magna, lignosa, multiceps. Folia radicalia, retrorsum ductu aspera, cespitosa, ad duas lineas lata, caryophyllæ. Culmus pedalis, cubitalis, triquetrus. Spicæ ex apice culmi ternæ, quaternæ, senæ, in oblongis pedicellis, obesæ, hinc per maturitatem pendulæ. Glumæ pene nigrae, lanceolatae. Capsulae ovatae, flavæ, collo brevi, aperto. Sub imis duabus tribusve spicis, foliolum: sub prima unciale: sub secunda brevius, ita sub tertia, aut nullum.

In altissimis alpebus, *Oberstafel*, aliisque supra vallem *St. Nicolai*, humillima reperitur, vix triunciali, caule spicis breviter ovatis, ex subviridi, & spadiceo variis, quia capsulae subvirentes, ovatae, supra glumas spadiceas, flava linea divisas, eminent. Nolui separare.

## III. CARICES.

FLORIBUS MARIBUS ET FEMINIS  
IN EADEM PLANTA SEJUNCTIS.

CYPEROIDES DILLEN. MICHELI p. 55. &c.

Flores scripsi, non spicas, quod minime infrequenter in spica aliqua pars superior mascula, inferior femina sit. Veros autem androgynos, & staminibus, & femine, instructos flores raro putem reperiri.

## I. SPICA MASCULA UNICA.

## FEMINIS PLURIBUS SESSILIBUS.

1370. CAREX spica mare unica, femininis adpressis, calycinis glumis maximis, caule senescente prostrato. †

α Planta adultior, æstiva & autumnalis.

*Cyperoides montanum, humile, angustifolium, culmo veluti folioso, spicis obesso* SCHEUCHZER. *agrostograph.* p. 407. t. 10. f. 1. *capsula oblongis, gibbis, trilobis* MICHELI p. 63. n. 65. t. 32. f. 8.

β Planta vera junior.

*Cyperoides longifolium, culmo pumilo, veluti folioso, spicis obesso* SCHEUCHZER. p. 408. t. 10. f. 2.

SCHEUCHZERUS priorem α in monte *Uetliberg* invenit, supra villam *Friesenberg*, alteram β circa *Tigurum*. Ego utramque varietatem circa *Roche*; tum supra molendinum *Rupense*; tum circa rupem, ex qua rivus *le Furet* scaturit, locis petrosis & asperis. In monte *Crenzach*.

Folia cespitosa, dura, subsæpera, ad lineam lata. Culmi humiles, triunciales & paulo ultra, verno tempore supra folia elati, ut in β, autumno declinati, & foliis multo breviores, quæ nunc super eos se adtollunt α Spicæ feminales tres quatuorve, graciles, glumis vaginalibus prælongis, lanceolatis, spadiceis, sed lato albo & argenteo margine conspicuis continentur stricte ad caulem adpressæ. Spica mascula pariter argenteis oris, & gluma calycina magna, ovato lanceolata, ex spadiceo albicans. Capsula ovata, collo brevi.

1371. CAREX spicis sessilibus, approximatis, ovatis. †

*Cyperoides apinum, foliis caryophyllæis, spicis brevibus, ex nigricante & albido variis* SCHEUCHZER. p. 421. t. 10. f. 10.

In monte *Sursee* vallis *Sexamnie* *Rhetorum* SCHEUCHZER.  
 Densus cespes foliorum, ut in caryophyllis. Folia firma, brevia, caryophyllæa, ad sesquilineam lata, linea exarata. Culmus triuncialis, fere nudus, triquetrus. Spica mascula  
 Tom. 11. B b b ovata,

ovata, brevis, sed obesa, concinne ex spadiceo & argenteo varia: glumæ obtusæ, spadiceæ, ora late alba. Gluma calycina similis, obtusa, maxima. Spicæ feminæ, una, duæ, tres, proxime marem sessiles, exiguæ, adpressæ, spadiceæ, ora alba, feminibus ovato triquetris, brevissimo mucrone.

β. *Cyperoides alpinum pumilum*, spicis ex albicante & spadiceo variis SCHEUCHZER p. 437. t. 11. f. 12.

In *Avicula* monte lecta, non differt.

1372. CAREX foliis caryophylleis, spicis sessilibus approximatis, paucifloris, capsulis ovatis subhirsutis. †

*Cyperoides montanum*, foliis angustis, parvis, spica spadicea divisa SCHUCHZER. p. 419. t. 10. f. 8. 9.

An n. 73. an 75. MICHELI?

*Carex spicis feminis sessilibus, subsolitariis, ovatis, mascula approximatis, culmo nudo, capsulis pubescentibus* LINN. p. 1285. Credas ad sequentem pertinere, neque nostræ folia capillacea sunt.

In monte *Uetliaco*: legi in monte *Wasserfalle*. CL. MIEG inter *St. Jacob & Brüglingen*. Au chemin des *Ecots Rupe*.

Habitus prioris, cespes foliorum caryophylleorum, repandorum, linea exaratorum, ad oram asperorum, latitudine unius lineæ, & ultra. Culmus triquetrus, pene nudus, femipedalis. Spica mascula, ut in paulo priori, ovata, spadicea, glumis ovato lanceolatis, spadiceis, linea flavescente divisis; gluma calycina pariter ovato lanceolata, aristata. Spicæ feminæ una vel duæ, breves, obtusæ, parvæ & paucifloræ, glumis similibus, insident viridi foliolo, aliquot lineas longo. Capsulæ feminales ovato triquetrae, mucrone perbrevis, ad lentem vitream hirsutæ.

1373. CAREX angustifolius, spicis sessilibus, approximatis, teretibus, capsulis hirsutis.

*Gramen spicatum angustifolium, montanum* C. B. Prodr. n. 20. Theatr. p. 47.

*Cyperoides angustifolium, montanum, folliculis seminalibus villosis* SCHEUCHZER. p. 423. *Cyperoides* MICHELI p. 64. n. 68.

In sylva prope *Muri*: in mont. *Chamoseire, Javernaz*. SCHEUCHZER in monte *Uetliberg* & ad *Silam* fluv. In monte *Muteto*.

Folia glabra, longiora & angustiora, quam priori, dimidiam lineam lata & ultra. Culmus dodrantalis. Spicæ fature fuscæ, graciles. Mas longior; feminæ perbreves, sex non pluribus floribus factæ, fere ternæ, inter se, & ad masculam congestæ. Glumæ nervo flavescente, cæterum ovato lanceolatæ; sub ima feminarum foliolum. Capsula villosa. Proxima certe priori.

\* 1374. CAREX spicis sessilibus approximatis, brevissimis, glumis lanceolatis, mucronatis. †

An *Cyperoides alpinum saxatile, angustifolium, caule rotundo triquetro, tenuibus spicis gracilioribus, fusco ferrugineis, squamis acutis, capsulis oblongis, angustis, subhirsutis, bifidis* MICHELI p. 56. n. 8.?

Folia angustissima, quasi juncea, qua prima nota a præcedente differt; hinc convexa; inde carinata. Culmus pedalis, superne nudus. Spicæ fere tres: mas longior, teres, squamis spadiceis, ovato lanceolatis, acutis, oris pallidis nervo flavo, cum nitore. Feminæ duæ sessiles, paucifloræ, perbreves, colorum eorundem. Inferiori subjicitur foliosum longo & gracili mucrone, multum spicam excedente.

Misit Vir ILL. J. GESNER. ex *Liezalp Abbatiscellanorum*. Ex iis etiam alpihus habuit J. SCHEUCHZERUS, in *Supplementis* sui horti sicci. GAGNEBIN au *bec de Poiseau: Joux du plane*.

1375. CAREX spicis femininis raris, marem adæquantibus, ima petiolatâ.

*Gramen caryophyllatum nemorosum, spica multiplici* C. B. Prodr. n. 22. Theatr. p. 47. J. B. SCHEUCHZER. p. 450.

& *Gramen parvum sylvaticum, paniculis forma pedis avium* J. B. II. p. 499.

*Cyperoides* &c. MICHELI p. 65. n. 78. t. 32. f. 14. bene.

*Carex spicis feminis sessilibus, oblongis, inferiori axillari, foliis subuliformibus* LINN. p. 19.

C. B. in dumetis humidis, inter *Wiesam & Birsam*. Genevæ J. B. In sylva *Bremgarten* prope *Bernam*.

Humilior

Humilior est, quam *Carex varius*. Folia lata, ad duas lineas & ultra, ora aspera. Culmi humiliores, vix semipedales. Spicæ femineæ duæ, tres, parvæ, pene ex uno cum mare puncto summi caulis natæ, æquali altitudine, mare tamēn potius superante; his alia remotior, unica, ex culmo accedit, petiolata, erecta. Spica mascula gracilis, teres, acuta, glumis obtusis, dilute spadiceis, ora late albicante; gluma calycina longa, obtusa, similis. Femineæ raræ, glumis pene alternis, capsulis ovatis, brevi mucrone. Stipula petioli longa, stricta, gracilis.

## II. CYPEROIDE SPICIS PETIOLATIS.

## I. ERECTIS.

1376. CAREX spicis femininis petiolatis, raris, masculam superantibus.

*Gramen caryophyllatum montanum, spica varia* C. B. Prodr. p. 23. Theatr. p. 47. Hist. Oxon. III. p. 243. t. 12. f. 15, SCHEUCHZER. p. 448. t. 10. f. 14.

*Gramen caryophyllatum, polycarpion, fructu triangulo* LOBEL. p. 112. n. 27.

*Cyperoides* &c. MICHELI p. 65. n. 77. t. 32. f. 9.

*Carex spicis linearibus erectis, mascula brevioribus & inferioribus, bracteis aphyllis, capsulis distantibus* LINN. p. 1184.

C. B. in faxosis montis *Mutoti*. Bernæ in sylva *Bremgarten* frequens. In monte *Chapuisse*.

Folia lata, ad duas usque lineas, nervo eminente, in dorso retroverso aspera. Culmi dodrantes. Spicæ femineæ duæ, tres, etiam quatuor, petiolatæ. Sub petiolis florigeris stipulæ longæ, amplexicaules, strictæ, aristatæ. Spicæ femineæ raræ, alternis flosculis. Glumæ latæ, quasi resectæ, emarginatæ, cinnamomeæ, nervo virente, aut subluteo: earum suprema marem potius superat. Capsulæ mucro brevis. Mas teres, stricta, squamarum ora lata, alba. Gluma calycina paulo major, emarginata. Ex humillimis.

1377. CAREX spicis femininis raris, petiolatis, teretibus, acutis, marem æquantibus. †

*Gramen spicatum angustifolium, spica alba* C. B. Prodr. p. 21. Theatr. p. 47. SCHEUCHZER. p. 410. t. 10. f. 3. 4. 5.

*Gramen Cyperoides exiguum, seminibus bullatis* PLUKNET. p. 128. t. 128. t. 91. f. 2.

*Cyperoides* &c. MICHELI p. 65. n. 79.

RAJUS Genevæ. C. B. in sylva *Huningensi*. SCHEUCHZERUS Tiguri. Bernæ primo vere, in sylva *Bremgarten* & alibi; circa *Roche* in rupestribus. In monte *Wosserfull*: in adscensu a *Munckenstein* ad *Asp*.

Folia erecta, lata ad usque lineam, sed fere angustiora, etiam tertia parte lineæ non latiora. Caules dodrantes. Spica mascula teres, gracilis, alba; gluma calycina tenera, ovato lanceolata, ora sæpe lacera. Spicæ femineæ duæ, tres, longe petiolatæ, petiolis erectis; earum gluma calycina peculiaris nulla, præter stipulam. Suprema spica feminea masculæ altitudinem æquat, quod rarius est. Eadem spicæ per maturitatem laxæ, seminibus alternis, ovato triquetris, crassis, mucrone valido. Stipula sub petiolo longa, uncialis, stricta, amplexicaulis, alba.

\* 1378. CAREX spicis femininis tribus erectis, capsulis ovatis breviter mucronatis, petiolatis, folio infidentibus *Emend.* III. n. 146. †

*Cyperoides angustifolium, spica spadiceo viridi minus, alpinum, spicis longioribus* SCHEUCHZERI *lt.* VI. p. 458.

In monte *Enzeindaz* legi; etiam in monte *Fouly*, in montanis etiam supra *Val de Lie*, & aliis alpinis *Valesiacis* provenit. In *Speluga* monte, in montibus supra *Praborgne*.

Radices magnæ, longæ, multicaules. Culmus vaginosus, semipedalis. Folia longa, angusta, intra lineam, caulem fere æquantia, ora retroductu aspera. Spica mas longa, pene nigra, teres, gracilis, glumis lanceolatis, calycina majori, spadicea. Femineæ duæ & tres, quarum inferior breviter petiolata, suprema sessilis. Utraque folio infidet in ima biunciali, etiam spicam superante, in superiori uncia breviori. Suprema spica femina nuda, quando tres sunt, marem attingit. Glumæ spicis femininis totæ nigræ, obtusæ. Capsulæ ovatæ, pallidæ, breviter

B b b a

mucro-

mucronatæ. Quare maturæ spicæ ex viridibus capsulis & fuscis glumis variæ sunt. Vidi etiam spicam in culmo unicam fuisse, biuncialem, femineam, primis floribus ternatis, verticillatis, remotis: supremis in spicam confluentibus.

1379. CAREX spicis femininis petiolatis erectis, floribus remotis.

*Cyperoides hirsutum, latifolium, spicis latifolium, spicis tenuioribus* SCHEUCHZER. p. 412.

SCHEUCHZERUS in montanis nemoribus, mont. *Zurichberg* infrequenter.

In herbario SCHEUCHZERI. Folia ad tres usque lineas lata, culmo longiore, carinis & oris leviter asperis, pilis per oras brevibus, densis, rigidiusculis ciliato. Culmi dodrantales. Spica mascula obtusa, dodrantem uncia longa, spadicea, glumis obtusis, ora tenuissima alba; gluma calycina longe mucronata; spicæ feminæ ejusdem longitudinis, duæ, in fescuncialibus, hirsutis, pedunculis, virides, prætenues, laxæ, glumis alternis, se minime adtangentes, qua nota ab omnibus plantis hujus generis differt: eadem cassâ videretur, nisi tubas haberet.

1380. CAREX spicis femininis petiolatis, erectis, ovatis, echinatis.

*Gramen palustre echinatum* LOBEL. *lc. IV. p. 15. &c.*

*Gramen palustre aculeatum, Germanicum* C. B. *Theatr. p. 109.*

*Cyperoides palustre aculeatum, spica brevior* J. R. H. SCHEUCHZER. p. 426.

*Carex spicis confertis, subsessilibus, subrotundis, masculalinearum, capsulis acutis, recurvis* LINN. *Sp. p. 1384.*

In udis frequens.

Folia longa, ad duas lineas lata, retroversu subaspera. Culmi pedales, triquetri. Spica mascula unciali angustior, teres, angusta, glumæ lanceolata, spadicea, ora alba; gluma calycina magna, spadicea. Spicæ femininæ duæ, vel tres, sibi vicinæ, foliis insidentes, quarum supremæ marem pene contingunt. Petiolus imæ uncialis, aut brevior, supremæ brevissimus. Immaturæ latiusculæ, glumis lanceolatis spadiceis, nervo virente. Maturæ ovatæ, aut sphericæ, undique rigent, capsulis longe rostratis, rostro reflexo, breviter inciso. Vidi spicam marem superne femineam fuisse.

1381. CAREX foliis cespitosis, brevibus, spicis confertis, petiolis erectis brevibus, capsulis ovato triquetris. †

*Gramen caryophyllatae foliis, spica divulsa* C. B. *Theatr. p. 46.*

*Cyperoides alpinum, Caryophyllatae foliis, spicis tenuibus, e fusco rufescentibus* SCHEUCHZER. p. 433.

Primo vere Bernæ & Gottingæ, circa Roche, supra molendinum. Tiguri, vere. *Basilea* inter patibulum à *St. Jacob*. In monte *Crenzach* & in alpinis SCHEUCHZER. Scriptores botanici fere cum *C. nigro luteo* confuderunt, ad quod accedit facie, & differt spica mare unica.

Habitus caryophylleus. Folia cespitosa, brevia: firma, ad duas lineas lata, linea exarata, eminente nervo, retrorsum ducto digito aspera. Culmi trietales. Spicæ in summa planta congestæ. Masculæ crassior, obesa, rufa, glumis cinnamomeis, nervo virescente divisis, ovatis. Feminæ duæ, tres, graciliores breviores, per maturitatem latefcentes, capsulis hirsutis, ovato triquetris, absque rostro. Petiolus in ima spica aliquot linearum, suprema sessilis, marem contingit. Insident glumis aristatis.

1382. CAREX spicis brevissime petiolatis, diffitis.

*Gramen Cyperoides, gracile, alterum, glomeratis torulâ, spatio distantibus* LOBEL. *ilustr. p. 61. HIST. OXON. III. p. 243. t. 12. l. 18.*

*Cyperoides spicis parvis, longi distantibus* J. R. H. SCHEUCHZER. p. 431, MICHELI p. 58. n. 16. & absque pediculis n. 18.

*Carex spicis remotissimis, subsessilibus, bractea vaginata, capsulis angulatis, mucronatis* LINN. p. 1387. GMELIN. p. 136. n. 74.

SCHEUCHZERUS in torfaceis, circa Ruti, & *Wizdikon*, in udis, *Basilea* & circa torrentem *Birsig*, & versus *St. Jacob*. Ego in udis passim legi, ut inter *Frienisberg* & *Bagvyl*. A la *Chaux d'Abelle*, au *Creux du Vent*, *cul des prés* &c.

Culmus

Culmus triquetrus, cubitalis & altior. Folia ad sesquilineam lata, retrorsum ductu subaspera. Spica mas obtusa, uncialis, glumis obtusis, spadiceis, dilutis, nervo virente, calycina majori. Vidi etiam alteram masculam accessisse. Spicae feminae duae, tres, in brevibus petiolis erectae, mascula breviores, latae, longe & a mare, & a se invicem remotae, ima ad semipedem, glumis lanceolatis, spadiceis, nervo viridi. Inferiores alis foliorum insident, suprema etiam glumae magnae, aristatae. Capsulae patulae, triquetrae, rostro firmo, conico, subtiliter bifido.

\* 1382. *CAREX* culmo, foliisque firmis, erectis, spicis femininis quatuor, breviter petiolatis, erectis.

An *Carex spicis erectis cylindricis ternis, sessilibus, mascula terminali, culmo triquetro* LINN. p. 384. GMELIN. *Flor. I.* p. 137. ? Non videtur ob spicas breves obatas, in icone BUXBAUM II. expressas, quam GMELINUS citat. *Cent. IV.* t. 59.

*Michelfelde* in paludosis.

Planta firma, foliis erectis, duas lineas latis, carinatis, nervo eminente, retroversu asperis. Spica mas teres, unciali brevior, glumis obtusis, fulcis, oris albertibus. Ea saepe inferne feminea est. Spicae feminae tres, quatuor, breviter petiolatae (a), ima ad semuncem. Ista in sinu folii triuncialis, ex vagina subfusca nati: altera ex sinu folii uncialis, tertia ex vaginae amplexicaulis longe aristatae sinu: quarta habet stipulam ovato lanceolatam, mucronatam. Glumae omnibus lanceolatae, acute mucronatae, ora fusca, caetera virides: omnes mare latiores & breviores. Culmus durus, firmus, dodrantis. pedalis.

Valde adfinis Carici 1384. diversus foliis latioribus, spicis numerosioribus petiolatis. Non separaro a 1382.

\* 1383. *CAREX* spicis sessilibus approximatis, teretibus, folio insidentibus. †

*Cyperoides sylvaticum angustifolium, spicis parvis, tenuibus, spadiceo viridibus* SCHEUCHZER p. 425. t. 10. f. 11.

In umbrosis mont. *Uetliberg.* Circa Basileam & *Michelfelde* Cl. Ia CHENAL.

Continuo a praecedente dignoscitur foliis fere lineam latis, ora & carina retroversu asperis. Culmi semipedales, dodrantes, cubitales. Spica mas gracilis, acuta, absque splendore dilute spadicea, nervo virente latiusculo. Spicae feminae duae, fere breviores, pauciflorae, graciles tamen, & oblongae, spadiceovirides, singula suo foliolo imposita, & inferior nonnunquam satis longe a suprema remota. Datur & unica. Id folium in ima bianciale, etiam in superiori unciali.

1384. *CAREX* spicis femininis sessilibus, ima petiolata, glumis perangustis.

*Cyperoides spicis viridibus brevibus, e squamis angustioribus compositum* J. SCHEUCHZER. *agrostograph.* p. 435.

In monte *Uetliberg.*

*Carex* distinctissima. Folia radicalia cauli aequalia, ad sesquilineam & duas lineas lata, glabra, oris retroversu asperis. Culmus pedalis, triquetrus. Spica mas unica, longe cylindrica, gracilis, pallide spadicea & alba, glumis ovato lanceolatis, oliaceo colore, oris albis. Spicae feminae duae, contortae, longis foliis insidentes, inferior petiolata, ad semuncem, superior sessilis. Vidi etiam quatuor spicas fuisse, imam solam petiolatam. Breviores eae sunt, & latiores, peculiariter virides, perangustis lanceolatis glumis, ora subaurantia. Capsulae graciles, longissime mucronatae.

\* 1385. *CAREX* spica femina infima radicali, capsulis triquetris elongatis *Emend. III.* n. 146. †

In montibus *Enzeindaz, Prapioz, Salanfe,* &c. Cl. GAGNEBIN in monte *Cuasseralle* & in monte *du milieu & Mittelberg* Biennentium.

Habitus foliorum radicalium caryophylleus. Folia cespitosa, firma, carinata, nervo eminente, ad duas lineas lata, nervo ad apicem aspero, caetera glabra. Culmi nudi, trientales, dodrantes. Spicae in tota classe ex minimis, mascula ad qua-

*Tom. II.*

C c c

tuor

(a) Sessiles BUXBAUM.

tuor lineas longa, spadicea, glumis ovatis, obtusis, ora alba, nervo flavo; gluma calycina majori. Spica feminina suprema sessilis, ad unciam sub mare, spadicea, pauciflora, gluma vaginali amplexicauli, longa, aristata. Sed accedit alia spica feminina, inter folia radicalia, ex imo caule nata, ex ala folii vaginalis, amplexicaulis. Huic spicæ petiolus erectus, triuncialis & ultra: reliquæ similes, flores vix supra sex. Capsulæ ovato triquetrae, mucronatæ, valente rostro, incito. Tres spicæ feminæ rariores sunt.

1386. CAREX spica feminina infima radicali, capsulis ovatis. †  
*Cyperoides alpinum angustifolium, spicis seminiferis tenuibus, fuscovirentibus* SCHEUCHZER. *agrostograph.* p. 416.

In udibus alpium Valesiacarum.

Folia culmo breviora, ægre ad lineam lata, retrorsum ducta subaspera. Spicæ mares simillimæ, & feminæ, & spica pariter femina infima ex radice, sed differt tamen, ut conjungere nequeas, capsulis in specimine SCHEUCHZERI manifesto brevibus, ovatis, collo brevi, bifido, quæ in meis longæ sunt & triquetrae, collo longo. Habitus etiam SCHEUCHZERIANÆ plantæ angustior est & mollior.

1387. CAREX spicis femininis sessilibus ternis, capsulis ovato triquetris. †  
*Cyperoides alpinum pumilum, spicis spadiceo viridibus brevioribus & crassioribus* SCHEUCHZER. p. 428.

*Cyperoides alpinum pumilum, spica spadiceo viridi, minus alpinum, spicis brevioribus & habitioribus* J. J. SCHEUCHZER. *It. VI.* p. 458.

In alpiibus Helveticis SCHEUCHZER.

Folia breviora, ad lineam lata, retroversu aspera. Culmi palmares, nudi. Spica mascula obtusa, latiuscula, brevis, femuncialis, atrospadicea. Glumæ obtusæ, nervo virescente subluteo. Spicæ femininæ duæ, etiam tres, distitæ, utraque breviter petiolata, superior, aut duæ supremæ, sessilis; ima folio insidet; suprema gluma fusca. Breviores eadem, quam mares, concolores paucifloræ, glumæ similes. Capsulæ ovato triquetrae, mucrone brevi. Androgyna spica aliquando mari subjicitur, potius tamen feminina. In exemplo ILL. GESNERI suprema mascula est, duæ androgynæ, & in summa sui parte masculæ. Quam eo cum nomine in meis habui, invenio a 1386. non differre, nisi sexu spicarum, qui inconstans est.

1388. CAREX foliis cespitosis brevibus, spicis femininis paucifloris, suprema sessili. †  
*Cyperoides alpinum angustifolium spicis laxis spadiceo viridibus* SCHEUCHZER. p. 416.

In præalto monte Valesiæ Oberstafel. In mont. Isenan, Erzeinda, Montendre.

Habitus etiam caryophyllæus, foliis cespitosis firmis, sesquilinearibus, retroversu asperis. Culmus debilis, curvulus, tener, foliis potius brevior, quatuor unciarum. Spica mas grandis ovata, obtusa, glumis ovatis, ora alba, gluma vaginali majori. Feminæ tres, multo graciliores, paucifloræ, suprema minima, proxima ad marem sessili, nuda. Media in petiolo aliquot linearum, ex ala folii paulo spica longioris. Tertia ex ala folii biuncialis, in petiolo nondum unciali, erecto. Capsulæ longo collo bifido.

1389. CAREX spicis femininis binis, longe petiolatis, distitis, capsulis longe rostratis, bifidis. *Emend. III. n. 145.*

*Cyperoides alpinum, spicis seminiferis tenuioribus, atrospadiceis* SCHEUCHZER. p. 415.  
*Carex (Saxatilis) spicis tribus ovatis, sessilibus alternis, mascula oblonga* LINN. p. 1385.  
 ex fide speciminis ex Suecia missi.

In alpinis vulgo, etiam in montanis. SCHEUCHZER. in alpiibus Valesiacis, ego ibidem, & in montibus Chapuisse, Joux verte, Gotthardo, Scheidek, d'Ansex. In mont. Chasseralle & Mittelberg, Montendre: aux Barmes.

Multa similia Caricis n. 1388. Folia longa, lineam dimidiam & ultra lata, digito retrorsum verso aspera. Culmus dodrantalis, pedalis, cubitalis, nudus; spica mas brevis, paulo crassior, ex spadiceo nitente & albo varia, glumis ovato lanceolatis. Spicæ feminæ duæ; superior sessilis, longe petiolata, ad unciam & ultra, pauciflora,

pauciflora, ad octo flores. Glumæ spadiceæ nitentes, oris nervis flavis, minus albentes. Harum spicarum ima folio infidet, superior vaginæ subtusæ longæ, amplexicauli: suprema marem attingit; sæpe unica spica femina est; vidi etiam feminam absque mare. Capsulæ longe mucronatæ, mucrone bifido.

In maturioribus speciminibus capsulæ virentes ultra glumas eminent. Ita fit varietas a SCHEUCHZERO dicta p. 416.

A priori n. 1388. differt, habitu toto laxo, spicis magis diffitis, foliis minus cespitosis, in altiori planta potius angustioribus, spicis paucioribus.

? 1390. CAREX . . . . .

*Cyperoides angustifolium, spica spadiceo tenuiore* SCHEUCHZER. p. 413. t. 10. f. 6.

In monte Tschiera Rhætorum

Folia radicalia levia, ultra lineam lata, retroverfu aspera. Culmus ad pedem altus, foliosus. Spica mas gracilis, uncialis, spadicea, glumis obtusis, spadiceis, nervo tenui pallente divisis, calycina obtusa. Spicæ femininæ duæ, tres, minores, graciliores, quam masculæ, femunciales, petiolis femuncialibus. Capsulæ. . . . .

Ex fide horti ficci eadem est priori.

## II SPICIS FEMININIS NUTANTIBUS ET PENDULIS.

\* 1391. CAREX spicis femininis ternis quaternisque distichis, capsulis longe mucronatis. *Emend. III. n. 149. †*

In summis alpiibus, Javernaz, Fouly, &c.

Aliquam habet adfinitatem cum rufa Carice, sed folia glabra sunt: lata ad lineam & ultra, retroverfu aspera. Culmus nudus, semipedalis, & ultra. Spica mascula unica, ima parte sui sæpe feminifera, uncia paulo brevior. Glumæ acute lanceolatæ, cum nitore spadiceæ, nervo viridi, aut flavescente. Spicæ femininæ fere quaternæ, omnes petiolatæ, inferiores adeo longæ, ut cernuæ nutent, eadem foliis infident: latæ, quasi distichæ, dum juniores. Capsulæ mucrone longo, inciso.

1392. CAREX spicis femininis pendulis, capsulis ovatis, compressis.

*Cyperoides spica pendula brevior, squamis ex spadiceo vel fusco rutilante viridibus* SCHEUCHZER *agrostograph.* p. 443. t. 10. f. 13. bene si glumas a feminibus separaret.

*Carex (limosa) spicis ovatis pendulis, mascula longiore, erectiore, radice repente* LINN. p. 1386. GMELIN. I. p. 140.

SCHEUCHZER in torfaceis circa lacum Felinum; simili loco circa Chaux d'Abelle GAGNEBIN. Ego in monte Fouly.

Caules pedales, ex radice reptantes, novosque ordientes culmos. Folia prælonga, lineam lata, retrorsum ductu subaspera. Spica mascula uncialis, glumis ovato lanceolatis. Spicæ femininæ fere duæ; etiam tres, & unica, ex ala foliorum, in suprema etiam quadruncialium, latissimæ eadem, breves, glumis spadiceis lanceolatis, aristatis. Petioli longi, teneri, & suprema spica marem attingit. Capsulæ ovatæ, compressæ, lineatæ, brevissimo mucrone.

1393. CAREX spicis femininis pendulis, capsulis ovato conicis.

*Gramen cyperoides polystachyon, flavicans, spicis brevioribus, prope summitatem caulis* Hist. Oxon. III. p. 243. S. VIII. t. 12. f. 16. PLUKNET. p. 178. t. 34. f. 5.

*Cyperoides polystachyon flavicans, spicis brevibus, prope summitatem caulis* SCHEUCHZER p. 431. MICHELI p. 61. n. 45. t. 32. f. 13.

*Carex spicis pendulis, mascula erecta, femineis ovatis, imbricatis, capsulis confertis, obtusis* LINN. p. 1386. Flor. Suec. Ed. II. n. 852. GMELIN. I. p. 139. n. 78.

SCHEUCHZER in pratis umbrosis circa Tigurum. Ego Bernæ legi, Badæ; etiam in alpiibus & Gottardo monte.

Folia lineam lata & ultra, retroverfu aspera. Caules triquetri pedales. Spicæ confertæ, mascula oblonga, spadicea. Feminæ tres, in alis foliorum, quorum imum spicam

cam marem superat: petiolatæ eadem, in tenuibus petiolis, ut nutent & pendeant, ovatæ: glumæ ochroleucæ, nervo viridi, mucronatæ, aristatæ. Capsulæ ovatæ, conicæ.

\* 1394. CAREX spicis femininis raris; pendulis, capsulis ovato conicis, mucronatis  
*Emend. III. n. 147.*

*Cyperoides alpinum, spicis seminiferis pendulis, binis, in summo caule* SEGUIER. *Suppl.*  
p. 83. t. 3. f. 1.

*Carex spicis pendulis, mascula erecta, femineis oblongis distichis, capsulis nudis, acuminatis*  
LINN. p. 1386. *Gottl. resa* p. 240. *Flor. Suec.* n. 851.

*Icon* OEDERI t. 168.

In mont. *Enzeindaz, la Varaz*, vicinisque alpibus *Valesiacis*, & in monte *Oberstafel*.  
SCHEUCHZERUS non habet. Misit etiam ex suis alpinis Cl. BELLARDUS.

Nostratum per omnes suas partes fere minima Carex, foliis culmi altitudine, lineam & ultra latis, retroverfu asperis. Culmo trientali debili. Spica mare minore, vix bilineari, terete, conica, glumis obtusis, late argenteis, in medio cinnamomeis. Spicæ feminæ una, ad tres, ad marem accedentes & supra eam latæ, in petiolis perteneris, ex alis foliorum caulem non superantium. Rarissimæ sunt, alternis capsulis & distinctis, glumis, ut in mare; capsulis crassis, ovato conicis, argute mucronatis, pene nudis, brevissime incis.

1395. CAREX spicis femininis pendulis, raris, prælongis, capsulis rostratis, bifidis. †  
*Gramen cyperoides tenuius spicatum* LOEBL. *ic.* p. 60. *Hist. Oxon.* III. p. 243. S. VIII.  
t. 12. f. 9.

*Cyperoides sylvarium tenuius spicatum* J. R. H. SCHEUCHZER. p. 418. MICHELI  
p. 56. n. 4.

LINNÆUS cum utraque Carice *vesicaria* conjungit, separat GMELINUS p. 141.  
In sylvis Helveticis vulgo.

Culmus cubitalis, foliolus. Folia ad tres usque lineas lata, retrorsum versu aspera. Spica mascula biuncialis, gracilis, uno ad basin flore androgyno; glumis flavescens, planis, ovatis, acuminatis, viridibus. Spicæ feminæ numerosæ, quatuor, ex longissimis pedunculis, longissimæ, raræ, hinc parum teretes, sæpe ad basin minoribus spicis auctæ, quasi ramosæ. Glumæ coloratæ, ut in mascula spica, sed longe mucronatæ, aut aristatæ. Capsula collo prælongo, argute bifido.

1396. CAREX spicis femininis pendulis, longissimis, capsulis mucronatis, ovatis. †  
*Gramen cyperoides, spica pendula longiore* *Hist. Oxon.* III. t. 242. S. VIII. t. 12. f. 4. &  
*angustiore* C. B. *Theatr.* p. 85. *Prodr.* n. 42.

*Gramen cyperoides latifolium, typha pendula longiore* BARRELIER. *ic.* 45.

*Cyperoides spica pendula longiore & angustiore* SCHEUCHZER. p. 445. MICHELI  
p. 59. n. 28.

Bernæ in sylva *Bremgarten*, supra villam *Hasle*. SCHEUCHZER in sylvis umbrosis  
circa villam *der Höcker*.

Culmus tripedalis. Folia latissima, ad sex usque lineas, oris nervisque asperis. Spicæ prælonga, ad uncias tres & quatuor, etiam quinque, gracilis, glumis subrufis, gracilibus, lanceolatis. Spicæ femininæ ad quatuor, & quinque, sæpissime basi sua masculæ, longissimæ, ad quatuor uncias, glumis spadiceis, ovato lanceolatis. Petioli perbreves, ut pene sessiles sint spicæ, ob suam longitudinem tamen pendulæ. Vidi ramosas fuisse. Capsula brevi mucrone ovata, abunde differt a 1395. spicis confertis, collo capsulæ brevi a 1397. eadem capsula minime retroversa, neque hirta.

1397. CAREX spicis femininis pendulis, asperis, capsulis longe rostratis, retroversis.

*Pseudocyperus* DODON. p. 339.

*Gramen cyperoides, spica pendula breviori* C. B. *Theatr.* p. 85.

*Cyperoides spica pendula, brevior* SCHEUCHZER. p. 440.

*Carex spicis pendulis geminatis* LINN. p. 1387.

*Carex* &c. GMELIN. L. 140. n. 80.

SCHEUCH-



SCHUCHZER. circa lacum Felinum & alibi, Tiguri. C. B. Basileæ inter Klüben & Klein Hüningen sub Friedlingen. Cl. DIVERNOI au Creux du Vent.

Folia latissima, ad octo lineas. Culmi tripedales, foliosi. Spica mas biuncialis, teres, glumis longissime acuminatis, quasi aristatis, ad lentem vitream subhirsutis. Spicæ femininæ ex alis foliorum tres, quatuorve, maribus pares, ex longis petiolis pendulæ, fescunciales & ultra, in summitate confertæ, aliquando, non semper, ex eodem folii sinu duæ, ut etiam in aliis Caricibus vidi. Glumæ virides, graciles, pene filiformes. Capsulæ confertæ, imbricatæ, lineatæ, collo longissimo, bifido, retroverso, totæ hirtam spicam efficiunt.

IV. NUMERO SPICARUM MARIUM  
UNITATEM EXCEDENTE.

Hæc classis omnium est maxime dubia. Carices omnes difficultatem habent plurimam, cum juniores spicæ teretes, & dense imbricatæ sint; adultæ masculæ, effætæ, paleacæ: feminæ ob succrescentia femina rariores, crassiores, glumis exiguis latentibus: cum præterea petioli per ætatem succrescant, & summa similitudo specierum discriminis notas certas postulet, quas ea, quam modo accusavi, inconstantia reddit obscuras & incertas. Locus natalis addit labori, qui plantas humiles reddit, quando ficcus, adultas & foliosas quando humidior. SCHUCHZERUS species subtiliter distinguit, & habet numerosas: LINNÆUS paucissimas (f), & alias omittit, conjungit alias. Mediocritatem aliquam secutus sum, & malo, si omnino error evitari nequit. species minus certas distinguere, quam opprimere veras quæ de plantarum historia evanescent, quamprimum in varietatum ordinem rediguntur, capito quasi minores.

I. SPICES SESSILES,  
AUT BREVIBUS  
PETIOLIS ET ERECTIS.

1398. CAREX spica mascula suprema, secunda androgyna, femininis sessilibus, capsulis breviter bifurcatis.

*Cyperoides latifolium, spica spadiceo viridi, majus* SCHUCHZER p. 464.

& *Cyperoides palustre angustifolium, spicis habitioribus, spadiceo viridibus* SCHUCHZER. p. 452.

In udis circa Tigurum & Lacum Felinum, & passim legi Bernæ, Gottingæ, &c.

Folia glauca, retrorsum stricta aspera, lineam & paulo ultra lata. Culmus triquetrus, nudus, bipedalis. Spica mas suprema gracilis, obscure fusca. Proxima androgyna est, major tamen pars mascula, basis feminea. Vidi ejusmodi, vidi etiam marem unicam. Feminæ tres; duæ sessiles, unciales, quarum inferior folium prælongum, & culmo altius, subjectum habet, & in petiolo brevi erigitur. Glumæ acutæ, pene aristatæ, obscure fuscæ, nervo in juniore flavente, in adulto vix conspicuo, ut tota gluma nigra sit. Capsulæ magnæ, lividæ, ex ovato conicæ, compressæ, collo brevi.

1399. CAREX spicis masculis duabus, femininis sessilibus, capsulis ellipticis, obscure bifidis.

In udis passim a me repertum, & a J. GESNERO missum.

Folia longa, duas lineas lata, & ultra, retroverso peraspera. Culmi ad quatuor usque pedes alti. Spicæ mares prælongæ, biunciales, una, duæ, ad quatuor, ut tamen una alterave earum alias androgyna fit. Glumæ acutæ, aristatæ, fuscæ,

(f) Tres pro nostris duodenis.

D d d alis

alis & nervo pallidis. Seminiferæ spicæ duæ, ad quatuor, in alis suorum foliorum sessiles, aut infima breviter petiolata; glumis lanceolatis, aristatis. Capsulæ ex ellipticis triquetra, acumine longiori, quam præcedenti, trifido & bifido. Etsi altius est, & latiori folio, & spicis habitioribus, femineque longiori, & obscurius bifido, vix tamen fere puto differre a 1399.

1400. CAREX spicis masculis duabus, femininis sessilibus, capsulis ovatis, brevissime mucronatis.

*Cyperoides foliis caryophyllæis, spicis erectis sessilibus, ex seminibus confertis compositis* R A J. Syn. III. p. 418.

In udis & palustribus inter *Baggwyl & Frienisperg*, & alibi.

Folia longissima, potius latiora, quam priora, etiam ad duas tresve lineas lata, ora nervisque asperis. Culmus triquetrus, tripedalis. Spica mas longa, biuncialis, glumis spadiceis obtusis, nervo virente divisis. Accedit altera similis, etiam tertia mascula, aut semimascula. Femininæ tres, ad quinque, sessiles, foliis infidentes, infima etiam longissima; juniores totæ nigræ, glumis obtusis; adultiores ex nigro & luteo variæ, cum capsulæ nudæ nunc adpareant. Ovata eadem, compressæ, mucrone non bifido, brevi, simplici, qua nota facile a 1398. differt.

1401. CAREX spicis maribus una pluribusve, femininis erectis, teretibus, capsulis ampullatis, rotatis.

*Gramen cyperoides angustifolium, spicis longis, erectis* C. B. *Theatr.* p. 84.

*Gramen cyperoides majus, præcox, spicis turgidis, teretibus flavescens* HIST. OXON. III. p. 242. t. 12. f. 6.

*Cyperoides vesicarium, spicis teretibus, erectis, majus* SCHEUCHZER. p. 476. *Æ medium* p. 474. *Æ minimum* p. 472.

*Cyperoides* &c. MICHELI p. 59. n. 31. Non respondet.

*Carex spicis masculis pluribus, femineis pedunculatis, capsulis inflatis, acuminatis* LINN. p. 1388. GMELIN. p. 143. GORTER. *Flor. Ingr.* p. 152. non vero synonyma.

Ad *Arolam* sub pineto *Dälbölzlein*. Prope *Roche à la Rape*, circa *Noville*. In paludosis circa *Goudeba*, à *Pétang des Crocettes* GAGNEBIN. C. B. inter *St. Jacob & Brüglingen*, ad *Birsam*. In den *Endttenhäusern sylvæ die Hardt* sub *Friedlingen*. SCHEUCHZER circa lacum *Felinum*.

Culmi præalti, ad quinque usque pedes, triquetri, angulis asperis. Folia longissima, bipedalia, duas tresve lineas lata, retrorsum stringenti asperrima. Spicæ mares duæ, tres, gracilissimæ, biunciales, subrusæ. Glumæ ex ovato lanceolatæ, obtusæ, oris late albis. Spicæ femininæ duæ, ad quatuor, in brevibus petiolis, ex alis foliorum erectæ, glumis spadiceis, lanceolatis. Capsulæ patulæ, tumidæ, ampullacæ, striatæ, collo recto gracili, bicorni.

1402. CAREX spicis maribus ternis, emarcidis, femininis longissime petiolatis, gracillimis. †

*Cyperoides sylvaticum, spicis tenuibus, e viridi albicantibus* SCHEUCHZER. p. 454.

In sylvosis mont. *Uetiberg*, & supra villam *der Höhler*.

Folia a sesquilinea pene ad tres lineas lata, retrorsum stricta aspera. Spica mas unciam longa, femine breviores, glumis quasi membranaceis, emarcidis, pallidissimis, subviridibus ex albo. Proxima androgyna. Feminæ tres, suprema sessilis, inferiores longissime petiolatæ; unciales eadem, rariores, gracilissimæ, squamis viridibus, margine dilute fusco. Capsulæ perangultæ. Accedit ad *Cyperoides sylvæ* varum tenuiter spicatum.

1403. CAREX caule, foliis capsulisque hirsutis.

*Gramen spicatum, foliis & spicis hirsutis, mollibus* C. B. *Theatr.* p. 43.

*Cyperoides polytachyon lanuginosum* SCHEUCHZER. p. 478. MICHELI p. 57. n. 15.

*Carex spicis remotis, masculis pluribus, femineis subpedunculatis, erectis, capsulis hirtis* LINN. p. 1389.

Bernæ non rarum; ut inter duo balnea suburbana *Marsiliana*. *Huningæ*, *Michelfeldæ*, ad *Birsam & Wiesam*, in dumetis & ad agros.

Tota planta mollitie & hirsutie a prioribus distat. Culmi pedem alti, foliosi. Folia ad usque duas lineas lata. Spicæ mares duæ, tres, confertæ: suprema maxima, uncials,

uncialis, reliquæ minores; glumæ ovato lanceolatæ, hirsutæ, fuscæ, per ætatem albideæ. Femininæ spicæ tres, ex alis foliorum, in brevibus pediculis erectæ, laxæ. Glumæ lanceolatæ, aristatæ. Capsulæ hirsutæ, conicæ, mucrone longo, bifido.

1404. CAREX spicis masculisternis, femininis numerosis, erectis, brevissime petiolatis, capsulis bicornibus.

*Gramen cyperoides latifolium, spica rufa, seu caule triangulo* C. B. *Theatr.* p. 83. *Hist. Oxon.* III. p. 242. t. 12. f. 1. ad flores mares. SCHEUCHZER p. 458.

& *Cyperoides palustre latifolium, spicis teretibus erectis, ex terreo obscure fuscis* SCHEUCHZER. p. 465.

*Cyperoides* MICHELI p. 57. n. 10. t. 32. f. 6. ob collum feminis brevius.

*Carex spicis masculis pluribus, feminis subsessilibus, capsulis obtusiusculis* LINN. p. 1388.

Conjungit cum sequente nigro luteo.

In aquosis ubique: cespitosum cum sit, apud nos in mediis aquosis paludibus insulas facit, quibus firmiter insistas, & quæ solvi, atque per aquam natare possint. Culmi asperi, triquetri, crassi, bipedales. Folia carinata, retrorsum stringenti aspera, ad usque femuncem lata. Spica mas supra latiuscula, unciali longior, glumis rufis fuscisque, angustis, longe lanceolatis, nervo divisis virente. Et adsidet spica mas in basi feminina, etiam tertia similis, alias tres mares. Femininæ tres ad quinque usque, longæ, sessiles, aut breviter petiolatæ, glumis similibus. Capsulæ sublividæ, ellipticæ, striatæ, collo brevi, brevissime bicorni. Vidi spicas totas abortivas, feminibus extenuatis. Carices 1398. & 1399. huic proximi.

In Germania foli equi Caricem edunt (g), nostris bobus etiam & ovibus palustre fœnum dant, dum absit Equisetum.

1405. CAREX spica mare una, pluribusve, femininis petiolatis, erectis, capsulis raris, maximis, ovato triquetris, bidentatis.

*Gramen cyperoides, foliis caryophyllæis, spicis ex rarioribus & tumidioribus granis compositis* PLUKNET. p. 178. t. 91. f. 7. RAJ. *Syn.* III. p. 418.

*Cyperoides* MICHELI n. 49. t. 32. f. 11. qui monandram facit.

*Carex spicis pedunculatis erectis, remotis, feminis linearibus, capsulis obtusiusculis inflatis* LINN. p. 1387. GMELIN I. p. 136: inter Carices spica mare unica.

*Icon* OEDERI t. 261. Spica grandi unica. Sic LYONS p. 54.

SCHEUCHZERUS non habet. Passim in alpinis, in monte *Oberstafel* *Valesiæ*. In montanis *Biennensibus*.

Culmus nudus, cubitalis, triquetrus. Folia glauca, lineam lata & ultra, retrorsum versu aspera; spica mas unica (b), ut sæpe fit, aut subjunctam habens androgynam maremve, quod nobis frequentius, parvam, natam in sinu glumæ aristatæ, aut feminam paucissimarum glumarum. Mascula stricta est, dodrantem uncie longa, spadicea, glumis lanceolatis, ora alba, nervo luteo. Spica feminina supra, ex brevi petiolo, altera in unciali pedicillo, ex ala foliorum erectæ, distitæ, glumis spadiceis, late lanceolatis, ora alba. Capsulæ maximæ, ovales, spadiceæ, turgidæ, subtriquetræ, collo brevi, bidentato, paucæ cæterum & alternæ.

1406. CAREX spicis maribus ovatis, femininis gracilibus, erectis, capsulis triquetris conicis.

*Gramen spicatum, Caryophyllatæ foliis minus, spica divulsa* C. B. *Theatr.* p. 46. ex notis meis.

*Cyperoides nigroluteum vernum minus* J. R. H. SCHEUCHZER. p. 460.

*Carex spicis per culmum sparsis, masculis pluribus, spadiceis, femininis, subsessilibus, variis* GMELIN I. p. 142.

*Carex* &c. GORTER. p. 151. cum nomine a LINNÆO pro Carice spica rufa dato.

Nihil frequentius primo vere, in viarum aggeribus & oris sylvarum.

Culmi triquetri, semipedales. Folia lineam lata, retroversu aspera; spica mas princeps uncialis, teres, ovata, dum junior est, ob antheras ex nigro & luteo varia,

D d d a

glumis

(g) SCHREBER. III. *Saml.* p. 36.

glumis obtusis, spadiceis, pene nigris, nervo parum virente. Adfidet alias nulla alia spica mascula, alias unica, minor & exigua, alias duæ. Est ubi cum una mascula spica androgyna adfuit, est ubi cum tribus masculis. Spicæ feminæ potius longiores, quam mares, graciliores, totæ fulcæ, superiores sessiles nudæ, altera in sinu glumæ foliæ; ima ex longiusculo petiolo erecta. Glumæ similes, nigræ, ovatæ, conicæ. Capsulæ triquetra.

Vel folis glumis ovatis a priori differt, tum brevi statura & omnibus aliis notis, planta cæterum non satis certa, & quam suspicor per ætatem in pendulam illam vesicariam Caricem abire 1408.

? 1407. CAREX spicis maribus tribus, femininis tribus, capsulis numerosis, breviter bifurcatis.

*Gramen cyperoides angustifolium, spica spadiceo viridi minus* C. B. *Theatr.* p. 84. *Prodr.* n. 41. *Gramen cyperoides majus, angustifolium* SCHEUCHZER. p. 462. RAJ.

SCHEUCHZERUS separat. Omnia exempla, quæ ego vidi, erant specimina juniora sequentis bullati, & in SCHEUCHZERI plantis siccis etiam certissime.

Culmos facit pedales; folia duas lineas lata, glauca retrorsum strictu aspera; spicam supremam marem uncialem, atropadiceam, glumas ipsas mucronatas, nervo viridi flavescente distinctas. Sub ea spicam mascula secunda & tertia & quarta aliquando adest. Femininæ duæ, tres, graciliores quarum inferiores longius petiolatæ, ex alis foliorum ortæ, erectæ. Glumæ similes, nervo viridi, conspicuo. Capsulæ numerosissimæ, minores, collo brevi, bifurcato, femine convexiore.

### III. SPICIS PENDULIS.

1408. CAREX spicis maribus una, pluribus, femininis pendulis, capsulis ovato triquetris, confertis.

*An Cyperoides palustre, spica pendula* LOESEL. p. 116. ic. 30?

*Gramen cyperoides caryophylleum, elatius, granis tumidoribus, spicis pediculis tenuissimis appensis* Hist. Oxon. III. p. 243. n. 13. nomen a DILLENIO habui.

*Cyperoides palustre, spicis purpureospadiceis, tenuibus pediculis insidentibus* SCHEUCHZER. p. 467.

*Cyperoides* MICHELI p. 67. n. 57.

SCHEUCHZER circa lacum *Felinum*; Basileæ ad marginem sylvæ *Muratensis Crenschensis*, in fossas retro *P. Albani*, nos multis locis. Passim in palustribus, ut inter *Wittighofen* & *viam Muriensem*. Circa *Fouly*. *A la Chaux d'Abelle* & circa *Ferrière*. In alpes ascendit, ut in monte *Prapioz*.

Culmus cubitalis & ultra, triquetrus, superne nudus. Folia sesquilineam, & duas, & tres lineas lata, ora aspera. Spicæ numerosæ. Mares tres, aut duæ, cum androgyna tertia, etiam cum quarta. Cuique longitudo uncia; glumæ obtusæ, fature spadiceæ, nervo viridi luteo. Femininæ spicæ duæ, tres, quatuor, longe pediculatæ, ima ad octo uncias, petiolis tenerrimis, hinc ex fuorum foliorum alis pendulæ. Juniores graciles, spadiceæ, saturate purpureæ, subnascentibus capsulis crassiores fiunt. Capsulæ purpureæ, subatræ, breves, crassæ, ovato triquetra, mucrone vix ullo. Accedunt sub spicis femininis singulares & remotæ capsulæ, multo plures & longiores, quam priorum, & minores, & capsulis absque collo.

1409. CAREX spicis maribus una, pluribus, femininis teretibus, pendulis, capsulis conicis, rostratis, bicornibus.

*Cyperoides vesicarium, spicis viridantibus vel subfuscis* SCHEUCHZER. p. 470. omnino.

*Cyperoides* MICHELI p. 57. n. 13.

SCHEUCHZER in udis circa Tigurum. Prope Bernam in torfaceis, prope *Gumlingen*, *Bühl*. *Aux marais de l'Echelette*. *A l'étang des Crocettes*.

Culmus triquetrus, asper, tripedalis. Folia longissima, ad duas lineas lata, retrorsum ductu aspera. Spicæ mares duæ & tres, spadiceæ, tenues, glumis pallidis. Femininæ

(b) Unica Cl. DICX.

mininæ duæ, ad quatuor usque, quarum ima ex biunciali pediculo fere pendet; superiores breviter petiolatæ. Crassæ sunt, densæ, imbricatæ, teretes, glumis spadiceis, lanceolatis, aristatis, capsulis inflatis, striatis, in longum bifidumque rostrum extenuatis, alterius a n. 1401. figuræ, cum qua LINNÆUS miscet, majores, neque sphericæ cum cylindro subito ducta, sed conicæ, in mucronem adtenuatæ, deinde pendulæ (i).

## II. GRAMINEÆ, BIGLUMES.

## GRAMINA VERA.

Hæc gramina fere unum, cohærens, ægre seperabile genus constituunt, cujus character est, stamina & semen continere inter duas glumas inæquales, quarum exterior major, durior, & convexa, minor plana, aut concava, & tenerior est, & quæ sibi accurate adaptantur. Stamina plerumque tria; tubæ duæ, plumosæ, rarissime unica. Semen unicum.

In plurimis etiam Graminibus (k), non in foliis cerealibus, intra glumas folliculi, duo veri nominis petala continentur, tenerrimæ fericæ naturæ, fere pentagona, lata basi nata. Quare nullo modo debet folliculus pro corolla haberi.

Necessitas denique separandi immensi generis fecit, ut a calyce, sive a glumis exterioribus, ab aristis, ab aliis accidentibus harum plantarum genera definiantur, ne nomina specierum in immensam longitudinem excrescant.

In generibus constituendis simplicissimam rationem secutus, neque sexu usus sum, cum masculos verorum Graminum flores fere elisis & abortientibus feminibus flosculorum interiorum tribuam.

## I. CALYCE NULLO.

## NARDUS LINN. n. 69.

Huic glumæ duæ longæ, angustæ, acutæ; tuba simplex.

1410. NARDUS spica setacea, recta LINN. p. 77. SCHREBER t. 7,  
Gramen sparteum juncifolium C. B. Theatr. p. 69. J. J. SCHEUCHZER. It. I.  
p. 38. It. IV. p. 335. J. SCHEUCHZER agrostograph. p. 90. t. 2. f. 10.  
Gramen Loliaceum minimum, foliis junceis, panicula iuvantem partem spectante MONTI  
p. 43. ic. 31.

II. Gramen sparteum Basileense, capillaceo folio majus C. B. Prodr. n. 29. Theatr. p. 69.

III. Ex fide iconis & horti sicci C. B.

Gramen sparteum Hollandicum, seu capillaceo folio minus C. B. Prodr. n. 30. Theatr. p. 69.

Gramen sparteum, capillaceo folio minus Hist. Oxon. III. p. 217. t. 7. f. 8. bene.

Alpina & montana. Reperi in mont. Neunenen, Gemmo, Tombey, Fouly, Javernaz, In monte Vogelberg Basileensium. J. J. SCHEUCHZER in alpibus & in monte Hirzel. Descendit in planitiem, cum J. SCHEUCHZERUS in aggeribus Urbis Tiguri legerit.

Cespites magni foliorum capillarium, rigidiusculorum. Culmi semipedales, & dodrantales, erecti, stricti. Spica longa, fere heteromalla, rara. Locustæ strictæ, aristis debilibus, colore sæpe violaceo.

HOMALOCENCHRUS CL. MIEO. Aët. Helvet. IV. p. 317.

## PHALARIDIS SPECIES LINN.

Flos compressus, ovatus, lineatus, acuminatus, per oras ciliatus. Gluma exterior, qualem dixi, interior alba, tenera, ut solet, difficillime separabilis.

1411.

(i) Semen bene MICHELI.

(k) Sola Panica excipit CL. ADANSON, p. 28.

## \* 1411. HOMALOCENCHRUS.

An Gramen palustre, spica speciosa C. B. Prodr. p. 7. Theatr. p. 39? ob laminulas feminales, quas vir Cl. ei tribuit.

Gramen miliaceum palustre, serotinum, paniculis ex locustis compressis compositis MONTI. Prodr. p. 51. ic. 58.

Oryza glutinis carina hispida GRONOV. Flor. Virgin. p. 153.

Gramini Tremulo affine paniculatum elegans majus SLOANE Jam. l. p. 113. t. 71. f. 1.

Gramen palustre serotinum, paniculis & locustis compressis compositis MONTI p. 55. ex fide Herbar. J. SCHEUCHZERI.

Gramen aquaticum asperum serotinum & elatius, radice repente, Oriza panicula villosa flavescens, semine griseo, &c. TILLI Hort. Pism.

Phalaris panicula effusa, glumarum carinis ciliatis LINN. p. 81. JACQUIN. obsf. p. 207. n. 8.

In rivulo versus Hiltelingen, & Alschwyler, ad fossam juxta pratum Sclopetariorum, Friedlinga & circa Klein Rieben. Inter Spiez & Wyler in palustribus Cl. DICK.

Gramen procerum, bipedale & ultra, paniculis ad foliorum originem conspicuis.

Folia aspera, ad duas lineas lata. Ex sinu folii supremi panicula erecta, stricta, ramosa, pedicellis flexuosis. Flosculi albicantes, lineis virentibus.

A Phalaride recte separat Cl. MIEGIUS.

## PHOENIX.

## ANDROPOGONIS Spec. LINN.

Flores fertiles, calyce nullo, steriles calyce bifolio.

## 1412. PHOENIX spica laxa, locustis, longe petiolatis, quadrifloris, duobus floribus sessilibus, duobus petiolatis.

Festuca dumetorum, utriculis lanugine flavescens, & egilops Dioscoridis C. B. Theatr. p. 149. icon, non vero flos seorsum adpictus.

Gramen sparteum, festuceum, seu Egilops (a) sparteum villosa BARRELIER. ic. 18. n. 2.

Egilops bromoides, spica purpurascens J. B. SCHEUCHZER. p. 267. t. 6. f. 1.

Gramen avenaceum, locustis gracilibus, purpurascens, longissimis, petiolis insidentibus MONTI p. 57. ic. 67.

Andropogon panicule pedunculis simplicissimis trifloris, flosculo hermaphrodito aristato, ciliato, basi barbato LINN. p. 1480. Centur. II. in Amoen. Acad. p. 332. n. 200.

Avena spiculis polygamis trifloris SCOPOLI p. 207.

SCHEUCHZERUS in imo aditu vallis Misox. Cl. DICK Chiavenna.

Caulis tripedalis, ad terram vaginosus. Folia lineam & ultra lata, hirsuta. Summa planta spica laxa, non panicula erecta terminatur, neque enim petioli plures una locustis gerunt; longi ii, teneri & flexuosi, basi florifera, sericea. Floris mira fabrica. Locusta quadriflora. Flos imus sessilis (b), gluma mucronata, elliptica, breviter hirsuta, canaliculata, dura, cui alia opponitur tenera, hirsutula. In sulco glumae stamina comprehenduntur, in sulco vero scapi semen minutum, bicornis, quod non certo vidi. Flores duo laterales, petiolati, similes aequales (c), fortissimis petiolis; Calycis glumae duae inaequales, durae, mucronatae, tenera arista terminatae. Intra anteriorem glumam duae solitae, tenerae, plumosae, violaceae glumae, comprehendentes stamina, & minimum semen. Flos quartus (d), cum arista geniculata, inferne plana, superne hirsuta habet glumam canaliculatam, duram, aristam flexuosam, debilem emittentem. Ei opponitur altera (e) arista, longe maxima & flexa; tunc gluma longe minor, tenera. Stamina interponuntur utrique, & obscurum mihi semen.

## II. CA-

(a) Egilops folia tritici habet, molliora, in summo capite semina bina vel terna, rubra, quibus arista velut capillaceae exeunt DIOSCORID. L. IV. c. 134. Egilops tritici folio, sanat Egilopes, in hordeo nascitur. PLIN. L. XXV. n. 93. Inter bulbosus cum Sisyriachio IDEM L. XIX. c. 5.

(b) SCHEUCHZER. a. Hunc praeterdidit SCOPOLIUS & LINNAEUS.

(c) SCHEUCHZER. C. C. Unicum numerat inter medium, minoris negligens. Duos recte SCOPOLI.

(d) SCHEUCHZER.

(e) Etiam hic duo petala interiora describit CLAR. SCOPOLI.

II. CALYCE UNIGLUMI.

TRAGUS (f).

CENCHRI LINN. n. 1149. Spec.

Locustæ quadrifloræ: cuique folliculo calyx uniglumis maximis & asperis pilis ciliatus, mucronatus, in forte rostrum productus. Folliculus quisque tener, biglumis: glaber, glumis inæqualibus, altera exteriori acuminata. Petala perexigua, bina. Unus folliculorum plerumque imperfectus, imaginem tantum floris & gracile foliolum calycinum habet. Non respondet characteri LINNÆANO.

\* 1413. TRAGUS.

*Gramen caninum maritimum, asperum* C. B. *prodr.* n. 2. *Theatr.* p. 116. bona icon.  
*Gramen caninum maritimum, spicatum, echinatis glumis.* BARRELIER. ic. 718.  
*Gramen caninum maritimum, spica echinata* SCHEUCHZER. *agrostograph.* p. 76. t. 2. f. 7. C. D. Glumas duas pro unica habet, hinc florem nudum facit.  
*Cenchrus panicula spicata, glumis muricatis, setis ciliaribus* LINN. p. 1487.  
*Cenchrus racemosus* SCHREBER p. 45. t. 4.

Circa arcem Sedunensem.

Culmi vaginofi, foliosi dodrantaes, curvi, infracti. Folia glauca, firma, lappaceis durisque ciliis ferrata, duas & ultra lineas lata, undulata. Spica superne congestior florum viridium, cum fuscedine, imbricatorum.

ANDROPOGON LINN. n. 1145.

Calycis gluma unica. Folliculi biglumes, alii aristati, alii mutici. Addit LINNÆUS flores alios androgynos esse, masculos alios; sessiles illos; hos petiolatos. Calycem præterea bivalvem facit. Semen aristatum.

1414. ANDROPOGON (g) spicis villosis septenis, locustis bifloris, floribus alternis, sessilibus.

*Gramen dactylon spicis villosis* C. B. *Theatr.* p. 116. SCHEUCHZER. p. 94.  
*Gramen dactylon spicatum, aristis geniculatis* BARRELIER. n. 753.  
*Andropogon spicis digitatis, plurimis flosculis sessilibus, aristato muticoque, pedicellis lanatis* LINN. p. 1483.

Abunde in aridis viarum, etiam Bernæ ultra die *Papiermühle, oben auf dem Muristalden* & alibi. In Aquilejensibus ubique. Circa castrum *Sargans*.

Culmus cubitalis, & bipedalis. Folia ad lineam lata, hirsuta & mollia. Ex summo caule spicæ confertæ, fere quinæ, non digitatæ, sed congestæ, unciales & ultra, totæ lanuginosæ. Locustæ quasi distichæ, subviolacæ, bifloræ. Duo nempe flores sibi vicini, sessiles. Calyx ellipticus, uniflorus, totus hirsutus, ad basin magis. Floralis gluma exterior gracilis & longa, stricta, tenera: interior robusta tum aristata, in cuius sinu semen & stamina, & ad ejus basin internam longa arista flexuosa, non perpetua. Alterius flosculi petiolas sericeo pappo lanuginosus, glumæ duæ violacæ, ellipticæ, mucronatæ, æquales. Earum altera est pro calyce; altera habet sibi adaptatam glumam similem pellucidam, teneram, sibi adplicatam, & in intervallo stamina. Ita altera ad flexuosam scapam spica perficitur.

1415. ANDROPOGON spicis geminis bifloris, alterne muticis.

*Festuca glauco folio, spica gemina* C. B. *Prodr.* n. 19. *Theatr.* p. 145. Separat LINNÆUS a BOCCONIANO *Musci di Sicilia* t. 8. f. 1.  
*Gramen dactylon, spica gemina* J. R. H. SCHEUCHZER p. 95.  
*Andropogon spicis binis terminalibus, culmo indiviso* LINN. p. 1481. GERARD. *Bot. Brit.* 186. f. 3.

LINNÆUS ex BURSERO ait in Helvetia nasci, regionum calidarum plantam, quam SCHEUCHZERUS. Smyrna habuit.

Culmus

(f) Inter cibæ boni succi Celsus L. II. c. 20.

(g) Ichneumon alio similis, foliis asperis, lanuginosis, sanguinem sistens. *Herb. L. XXV.* n. 45.

Culmus bipedalis. Folia glabra, firma, ad duas & tres lineas lata. Spicæ duæ nutantes, ex sinu folii in eodem culmo ramove, in petiolo hirsuto nutante. Spicæ laxiores, minus firmæ, rectæque, fabrica prioris persimili. Proximi sibi flos inferior sessilis, superior petiolatus. Sessilis ad basin sericeos etiam pilos habet, & glumam calycinam hirsutam, ciliatam, cavam. Floris ipsius gluma exterior pariter ciliata, obtusa, interior glabra, denique longa & flexa arista, ex se ipsa oritur inter utriusque glumæ basin. Petiolus alterius flosculi serico tectus, glumæ calycinæ & florales simillimæ longæ & strictæ, muticæ omnes.

LOLIUM LINN. n. 95.

Calyx unifolius. Locustæ ita ad flexuosum scapum dispositæ, ut dorsum glumarum convexum scapo obvertatur. Glumæ florales duæ, muticæ vel aristatæ. Omnia Lolia nobis spicata sunt, locustis in alternas scapi foveas receptis. Ad originem glumæ majoris brevissima petala. Addit Cl. ADANSON, calycis glumam alteram in floribus inferioribus abortire, in superioribus magis & magis excrecere (b). Contra Cl. WILlich, inferiores locustas habere calycem interiorem brevem, medias duas angustiore; supremam nullam (i). Horum omnium in L. perenni nihil vidi, sed glumas florales imas ovatas, æquales.

1416. LOLIUM radice perenni, locustis contiguis, octifloris.

*Gramen Loliaceum, angustiori folio & spica* C. B. *Theatr.* p. 127. 128. cum icon. SCHEUCHZER. p. 25. MONTI c. 19. & addita voce vulgare *Hist. Oxon.* III. p. 182. t. 2. f. 2.

β Aristatum VAILLANT. p. 80. t. XVII. f. 3.

*Lolium spica mutica, spiculis compressis multifloris* LINN. p. 122.

Vulgo ad vias, sed idem est *Ryegrass* Anglorum, jam a PLOTII (k) tempore pro pecoris alimento cultum. Mihi quidem non placet, durum & stramineum, non boni nutrimenti, nisi junius demessum fuerit.

Caules cespitosi, pedales. Folia ad duas lineas lata, retroversu aspera. Spica longissima, sæpe pedalis, rara & interrupta, ut tamen locustæ plerumque se adtingant. Gluma calycina magna, locustæ pene æqualis. Flores in una locusta octoni. Gluma floralis exterior plerumque mutica, quandoque aristata β. omnes virentes, alis albis.

γ Elegans est varietas *Gramen Liliaceum spica lata, ex plurimis spicis duplici versu dispositis constante* SCHEUCHZER. p. 29. *Prodr.* t. 2. *agrostograph.* t. 1. f. 7. D. *Gramen Loliaceum, spicis brevioribus & habitioribus compressis* *Hist. Oxon.* III. p. 182. S. VIII. t. 2. f. 2. &c.

SCHEUCHZERUS locis siccis ad vias & oras agrorum, etiam J. GESNER. *Clar.* GAGNEBIN inter *Lauffen & Basileam*. D. DICK circa *Morbiniun. Mülbuse* HOFER.

Ex Anglia HUDSONUS exemplar misit, ex quo agnoscas varietatem esse Lolii

1416. Inferior enim pars spicæ a solita fabrica nihil differt: in superiori sola locustæ multo, quam vulgo solent, confertiores, & distichæ sunt. In alio exemplo Helvetico deformatio plenior est, & tota spica disticha, receptaculum alterne flexum, decuplo crassius, locustæ longiores, duodecimfloræ.

Pro morbo habet Cl. HOFERUS, ex compressione nato.

δ *Gramen Loliaceum latifolium, spica angustiore* C. B. *Theatr.* p. 127. *Prodr.* n. 61. *Hist. Oxon.* III. p. 181. SCHEUCHZER. p. 27.

Varietas Lolii n. 1416. foliis radicalibus angustis, vix lineam latis, caulinis ad duas. In horto sicco C. B. cum hoc nomine erat Graminis triticei genus. Sed in SCHEUCHZERIANO vera varietas lolii 1416. adfuit.

? 1417. LOLIUM.

*Gramen Loliaceum, radice repente, locustis teretiusculis muticis* SCHEUCHZER. p. 28.

Circa muros fossæque Tiguri.

Plantam

(b) ADANSON. p. 36.

(i) *Fasc. obs.* II. p. 1011

(k) *Natur. hist. of Oxfordshire.* p. 157. Add. *Plants husbandr.* II. p. 58. *Recueil d'obs.* de Rennes II. p. 50. &c.



Plantam ipsam inter SCHEUCHZERIANAS vidi, sed Vir Cl. notas discriminis sumit a locustis magis teretibus, glabris, cum in priori specie gluma exterior, vitro convexo aucta, hirsuta sit. Folia angusta, superius subaspera, inferne levia. Vix videtur vere differre.

? 1418. LOLIUM perenne, locustis distitis, quadrifloris.

*Gramen Loliaceum, angustiore folio & spica, spiculis partialibus varioribus, ab invicem remotis* SCHEUCHZER p. 26.

SCHEUCHZER in pratis circa Tigurum. Ego Basilee & Badae reperi.

Nostrates plantæ vix sunt, nisi varietates Lolii folio angustiori 1416. locustis minoribus quinque, sexfloris, distantibus, ad aliquot lineas. Sed in Gallia calidiori nascentes plantæ vere differre videntur, dodrantali caule, locustis quadrifloris, glumis omnibus una cum calyce aristatis. Ea est

*Graminū Loliacei angustiori folio varietas, spica tereti, angustissima* SCHEUCHZERII n. 28.

Ejusmodi plantam STÆHELINUS ad me misit, & ea proxime a nostris speciminibus distat, Basilee lectis (1), ut vel has tres 1416. 1417. & 1418. pro varietatibus ejusdem plantæ haberi necesse sit, aut adjungere nostrati paucifloræ. Sed neque SCHEUCHZERIANUM Gramen separarem, etsi utique locustæ teretes magis sunt, minusque distichæ.

\* 1419. LOLIUM procumbens, spica disticha, locustis teretibus trifloris.

*Gramen Loliaceum minus, supinum, spica multiplici* C. B. Prodr. p. 19.

*Gramen arvense Polypodii panicula crassiori* BARRELIER. ic. 50.

*Cynosurus spiculis alternis, secundis, sessilibus, rigidis, obtusis, appressis* LINN. p. 105.

In Valelia inferiori Venerab. de COPPET. Ego in Thuringia abunde.

Humilis planta, caulibus multis semipedalibus, infractis & projectis. Folia glabra, sesquilineam lata, retrorsum ducta subaspera. Spicæ copiose quemque ramum terminant. Axis flexuosus pinnatus, parium quinque, sex, pluribus, ultimis sibi pervicinis, quæ sepe quasi complicantur, & ad alterum latus vergunt. Petioli unam, duas, tres locustas gerunt. Locustæ longæ, striatæ, duræ; sic axis, & pediculi. Calyx unifolius, viridis, albus, ovatus. Locustæ trifloræ. Flores ovati; gluma exterior cum virore alba, interior perexigua; omnia mutica.

1420. LOLIUM (m) annuum, locustis distitis.

*Lolium* DODON. Cereal. p. 141. CAMERAR. Epit. p. 198.

*Gramen Loliaceum, spica longiore, seu Lolium DIOSCORIDIS* C. B. Theatr. p. 121. SCHEUCHZER. p. 31. t. I. f. 7. E. F.

*Gramen Loliaceum, spica longiore, aristas habens* J. R. H. MONTI p. 39. ic. 18.

*Lolium spica aristata, spiculis compressis, aristatis* LINN. p. 122.

Icon OEDERI t. 160.

β Varietas mutica J. R. H. &c. Ex Anglia missa, cum nomine Lolii albi.

In fegetibus potissimum, quando pluvia æstas, aut alioquin nimius udor, terram corrumpit.

Culmi cubitales, geniculati. Folia glabra, ad duas lineas lata. Spica pedalis, locustis raris, remotis, ad octodecim. Calycina gluma totius locustæ longitudine, arista recta, alias nulla. Flosculi octo; gluma exterior emittit aristam femuncialem, alias nullam, aut minimam: interior ovata, plana. Semen ovale, utrinque compressum, minus, quam veris cerealibus.

Semen subdulce, sapore non ingrato, acore abundante, cum spiritum acidum (n) corrosivum maxima copia edat, qui Heliotropii succum rubro colore tingat; etiam acrem sale volatilem, & resinam (o) acrem.

Vis in ea pulpa est (p); etiam in pane, magis adhuc in calido (q), ut temulentiam

(1) Ita & HORSERUS p. 148.

(m) Lolium habet angustum & pilosum folium & pingue THROPHAST. L. VIII. c. 7.

(n) LENTIL. Etyoavum. ann. 1722. p. 962. Con-

tra, urinosum esse Mém. de Montpel. ann. 1766. p. 314.

(o) Mém. de l'Acad. de Montpel. ann. 1729.

(p) CAMERAR. p. 13.

(q) Sat. Siles. l. n. 8.

tiam (*r*), cephalalgiam (*s*), vertiginem (*t*), anxietatem (*u*), fomnum (*x*); etiam in canibus (*y*) & fuis (*z*) atque gallinis faciat; tum vomitus (*a*), delirium (*b*), convulsionem (*c*), in paralyfin (*d*) desinentes, inter milites epidemiam, tumores (*e*), mortefque (*f*) etiam subitas, ut ventriculus (*g*) contractus repertus sit. Sed & anferes enecat (*h*), aliaque animalia (*i*), & ipsos demum equos (*k*).

Vis temulenta in cerevisiam transit (*l*), eamque valide inebriantem reddit, & deliria movet (*m*); denique in spiritum fermentatione paratum (*n*), qui in venas canis injectus stuporem facit (*o*).

Modico usu Lolii semen gallinas (*p*), & porcos (*q*) faginat.

Externo usu anodynum se præstat (*r*), non sine calore (*s*), eoque scopo veteribus (*t*) farina Lolii passim in usu (*u*) fuit, etiam in pleuritide.

Humida æstate, & post inundationes, Tricicum in Lolium degenerare (*x*) vetusta fama est, sed dudum monuit VALISNERIUS (*y*), placere sibi in humore Lolium, & lætius fobolefcere, ita bonam frugem opprimi, neque ideo speciem mutari.

## IV. FOLRE BIGLUMI.

## III. CALYCE BIGLUMI.

## SECALE TOURNEFORT. t. 254.

LINN. n. 97.

Scapus alterne flexuosus & scrobibus (*a*) excisus, ut in reliquis Cerealis. Locustæ bifloræ (*b*), media commissione florum ad scapum vergentes, etiam trifloræ. Calyx bifolius (*c*), glumis duabus muticis, æqualibus, gracilibus, subulatis. Flosculorum gluma exterior aspera, tribus lineis picta, ciliata, in aristam (*d*) valde acutam, uncialem, debilem, & rectam, suo mucrone exeuns. Interior concava, gracilior, sine tridentato, congruens (*e*). Inter eas tria stamina (*f*). Semen tuba bicorni, plumosa (*g*), pene ovatum (*h*), & duo petali (*i*) fimbriata plumosa, peracuta, ex ellipticis acuminata, tenerrima. Ita in nostro.

1421. SECALE glumarum ciliis scabris LINN. p. 124.

β Etiam hic hibernum (*k*) datur Secale & æstivum (*k\**); istud semper gracilius.

γ Spicis adusque quatuordecim, & earum nonnullis ramosis TENZEL. mon. U. 22. red. 1. Rep. X. Fack. 3.

Arufti-

- |   |   |
|---|---|
| (r) Comm. CAMER. Sat. Silf.   | (o) CAMERAR. Lol. temul.  |
| (s) GALENUS de aliment. L. I. THEOPHRAST. L. VII. c. 5.                                 | (p) COLUMELLA L. VII. c. 4.   |
| (t) CAMERAR. Epb. Nat. Cur. Dec. II. ann. 8. obs. 173.                                  | (q) BUFFON. L. c. & CONF. REAUMUR. art. de de faire éclore.   |
| (u) CAMERAR. Lol. temul. Etiam fumo.  | (r) DIOSCORID. II. c. 93.   |
| (x) LINDER. venen. p. 538. in Wermelandia KALM.   | (s) CRUS. II. fin.  |
| (y) CAMERAR. Lol. temul.  | (t) ARRETEUS cur. acut. II. c. 6. &c.   |
| (z) BUFFON. T. V. p. 113.   | (u) Cum humida & multa excretionem ARRETEUS Cur. acut. L. I. c. ult.  |
| (a) Epb. Nat. Cur. Dec. II. ann. 3. obs. 186.   | (x) THEOPHRAST. caus. L. III. c. 6. RAMAZZINUS.   |
| (b) CAMERAR. I. c. MEIKOM. KALM.  | (y) Galer. di. minero. V. p. 242. Append. Epb. Nat. Cur. Cent. I. tum J. R. CAMERAR. Epb. Nat. Cur. Dec. III. ann. 111. obs. 133. |
| (c) SCHOBBER. admistum erat secale corniculatum.  | (z) TOURNEFORT. n. n.   |
| (d) SULZER. morb. Helvet. endem. Bresl. Sanul. ann. 1721. m. Jan.                       | (a) Ibid. A.  |
| (e) Sat. Silf. l. c.  | (b) Ad G.   |
| (f) KALM & C. SCHOBBER.   | (c) A. G.   |
| (g) SCHOBBER in Aft. Erud. ann. 1723. p. 446.   | (d) Ibid.   |
| (h) Sat. Silf. l. c.  | (e) Ibid.   |
| (i) Ibid.   | (f) A.  |
| (k) Ibid.   | (g) G. E. F.  |
| (l) LINN. plant. escul. p. 8. Sat. Silf. I. n. 8.                                       | (h) H. L.   |
| (m) IDEM Olanika resa p. 221. 245.  | (i) L.  |
| (n) CAMERAR. Lol. temulent. Ad spiritum Secalis portiones 20. Lolii 8. adhiberi DENZER. | (k) C. B. Theatr. p. 425.   |
|   | (k*) Des SERRES. p. 128.  |

A rusticis uberrime feritur, Germanica potissimum lingua utentibus: a Romanensibus cum Tritico mistum. In Sibiria spontaneum esse (1).

Cerealiū nostrorum altissimum, culmo in Helvetia non perinde alto, in Germania sepedali. Folia ad quatuor lineas lata, retroversu aspera, non hirsuta. Spica (1\*) conferta, subdisticha (m). Semen minus & gracilius, quam Zea.

Non satis notum est, num veteres fecale coluerint; Siliginem (n), multi eo revocant. Esse Centenarium, & ISIDORUM, atque Hispanos, eo nomine Secale designare NONNUS (o).

Farina subdulcis, nigrior, minus habet glutinosae materiae (p), plurimum acoris, ut ego quidem, in longa illa Gottingensi vita, nunquam eum panem ferre poterim, quin sodam sentirem. Quare tabem sola pulve, ex farina secalina parata, fanatam legas (q), & Secalis succo, cum Anserina, calculum solvi (r). Aqua cum Secali infusa, & fermentationi permixta, laminas ferreas erodit (s), ut stannum recipiant. Spiritus denique panis secalini potentius fere, quam aqua fortis (t), ferrum & cuprum solvit.

Ex fecali bonus potus Coffeae adfinis paratur (u), & perniciosus ille frumenti spiritus, ex cuius usu gentes septentrionales, tamquam ex lento veneno, contabescunt.

Frequens in Secali vitium est, loco grani farina pleni capsulam carbonario polline repletam producere (x). Ejus pollinis, ut Lolii & ustilaginis tritici, rancida, putrida, butyrofa (y), pestilens vis est, quando uberius in panem rusticorum recipitur. Inde enim morbus convulsivus (z), dolores subcutanei (a), ebrietas (b), stupor (c); sphaeli demum artuum spontanei (d). Purum datum ejusmodi Secale omnino necat (e). Etiam animalia (f) occidit.

TRITICUM (g) TOURNEFORT. t. 292. 293.

LINN. n. 99.

Quo Gramina triticea & alia multa SCHEUCHZERI continentur.

Summus caulis abit in scapum (h) flexuosum, alternis crenis excisum, quarum quaeque sessilem locustam recipit. Calyx universae locustae biglumis, muticus (i); scapus cujusque Locustae similis, ut in caule, alterne denticulatus. Flores tres, aut ultra, in locusta biglumi, convexa altera & duriori gluma, tenerrima altera, illa saepe, hac nunquam aristata. Inter eas glumas stamina tria; petala duo tenerrima, quasi gossypicea, rhomboidea, & semen duabus plumosis tubis coronatum. Commissura glumarum scapo obvertitur. Semen ovatum, hinc convexum, inde sulco divisum (k).

1422. TRITICUM locustis imbricatis, quadrifloris, glabris, muticis.

Triticum BLAKWELL. t. 40. TOURNEFORT. t. 292. M. M. M.

Triticum calycibus quadrifloris, glabris imbricatis, submuticis LINN. p. 126.

Huc refert Triticum hybernum (1) aristis carens C. B. Theatr. p. 352.

Icon. D. de GLEICHEN. T. XVI.

Radix

(1) LINN. Hist. Natur. in Russ.

(1\*) Spica ramosa BUCHNER miscell. ann. 1727.

P. 557.

(m) GLEICHEN p. 20.

(n) Inter contrahentia CÆSUS L. IV. c. 21.

(o) De re cibor. p. 21.

(p) Elem. phys. l. c. p. 193.

(q) SCHLHAMMER natur. p. 213.

(r) Eph. Nat. Eur. Dec. II. ann. V. obs. 44. Ex pane Secalino medicamentum calculum solvens parari BOERHAAVE apud ALLEN.

(s) RAUMER SCHREBER III. Saml. p. 2. 192.

(t) ETSMULLER med. Hipp. obym. p. 32.

(u) DILLER Eph. Nat. Cur. Cent. III. IV. obs. 150.

(z) LANGE Clav. Secal.

(y) LANGE prop. lib. Etiam ignem alit.

(z) Satyr. Siles. IV. n. 5. BERGEN de rubig. Secal. Comm. Nor. ann. 1714. bebd. 7.

(a) LANGE.

(b) Mém. de l'Acad. ann. 1710. bist. p. 80.

KEBIN natur. bist. Erpac. p. 18.

(c) Anc. Mém. l. c.

(d) Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann. 2. obs. 224.

LANGE. Mém. de l'Acad. ann. 1710. 1748. p. 28.

Anc. Mém. X. p. 561. 562. LOWTHORP. Abridgms.

II. p. 625.

(e) Satyr. Siles. IV. n. 5.

(f) Comm. Lit. l. c.

(g) Tritico caulis, quam Hordeo, altior, durior,

ægrius fragilis. Folium angustius; tunicae plures; spica

distinctior. A folio emicat, palea suavior PLINIUS

L. VIII. c. 4.

(h) I. K.

(i) C.

(k) F. G.

(l) Sola de radicibus, altero anno, renascuntur

Triticum & Hordeum THEOPHRAST. caus. L. IV. c. 9.

Radix annua, fibrosa, nonnunquam prælonga (*m*). Culmus tripedalis, geniculatus, cespitosus (*n*), folia glabra, tres lineas lata. Spica densa, ponderosa, aliquot unciarum, locustis imbricatis. Flores imi imperfecti, quod in cerealibus frequens est. Glumæ calycinæ ovato lanceolatæ, in mucronem, aristæ similem, exeunt. Locusta sæpiissime quadriflora, ut tamen etiam tres, & quinque, & sex flores reperiantur, quorum tamen unus pluresve decidui sint, & abortivum semen. Glumæ æquales, sed exterior paulum sub apice emitit aristam ovatam, uncialem, biuncialem, alias nullam: altera cava est, mutica, bidentata. Inter has glumas semen villo tectum, congenerum maximum: petala parva, fimbriata, fericea.

β. *Triticum locustis imbricatis, quadrifloris, glabræ, aristatis.*

*Triticum aristatum* BLAKWELL. t. 10. TOURNEFORT. t. 293.

*Triticum calycinibus quadrifloris, ventricosis, glabris, imbricatis, aristatis.* LINN. p. 176.

Hæc refert LINNÆUS æstivum (*o*).

Vocant, *Froment grison*. Habet perinde primos flores imperfectos: locustas latas: calycis glumas duras, glaucas, subhirsutas, brevissime aristatas, locustas trifloras, aristam ex gluma exteriori triuncialem, interiori glumam ad semen convexam, ad sodalem cavam, ovato lanceolatam. Flos tertius, medius, aristam habet brevissimam: quartus infecundus & emarcidus; quintus etiam minor & imperfectior. Aquilejenses serunt.

TRITICUM spica basi ramosa.

Ima pars spicæ crassissima, superne tenuis, nempe ima spica ramosa est, & ex pluribus spicis confluentibus unitur. Calyx biglumis, æqualis, cavus, hirsutus. Locustæ fere trifloræ, glumis hirsutis: exterior ovato lanceolata, cava, arista biunciali: interior in eundem sensum cava, lineata, mutica. Petala duo lanceolata subpilosa. Semen hirsutum.

Non potest muticum pro hyberno numerari, neque aristatum pro æstivo, ut ILL. LINNÆUS. Nam & aristatum datur inter hiberna, & muticum inter æstiva uti modo vidimus, & hybernum (*p*) per mea experimenta perinde ex verno semine provenit, etsi in universum hybernum fructuosius est. Denique dudum est adnotatum, in asperis aristas excrefcere, in mitiori solo deponi.

Utraque planta fativa est. In Vaudensi regione, etiam montana, vulgo seritur, incertæ originis; sive vere in Sicilia (*q*), aut apud Balchkitros (*r*) frumentum sponte nascatur, sive in Oriente planta spontanea lateat, sive ex gramine aliquo canino (*s*) non satis noto, longo cultu, Triticum perfectum sit. Probabile sit, utique hoc nostrum Triticum esse *πυρον* (*t*) veterum, quale potissimum in Sicilia rubro, duro (*u*) & cartilagineo semine provenit; quod nobis mollius est. In Ægypto (*x*) enim, in Græcia, & in Oriente ejusmodi Triticum colitur. Caterum varietates neque apud veteres (*y*) extricare datur, sed ne apud recentiores quidem, quales cito Cl. LAWRENCE (*z*) & des SERRES (*a*).

Hæc caterum planta, cum sui similibus, orbi antiquo occidentali, a Persia fere ad Luffitaniam, præcipuum alimentum præstat, dum alba farina feminis a glumis liberata, innumeris modis, in cibum fingitur, potissimum vero, dum fermentationi

(*m*) Ad 18. pedes BRONN. *princ phil.* p. 41.

(*n*) Ut etiam ex uno grano 72. provenerint. SCHMUK *Wunderb. Cent.* III. n. 9.

(*o*) Trimestre esse robur, & in Apennino feri BRADLEY *ancient husbandry.* p. 78. Optima colore luteo tritica, postea trimetria vel fetania DIOSCORIDES L. II. c. 78.

(*p*) Ad BLAKWELL.

(*q*) DIODOR. V. n. 2.

(*r*) HEINZELMANNUS Triticum æstivum, & Hordeum distichum, apud Balchkitros sponte provenire LINN. *Hist. Natur. Russ.*

(*s*) Ita MYLIUS *Physic. Belussig.* I. p. 59. Secale maritimum edule est KALM p. 71. An id frumentum spontaneum fabuletorum Islandiæ Clar. HORREBOW. p. 116.

(*t*) *Στρον* genus *πυρον*; THEOPHRAST. L. VIII. c. 7.

(*u*) Jam des SERRES.

(*x*) Solo P. ALPIN. I. p. 176.

(*y*) THEOPHRAST. L. VIII. c. 4. Aliud sejuno parvoque gramine, aliud grandiori spica, aliud diu in solliculo manens, aliud cito maturefcens.

(*z*) *Husbandar.* p. 92.

(*a*) p. 118.

tioni cum aqua commissa, inque furno cocta, dissipata parte humoris, fermentatione suppressa, in panem paratur. Ejus alias ostendimus duas partes nutritias esse (b), alteram glutinosam, alcaliscentem (c), amylaceam acescentem alteram. Quare solo pane pauperes, & captivi, & Triremium miseri remiges salubriter & cum robore vivunt.

Triticum plus habet partis alcalinae, Secale magis in acorem vergit.

Teterrimus morbus in Tritico saevit, & contagio propagatur, quo farina nascentis grani, in nigrum pollinem solvitur. Veneni (d) naturam ejusmodi polle imitatur, si majori copia in panem transferit. Ex eo convulsiones (e). Sic ex rubiginosis granis epidemicus morbus convulsivus, in melancholiam & claudicationem tendens ortus fuit (f). Gravitas inde capitis, & cephalaea, & diarrhoea (g). Ustilago tamen colorem nigrum pictoribus utilem suppeditat (h), & emplastrum ex eo polline fungo articulari PURMANNUS opponerebat (i).

Amylum ex Zea (k) majori varietate aristata (l), etiam ex oryza paratur, & ex Tritico, quod adstringit & spissat (m). Veteres in cibum (n) recipiebant, nos fere ad alios usus adhibemus. Nempe Triticum in vase lapideo maceratur, ad germinationem, dum nudis pedibus teritur, & massa pressa manibus colligitur, & succus ad solem exsiccat, fetidum opus.

\* 1423. TRITICUM levissimum, glaucum, locustis quadrifloris, duobus floribus aristatis, duobus mucronatis.

Fruventi genus maximum in Thuringia colitur, & in Helvetia coli incipit.

Spica irregularis, non disticha. Glumae levissimae. Locusta quadriflora, sed duo tantum aut tres flores adolefcunt. Perfectis floribus calyx bifolius, inaequalibus glumis, altera paulo majori, unciali, mutica utraque & angusta. Folliculi duo inaequales. Gluma exterior uncialis & major, arista biunciali in uno flore; in altero sodali flore gluma brevior, sed arista longior. Ea gluma tota cava est & plicata. Gluma interior tertia parte minor, mutica, plana, oris albis, in parte media lineis virentibus percursa. In sinu claudit stamina tria, & semen totum villosum, transversim latum, duabus tubis fimbriatis. Petala duo parva fimbriata. Intra glumam illam aristatam duo folliculi minores, quorum alter non raro imperfectus, & etiam majori arista brevis est. Spica longissima, & granum maximum, dimidio vulgari Tritici grano longius.

1424. TRITICUM floribus quaternis, duobus secundis, glumis adhaerentibus.

Zea dicoccos & major C. B. Theatr. p. 413.

Triticum calycibus truncatis, quadrifloris, flosculis aristatis hermaphroditis, intermedio neutro LINN. p. 127.

Locustae quadriflorae, sed duo tamen flores secundi, exteriores abortivi, sic imi in quaerque spica. Flores magis conici, quam Tritico. Glumae calycis cartilagineae, lineatae, & aequales, muticae, ut ariste signum supersit. Gluma floralis exterior paulo longior, acuminata, sub apice aristam edit, in imis floribus vix linea longiorem, in supremis uncialem. Gluma interior pariter complicata, acuminata, mutica. Petala duo, ovato lanceolata. Semen villo tectum, minus, quam Tritico.

Hoc princeps in Helvetia planiori & septentrionali frumentum est, porroque in Suevia, inque Franconia colitur (o).

Veteribus frumenti genus notum erat, quod Zeam dixerunt. Eo solo Aegyptios usos fuisse HERODOTUS (p): unde JULIUS ALEXANDRINUS deduxisse potuit, Zeam HOMERI Triticum esse. Sed alio utebatur argumento, non valde,

(b) Comm. Acad. Bonon. T. II. P. I. p. 424.

Elem. Physiol. L. XIX. p. 192. 193.

(c) Ea in coculo das Gries abundat SPIRMAN Diff. p. 13. Ibid.

(d) CAMEAR. de usul. frument.

(e) SAUVAGES nosolog. L. II. P. 2. p. 52.

(f) Exerc. Francos. T. II.

(g) SARCONE Morb. Epid. II. p. 246.

Tom. II.

(h) LINDER. Farbkunst. p. 70.

(i) Lorbeer. p. 619.

(k) Dioscorides II c. 94.

(l) Zea amylica C. B. Theatr. p. 419.

(m) ARRETIUS cur. acut. II. c. 2. CELS. IV. c. 11.

(n) CRES. L. II. c. 20.

(o) TOURNEFORT. T. 292. H. H.

(p) L. II. p. 102. Olympe quae alii Zeam vocant.

ut puto, firmo, equos nempe Homericos tritico pastos fuisse, sed ex ejus usu interire, cum Zea nutriantur (g).

Inter frumenti genera THEOPHRASTUS (r) Zeam numerat, & DIOSCORIDES. Radice esse multiplici, alta, culmis numerosis (s) THEOPHR. cetera *σῖτος* persimilem. Duplicem Zeam facit DIOSCORIDES (t), primam simplicem, alteram in geminis putaminibus grana tria juncta gerentem, quæ dicoccos dicatur. Clar. MARTYN Zeam nostram far esse persuadetur: sed incerta sunt omnia, cum veteres notas, ad discrimen sufficientes, non relinquerint.

Farinam certe Zea dat albissimam, etiam triticea candidiorem, & glutinosæ partis (u) plus continet, in qua vis alens consistit, panem tamen dat aliquanto ficiorem, qui paulo vetustior minus habeat gratiæ. Ad dulcioria non alia farina pulchrior est.

1425. TRITICUM spica disticha, floribus ternis, fertili unico, glumis tridentatis, florali aristata.

*Zea oriza dicta, seu monococcos Germanica* C. B. *Theatr.* p. 415.

*Triticum calycibus trifloris, flosculo alterno aristato, intermedio neutro* LINN. p. 127.

In montosis passim colitur, inque sterilissimis. Prope Bernam in monte *Gurten* satum vidi, & circa *Tiffan*.

Spica disticha. Folia calycina æqualia, cava, angulosa, tridentata. Locusta triflora. Unicus flos fertilis: ei gluma major, angulosa, cava, bidentata, educit interdentes ex nervo aristam debilem, triunciam, quæ latus spicæ tætur. Gluma interior de more simplex, gracilis, obtusa. Tria stamina, semen, & duo petala ovata, pene glabra, de more. Alter quasi flosculus strictus duos flores majorem & minorem continet, biglumes, cum rudimento seminis, & trium antherarum.

Quæ nunc sequuntur Gramina, difficilia sunt, & difficillime varietates a speciebus distinguuntur. Locustæ in juniore planta teretes, in vetustiori distichæ fiunt, habitulque confertus in laxum abit. Colores incerti sunt; aristæ in triticeis inconstantes; neque certior folii latitudo. Quare aliqua mediocritate judicii usus, species quidem ad meas adnotationes constituere malui, ut tamen SCHEUCHZERI numerosas species non supprimam. Cum enim in Graminibus vir aliquin solers longum laborem posuerit, non temere antiquanda sunt, quæ in tanta peritia sanxit.

1426. TRITICUM radicibus repentibus vaginosis, foliis hirsutis, locustis quinquefloris.

*Gramen caninum arvense, seu Gramen Duforicum* C. B. *Theatr.* cum icona non bona, præter radicem. SCHEUCHZER. p. 5.

*Gramen caninum repens vulgatum* Hist. Oxon. III. p. 178. t. I. f. 8.

*Gramen Loliaceum, radice repente, seu Gramen officinarum* MONTI p. 41. ic. 25.

Ad sepes passim, inque hortorum viis, glareæ obsitis, pestis frugum & hortorum (x).

Radix longe repit, teretibus vaginosis draconibus, novosque subinde foliosos & florigeros caules protrudit. Caulis cubitalis & ultra; folia ad duas lineas lata, superne paucis pilis hirsuta, oris & nervo asperis. Spica triuncialis, locustis quinquefloris, minoribus, quam sequenti. Omnia mutica.

Hoc putatur esse Gramen (y) veterum. radice geniculata, quod internodiis serpit, & ex cacumine novas radices spargit, foliis in gracilitatem fastigiatis (z). Ea radice primi Ægyptii vixisse dicuntur, cum dulcis sit, & homines pecudesque alat (a). In medicinam nostro ævo recipitur, ad decocta diætetica, quæ absque morfu & impetu resolvere debent & abstergere. In scirrho hepatis non alteri remedio plus tribuebat optimus olim PRÆCEPTOR BÖERHAAVIUS. Ad stranguriam MARCELLUS (b) dabat. Verno tempore legi jubet Clar. LUDWIG (c). Ex istis etiam radicibus panis parari potest (d).

β. Gramen

(g) L. VIII. init.  
 (r) L. VIII. c. 1. 9.  
 (s) THEOPHRAST. L. VIII. c. 9.  
 (t) DIOSCORIDES L. II. c. 82. VIRGIL. *Georg.*  
 p. 22.  
 (u) Conf. *Elem. Physiol.* l. c. p. 193.  
 (x) REICHAERT *Gartenscha.* V. p. 225.

(y) PLIN. L. XIX. c. 6. *Αγρωγις* herba communiter *αγρωγις* dicta SUIDAS.  
 (z) PLIN. L. XXIV. p. 118.  
 (a) DIONOR. *Bibl.* L. I. c. 41.  
 (b) c. 26.  
 (c) *Bonit. radic.* Diff. II.  
 (d) BERGIUS *quikros*.

β *Gramen Loliaceum, radice repente, seu Gramen officinarum, aristis donatum* VAILLANT. p. 81. t. 17. f. 2.

*Gramen spica triticea repentis vulgaris varietas, cum spica aristata* SCHEUCHZER. p. 9. RAJ. Syn. III. p. 390.

*Gramen Loliaceum, longioribus aristis donatum* MONTI p. 41. n. 26.

SCHEUCHZERUS Tiguri: passim etiam legi v. gr. ad ripam torrentis *Vevaise*, in sepibus *aux Ganges, Interluci*.

Locusta parva quinqueflora, ut in *Gramine canino*, sed arista in calycis gluma exteriori, & in gluma floris pariter exteriori, ad semuncem longa. Glumæ ad lentem vitream ciliatæ, ut in *Gramine canino*, ut eo minus separem.

1427. TRITICUM radicibus repentibus, vaginosis, foliis hirsutis, locustis octifloris. *Gramen latifolium, spica triticea compacta* C. B. Prodr. n. 53. Theatr. p. 31. HIST. OXON. III. p. 177. S. VIII. t. 1. f. 1. SCHEUCHZER p. 4.

LINNÆUS cum *Canino* conjungit.

Passim ad sepes provenit, Tiguri, & alibi.

Radix etiam repens & geniculata. Planta tota procerior, etiam tricubitalis. Folia a tribus ad octo lineas lata, retroversu aspera, superne hirsuta. Spica prælonga ad semipedem: locustæ imæ distitæ, superne se adtingunt, & per duas tertias partes suæ longitudinis se contegunt. Locustæ, quam canino, triplo majores, sexfloræ, & octifloræ, glumis etiam ciliatis, alias muticæ, alias aristatæ; tum ex calycis utriusque gluma; tum ex gluma folliculi exteriori, ut tamen aristæ breves omnes sint, & circa lineam longæ.

β. *Gramen latifolium, spica triticea divulsa* Prodr. n. 54. &c.

In aquosis prope *Huningen*.

Non differt. Nam & locustas distitas in priori α. invenio, & breves aristas.

γ. *Gramen spica triticea compacta, hirsutum, aristatum* J. SCHEUCHZER p. 9.

δ. *Gramen spica triticea, compacta, longioribus aristis donatum* EJUSDEM p. 10.

SCHEUCHZERUS Tiguri, ego in aquosis *Göttingæ, Rode* & alibi, & a J. GERNERO accipi.

Non invenio notas, quæ ad separandam plantam sufficiant. Locustæ magnæ, semunciales. Spica rara; calycis aristæ brevissimæ; in folliculo semuncialis arista. In β. longiusculæ aristæ, ad dodrantem uncia. Folia valde hirsuta, ad quatuor lineas lata.

In herbario SCHEUCHZERI cum nomine γ. gramen fuit, quod inferius describitur, paniculatum 1436. Pro δ. varietas fuit *Canini* longius aristati.

ε. *Gramen angustifolium spica triticea, compacta* C. B. Prodr. n. 56. Theatr. p. 131.

C. B. extra portam *Blasianam*: SCHEUCHZERUS cum priori. GAGNEBIN prope *St. Intier* & circa *Ferrières*.

Folia ad tres lineas lata, retroversu aspera, glabra, aut rariter hirsuta. Locustæ majores, a quinque ad novem flores habent, gluma exteriori mucronata, aristata.

In horto sicco SCHEUCHZERI a *compacto* non diversum fuit, nisi folio glabro.

1428. TRITICUM radice repente, culmo duro, foliis hirsutis, locustis quinquefloris.

*Gramen tritici spica mutica simile, angustifolium* C. B. Theatr. p. 131. Prodr. n. 56.

Hist. Oxon. III. p. 178. S. VIII. t. 1. n. 5. SCHEUCHZER. p. 7.

*Triticum calycibus truncatis, quinquefloris, foliis convolutis* LINN. Cent. I. Spec. p. 128.

Pulchram plantam C. B. circa *Cliben* ad *Rhenum* indicat. SCHEUCHZERUS in *Vallesia inferiori*. Etiam ego ibi reperi; tum supra *Ivorne* abunde, qua itur *Corbvirier*.

Radix geniculata, longa. Culmus cum tota planta glaucus, tripedalis & ultra. Folia glauca, alias vix sesquilineam lata, tamen etiam ad tres, retroversu aspera, amant ob duritatem se convolvere, & tunc glabra videntur, cum tamen intus contenta superficies pilosa sit. Locustæ quinquefloræ, semunciales, ex minoribus. Calycis glumæ æquales, evidentissime ciliatæ. Folliculorum glumæ etiam subhirsutæ, alias brevem aristam educunt, alias nullam, ut fere in nostris.

2429. TRITICUM radice fibrosa, foliis hirsutis, locustis quinquefloris, aristatis.  
*Gramen caninum non repens, elatum, spica aristata* HIST. OXON. III. p. 177. f. 8.  
 t. 1. f. 2. BUXBAUM Cent. IV. t. 50.  
*Elymos spica mutante, arcta, spiculis rectis, involucre deflitatis, infimis geminis* LINN. p. 124.  
*Gramen* Cl. MIEG. III. Spec. inaug. n. 11.  
 In monte *Wasserfall*. Ad Rhenum pone suburbium *St. Albani*. *A la Ferrière*, à  
*Champ Meusel* prope *St. Imier*.  
 Radix fit fibris longis, non repens eadem, neque geniculata. Culmi bipedales &  
 ultra. Folia retroverfu aspera, breviter pilosa, ad duas & tres lineas lata. Spica  
 brevis, triuncialis; locustæ alterne se contingentes, exiguæ, teretes, femuncem  
 longæ. Calycis glumæ aristam educunt, ad lineam longam. Folliculi tres, ex  
 gluma exteriori emittunt aristam femunce longiorem, ad cujus latera breves ad-  
 pendices eminent. Viridis planta, non glauca.
- \* 1430. TRITICUM radice fibrosa, foliis angustissimis, locustis muticis, folliculis  
 ovatis, obesis.  
*Gramen Loliaceum foliis & spica tenuissimis* HIST. OXON III. p. 182. S. VIII. t. 2. f. 3.  
*Triticum calycibus subquadrifloris, spiculis muticis, acutis, foliis setaceis* LINN. p. 127.  
 In agris nonnullis versus *Wyl* Cl. la CHENAL. *Aux Ferrières d'Erguel*.  
 Planta varia facie est; in Gallia calidiori humilis & pauciflora, nobis altior & locu-  
 stis triplo majoribus.  
 Radix fibrosa. Culmi recti, pedales, cubitales, bipedales, geniculis nigris interstin-  
 cti, simplices, parum foliosi. Folia brevia, etiam radicalia, perangusta, ad  
 tertiam & mediam lineam partem lata, cum præterea se convolvant, quæ tamen plana  
 sunt. Spica distita, locustis per aliquot lineas a se invicem distantibus, ad sca-  
 pum adpressis. Locustæ teretes, conicæ. Calycis glumæ lineatæ, ovatæ, obtusa  
 altera, altera mucronata. Glumæ floris imbricatæ, non lineatæ, obesæ. In  
 parvis exemplis flores quinque, in magnis ad octonos & ultra. Nomen *tenelli*  
 magnis exemplis non convenit.
2431. TRITICUM spicis disticis, locustis teretibus hirsutis, aristatis duode-  
 cim floris.  
*Gramen Loliaceum corniculatum* TOURNEFORT. *autour del Paris* p. 92. SCHEUCH-  
 ZER. p. 35. t. 1. f. 7. lit. H.  
*Gramen spica brizæ majoris* C. B. Prodr. n. 58. *Theatr.* p. 133. J. B. PETIVER.  
*concord. gram.* t. 3. f. 1.  
*Gramen Loliaceum altissimum, spica brizæ prælonga, aristas brevibus donata* J. R. H.  
 MONTI p. 42. ic. 16.  
*Bromus spiculis alternis subsessilibus, teretibus, culmo indiviso* LINN. *Gottlandska resa.*  
 p. 180. Spec. p. 115. Verum Triticum, vel ex Cl. viri notis.  
*Poa culmo alternatim spicato, spicis teretibus, hirsutis* GMELIN. p. 112.  
*Icon* OEDERI t. 164.  
 Locis sylvestris frequens reperio. Sic SCHEUCHZERUS. C. B. ad ripam Rheni, & in  
 adscensu montis *Crenzach*.  
 Caulis bicubitalis cum foliis & vaginis villosis; folia ad tres lineas lata. Spica fit lo-  
 custis numerosis, distichis, imbricatis, longis, teretibus, multifloris, ad usque  
 13. flores. Calycis glumæ lineatæ, mucronatæ, inæquales, minores, quam glumæ  
 florales. Istarum exteriores ex suprema mediaque parte, lineæ longitudine aristam  
 emittunt: ad cujus latus utrinque obtuse ovata gluma interior eminent. Cæte-  
 rum & calyx, & floris glumæ, pilis longiusculis pubescunt: & commissura scapo  
 obvertitur.  
 β. *Gramen Loliaceum villosum, molliusculum* SCHEUCHZER. p. 37.  
 In via aperta (chemin couvert) minoris Tiguri. Vir ILL. nullam discriminis notam  
 dat, præter hirsutiem majorem, locustas minores, aristas breviores, folia re-  
 troverfu leviter aspera.  
 γ. *Missa* mihi *Monspelio* varietas unica spica.  
 δ. *Gramen Loliaceum corniculatum, latifolium, spicis teretiusculis angustis & glabris* SCHEUCH-  
 ZER. p. 36.  
 In sylvis passim reperi, etiam alpinis, aut *Tompey* & in monte *Dolaz*.



IV. BIGLUMES. III. CALYCE BIGLUMI. 213

Folia similia, sed glabra, habitus similis; sed locustæ glabræ, tantum ad microscopium subtilissime villosæ. Sed eæ mihi notæ non videntur sufficere.

1432. TRITICUM locustis remotis, hirsutis, teretibus, exiguis, culmis floriferis gracilibus. †

*Gramen Loliaceum corniculatum, spica partiali subhirsuta, fragili* SCHEUCHZER.

*Festuca diometorium* C. B. Prodr. n. 69. Theatr. p. 148. ex fide hortii sicci.

*Festuca sylvatica* HUDSON p. 38.

Icon OEDERI t. 164.

SCHEUCHZERUS in adscensu a pago Art, ad Switenesium montem Rigi. GAGNEBIN au chemin de la Cibour, qua adscenditur a pago Renan. au Pelard & à la Côte du Doux. Basileæ circa Birsam. In monte Vogelberg.

Folia hirsuta, retroversu aspera. Spica multo laxior, neque disticha. Locustæ multo minores, neque supra quatuor, sex & octo flores continent, subvillosæ eadem, magis contractæ & densæ, minus distichæ: calycis gluma utraque aristata; Floralium aristæ ad femuncem longæ. Locusta tota, præter calycem, facile dilabatur, unde nomen SCHEUCHZERI. Rami floriferi pergraciles, ex qua sola nota facile a priori dignoscitur. Festucis propius.

FESTUCA LINN. n. 88.

Hæ plantæ Tritici locustas habent, ex teretibus distichas, & calycem, & parem fere aristatum inconstantiam. Quare discrimen totum in solo est receptaculo Tritici, alterne flexuoso, in cuius scrobibus locustæ sedent; cum Festucæ locustas habeant in oblongis pedicillis ramosis & multifloris. Pleræque aristatæ sunt, calycis glumæ inæquales, muticæ, mucronatæ.

\* 1433. FESTUCA locustis teretibus, multifloris, glumis semimembranaceis, breviter aristatis. †

*Gramen spartum, spica brizæ paniculata* BARRELIER. ic. 25. omnino.

*Gramen pratense elatius, locustis longis, squamosis, non aristatis* BUXBAUM p. 21. t. 40.

& *Gramen pratense majus, locustis tumidis* EJUSDEM ibid. p. 41. n. 16.

*Poa panicula stricta, spicis oblongis, erectis multifloris, submuticis* GMELIN. p. 109.

Speciosum gramen Basileæ a D. la CHENAL. Bernæ etiam a Clar. DICKIO lectum.

Passim etiam ex Germania habeo.

Radices villosæ. Culmus bipedalis & tripedalis. Folia ad tres & quatuor lineas lata, retroversu aspera. Spica paniculata, ramis nempe ramosis, longis, gracilibus, multifloris, cæterum quatuor & ultra, ad usque novem uncias longa. Locustæ magis compressæ & distichæ, minus teretes, glabræ, octifloræ, uncia longiores. Calyx bifolius, inæqualis, parvus, muticus, Glumæ florales exteriores ovato lanceolatæ, lata ala foliacea, subfulva, auctæ, unde ille habitus peculiaris squamosus; aristæ linea breviori, ex nervo nata, plerumque nulla. Gluma interior mucronata, qua nota a congeneribus evidenter differt.

1434. FESTUCA locustis teretibus muticis, octifloris, flosculis alternis imperfectis.

*Gramen montanum avenaceum, locustis muticis tumentibus, non pilosis* SCHEUCHZER. p. 170. t. 3. f. 16. A. B. C. MONTI t. 2. f.

Icon OEDERI t. 162.

*Gramen avenaceum parvum, procumbens, paniculis non aristatis* RAJ. PLUKNET. p. 174. t. 34. f. 1. MONTI ic. 77.

*Festuca panicula erecta, spicis subovatis, muticis, calyce flosculis majore, culmo declinato* LINN. Skensk. ref. p. 226. Spec. p. 110.

J. SCHEUCHZERUS in sylvis circa Tigurum, & ad radicem montis Tschiera GAGNEBIN au Mont Pouillerel, au Cernil Antoine, &c. Ego in lapidosis pascuis montis Suchet. In udibus sylvæ Wylensis Cl. la CHENAL.

Culmus palmaris & pedalis, firmus, erectus. Folia firma, lineam lata, sæpe convoluta, hirsuta. Panicula rara, spicæ similior, contracta, petiolis tamen multifloris. Locustæ duræ, obesæ, ex ovatis conicæ. Calycis glumæ duæ inæquales, cavæ, mucronatæ, ex viridi albo & spadiceo variæ. Flosculi quatuor (a) perfecti,

Tom. II.

H h h

imper-

(a) SCHEUCHZER. etiam quinque.

imperfecti totidem. Basis florum villosa. Gluma exterior dura, ovata, cava, ciliata, apice tridentato. Huic applicatur altera gluma pariter dura, ovata lanceolata, dimidio brevior, versus scapum concava. Inter utramque semen & stamina: sed in glumæ minoris exteriori cavea corpusculum petiolatum, hirsutum, capitatum: quod in supremo flore evidenter agnoscitur esse flosculus immaturus, tum ex consensu *Gr. avenacei rubri* & arundinis. Quare ad Melicam quidem LINNÆI (b) pertineret: sed Melicæ character malus est, qui ab ejusmodi corpusculo sumitur.

1435. FESTUCA foliis hirsutis, latiusculis, locustis paniculatis quinquefloris, aristatis, glabris. †

*Gramen pratense paniculatum elatius, spica laxa: heteromalla* SCHEUCHZER. p. 289.  
*Purple fescue* STILLINGFLEET. t. 9. ex folio.

In pratis Helvetiæ circa Tigurum, Ferrière, &c.

Caules duri, cespitosi, tripedales. Folia lata, a dimidia linea ad sesquilineam, hirsuta & incana. Panicula longa, multiflora, ramosa, tamen non sparfa, aliquando ad unum quasi latus versa. Petioli ramosi, minus, quam in congeneribus asperi. Locustæ parvæ, graciles, distichæ, quinquefloræ (c), sexfloræ. Calycis glumæ acuminatæ, muticæ. Folliculi gluma exterior gracilis, mucronata, sæpe emittit aristam lineam longam, sæpe omnino nullam. Interior solito modo se habet. Color viridis cui se spadiceus admiscet. Villus in glumis brevis.

- 1436.? FESTUCA . . .

β. *Gramen alpinum latifolium, paniculis heteromallis, spadiceis, locustis pennatis* SCHEUCHZER p. 278.

In humidis alpinum Rhæticarum.

Putes esse varietatem non aristatam Festucæ 1435. Nam folia habet ad lineam lata, culmos pedales, paniculas laxas, locustas distichas, trifloras, quinquefloras. Gluma exterior, ut in adfinibus, exterius villosa; color violaceus obscurus in spica dominatur.

1437. FESTUCA foliis perangustis, panicula stricta, locustis distichis, aristatis, glabris, septifloris.

*Gramen Loliacea panicula, ramosum, maritimum* HIST. OXON. III. p. 182. S. 8. t. 2. f. 6. ?

*Gramen pratense, panicula duriore laxa, unam partem spectante* RAJ. Syn. III. p. 413. t. 19. f. 1. SCHEUCHZER. p. 285. Non vero synonyma.

*Festuca panicula secunda oblonga, spiculis sexfloris, oblongis, levibus, foliis setaceis* LINN. p. 108.

In pratis siccis.

Pleraque prioris 1435. sed folia vix tertiam lineæ partem lata, juncea, glabra, retroverfu aspera. Panicula stricta, sæpe ad unum latus conversa. Locustæ virides, exiguæ, pariter septifloræ, perfecte glabræ, qua nota a sequentibus distat, arista nigra, lineam longa. A Junceo proxime distat.

- \* 1438. FESTUCA foliis radicalibus setaceis, caulinis latioribus, locusta septiflora. †

*Gramen nemorosum, foliis præter culmum junceis, in culmo latioribus* SCHEUCHZER. posth.

Extra pagum Hirslanden.

Folia radicalia perangusta setacea, caulina femilineam & ultra lata. Culmi tripedales, geniculis, nigris. Panicula laxa, viridis. Calycis glumæ inæquales, graciles. Flores alterni ad septem usque, graciles, virentes; arista ex gluma exteriori lineam longa. Omnia glabra ad inermem oculum, nam lens vitrea in dorso folliculi pilos breves ostendit.

- \* 1439. FESTUCA panicula stricta, locustis teretibus quadrifloris †

In monte Taveyanmaz, adfinis priori 1435. habitu foliorum, in reliquis notis tamen aliquid diversi habet. Locustæ non distichæ, neque tot flores continent, glabræ quidem,

(b) Gener. n. 82.

(c) SCHEUCHZER ad septem.

dem, sed violaceæ, cum splendore aureo admisso, aristis linearibus, ipso calyce argute mucronato, pene aristato. Folia glauca, dura, ad lineam luta. Panicula rara.

1440. FESTUCA foliis perangustis, locustis teretibus, quinquefloris, aristatis, oris membranaceis.

*Gramen alpinum, panicula duriore laxa, locustis majoribus* SCHEUCHZER. p. 287. t. 6. f. 9.

*Festuca panicula secunda scabra, spiculis sexfloris, aristatis, spiculis ultimo mucronato culmo semiterete* LINN. p. 109.

In alpidibus Aquilejensibus ubique, *Enzeindaz, Javernaz, Ovannaz, Nombrioux, Oberstafel, Stok*. In dorso montis *Suchet* legi. SCHEUCHZER in alpidibus Helveticis & Rhaeticis.

Foliorum perangustorum, & se convolventium, & retroverfu asperorum, ut in priori, cespites. Culmus pene nudus, a duabus ad octo (d) uncias altus, subteres, sulcatus, non constanter hinc convexus; inde planus; idem superne purpurascit. Paniculae raræ, non heteromallæ, sed brizæ potius similes. Locustæ vix supra decem, diu teretes, maturæ tamen distichæ, laxæ. Glumæ calycinæ inæquales, mucronatæ floralibus minores. Flores quatuor & quinque. Glumæ exteriores majusculæ, ex dorso aristam emittunt, ad duas lineas longam. Interniores acutæ. Color in ima gluma spadiceus, superne flavus, cum virore, splendens. Gluma exterior leviter subhirsuta, si microscopio usus fueris.

In pratis *du Val de Trient* altius & cubitale, panicula multilora reperitur, ut aliam plantam esse putes. Non tamen vere differt.

\* 1441. FESTUCA foliis perangustis, panicula stricta, locustis teretibus hirsutis, longius aristatis. *Emend. III. n. 141. †*

An *Gramen foliolis junceis, brevibus minus* SCHEUCHZER. p. 282. ob hirsutiem; non certe *BAUHINI*, cujus plura est vulgare junceum, radice nigra.

In mont. *Ansex, Jeman, Fouly, Javernaz, Richard*. Ad glacialia mont. *Stok, St. Bernhard*.

Folia perangusta, retrorsum ductu aspera, glauca, panicula stricta, inelegans, minima, secunda. Locustæ longiores, quam priori, & graciliores, sexfloræ, non majores tamen, ob minores glumas; aristæ triplo longiores, sesquilinea folliculum superant, cum in alpino 1439. dimidio breviores sint. In locusta villus manifestior.

1442. FESTUCA foliis perangustis, panicula stricta, locustis quinquefloris, subhirsutis.

*Gramina foliolis junceis brevibus majus, radice nigra* C. B. *Theatr.* p. 7. *Prodr.* n. 34. SCHEUCHZER p. 279. t. 6. f. 8.

*Festuca panicula secunda coarctata, aristata, culmo tetragono, nudiusculo; foliis setaceis* LINN. p. 108.

*Poa foliis setaceis panicula secunda glumis angustis aristatis* GMELIN. p. 107. Quo refert plerumque Gramina heteromalla SCHEUCHZERI.

Frequens in torfaceis, etiam locis ficcis, & in muris.

Radices nigrae, innumerabiles. Folia tenuissima, plana tamen, quartam partem lineæ lata, retroverfu aspera. Culmi cespitosi, pedales teretes, geniculis nigis, panicula parum sparsa, sere biuncialis, petiolis tamen ramosis, raro heteromalla. Locustæ totæ violaceæ, aut e violaceo virentes, de more juniores teretes, per ætatem distichæ, trifloræ, glabræ, ad microscopium sub apice paulam hirsutæ. Calyx similis, glumis inæqualibus mucronatis, florales glumæ aristatæ, aristæ lineam longa.

β. *Gramen Capillaceum locustellis pennatis, non aristatis* RAJ. *Hist. Syn.* III. p. 410. *PLUKNET.* p. 176. t. 34. f. 21. SCHEUCHZER. p. 276. t. 6. f. 6. J. J. SCHEUCHZER *It. I.* p. 39.

*Gramen aristatum, radiculis nigricantibus.*

& *Gramen* LOESEL p. 110. *lc.* 24. foliis tamen valde latis.

*Gramen*

(4) *Pedem* SCHEUCHZER.

H h h 2

*Gramen foliolis junceis, brevibus minus* C. B. *Theatr.* p. 73. ex icone.  
*Sheeps fescue* STILL. t. 8.

In torfaceis v. gr. prope Pümpfliz.

Omnino ab *α*. non differt, & promiscue aristas habet & non habet. Locustæ paulo minores, quinquefloræ, glabriores.

*γ*. *Gramen montanum, foliis capillacis longioribus, panicula heteromalla spadicea, & velut amygdalina* SCHEUCHZER p. 276. t. 6. f. 7. GMELIN. n. 40. p. 107.

SCHEUCHZERUS in monte *Albis & Uetliberg*.

Non puto aliter a *Festuca α*. differre, quam absentia aristarum. Omnia conveniunt, habitus junceus, locustæ violaceæ, grandiusculæ, quatuor ad sexfloræ; culmus bipedalis, in recente planta purpureus.

Non videtur esse *Festuca panicula flexuosa spiculis secundis inclinatis, submuticis, foliis setaceis* LINN. p. 109. Nostrum enim muticum est.

Ex isto, & ex paulo priori Gramine, oriuntur gramina prolifera, dum flosculus semen non maturat, sed foliola longa viridia producit.

Ergo ex 1442. nascitur

1442. *β. β.* *Gramen sparteum montanum, spica foliacea, gaminea major & minor.* RAJ. *Hist.* p. 1270. *Syn.* III. p. 410. t. 22. f. 1.

1442. *γ. β.* *Gramen panicula sparteum, alpinum panicula spadicea, uno plerumque versu disposita, spicata* J. J. SCHEUCHZER *It. V.* p. 457. f. 20.

*Gramen paniculatum sparteum alpinum panicula angusta, spadiceo viridi, proliferum* J. SCHEUCHZER p. 213. t. *Append. I.*

1442. *δ.* Alia juncei varietas est, dicta in *Emend. III.* n. 140.

*Gramen alpinum pratense, panicula laxa, locustis majoribus varietas pumila* SCHEUCHZER *Agrostograph.* p. 288. ex fide horti ficci.

Frequens in altioribus Alpium, in *Gemmio, Javernaz, Fouly, Enzeindaz, Richard, sur Champ.*

Folia pariter capillaria, ad caulem paucissima: nudus iste, vix quatuor unciarum.

Spica exigua, locustarum sex ad decem, quarum pleræque in petiolis unifloris. Locustæ distichæ, juncei graminis similes, folliculis tribus, quaternis, aristam lineæ longitudine emittentibus. Viridis est, & subhirsuta.

Hæc Gramina, dum juniora sunt, bonum ovibus pabulum præstant (e).

1443. **FESTUCA** foliis setaceis, panicula erecta, locustis glabris, longius aristatis. *Emend. III.* n. 142. *It. Helvet. I.* n. 5.

*Gramen festuceum myurum, minori spica heteromalla* BARRELIER *ic.* 99. PETIVER. *Gram Ital.* t. 5. f. 10. SCHEUCHZER p. 294. t. 6. f. 12. add. *Clar. HOFER. Act. Helvet. II.* p. 143.

*Gramen myrorum, spica longissima* *Hist. Oxon.* III. p. 215. S. 8. t. 7. f. 43.

*Festuca (Myuros) panicula spicata nutante, calycibus minutissimis, muticis, floribus scabris, longius aristatis* LINN. p. 109.

*Festuca scapo subspicato, composito, spiculis linearibus, arista recta* HOFER. l. c.

Cl. la CHENAL legit in agris macilentis, circa Basileam, & majorem varietatem ad *Wiesam.* Bernæ legi in muris sub *porta Marjiliana.*

Culmi cespitosi, a semipedalibus ad cubitales, sæpe violaceo colore tincti, longi, nudi.

Folia angusta, lineæ angustiora, se convolventia & exarescentia, ad caulem pauca.

Panicula longa, etiam semipedalis, strictissima, ad angulos peracutos ramosa,

in lætioribus nata petiolis ramosis constat, in macilentis inferius ramosis, superne

unifloris, sessilibus, heteromalla cæterum aut æqualis. Locustæ de more juniores

teretes, adultæ distichæ, paucifloræ, trium quatuorve florum. Calycis glumæ exi-

guæ, mucronatæ, inæquales, perinde, ut florales, ad lentem vitream subhirsutæ.

istæ acute mucronatæ aristam educunt, sæpe violaceam, tortilem, rectam, femun-

cialem, debilem. Ad Bromum accedit, cum arista vere ex nervo glumæ paulo

sub apice oriatur. Ita in nostris speciminibus.

1444. \*

(e) GARDINER *Abhandl. I.* p. 303.

IV. FLORE BIGLUMI. III. CALYCE BIGLUMI. 217

1444. FESTUCA locustis bifloris, mucronatis, confertis, imbricatis, paniculatis, in spicam congestis.

*Gramen spica cristata, subhirsutum* C. B. *Prodr.* n. 19. *Theatr.* p. 43. *Hist. Oxon.* III. p. 194. t. 4. f. 7. SCHEUCHZER p. 167. t. 3. f. 15. conf. G. MELIN. p. 93.

*Aira panicula spicata, calycibus subtrifloris, pediculis longioribus, petalis subaristatis, inaequalibus* LINN. p. 94.

Ad sicca, aspera, rupestria.

Culmi cubitales. Folia aspera, hirsuta, ad duas lineas lata, frequenter angustiora. Panicula contracta, pene spicata, alterne latior, densa & imbricata. Calyx flore brevior, glumis inaequalibus, in dorso hirsutis, mucronatis, cavis, compressis, viridibus, oris late albis, cum admista flavedine. Folliculi duo; sessilis; & petiolatus. Gluma exterior viridis, interior alba, utraque compressa, cava; aequalis: illa mucrone aristiformi, sub eo mucrone leviter subhirsuta.

1445. FESTUCA locustis bifloris, spicatis, calycibus glabris, floribus villosis. †

*Gramen Valesianum tenuifolium, panicula spicata, viridi argentea, splendente* SCHEUCHZER p. 169.

Ad margines agrorum Valesiae inferioris.

Simile priori, differt folio vix semilineam lato, convoluto, quasi junceo: spica magis compacta, conica, unciali, locustis multo obesioribus, gluma florali exteriori conspicue villosa, quae priori pene glabra, calyce glabro, cujus nervus in priori hirsutus & eminentior.

SESLERIA SCOPOLI p. 189.

ARDUINI *anim.* vol. alt. p. xviii.

Nostri calyx universalis bifolius, aequalis, mucronatus. Gluma floralis exterior (a\*) ampla compressa, mucronata, tridentata, in sinu suo amplectens alteram glumam, graciliorem, etiam tridentatam, sed obtusius.

Hoc caractere utraque species comprehenditur. A Cynosuuro multum differt. Possit cum Poa manere.

1446. SESLERIA locustis unifloris, imbricatis, calyce tricorni.

*Sesleria caerulea, culmo simplici, spica subcylindrica* ARDUINI p. xviii.

*Gramen glumis variis* C. B. *Theatr.* p. 158. cum ic. *Prodr.* n. 73. SCHEUCHZER p. 83. t. 2. f. 9. A. B.

*Cynosuurus bracteis integris* LINN. p. 106.

In rupestribus vulgo, circa Roche, & alibi, etiam au Prépoury. In alpes etiam praeltas adscendit.

Radix perennis, multiceps: folia radicalia firma, ad lineam, ad duas lineas lata. Culmus nudus, dodrantalis, inferne vaginosus. Spica congesta, imbricata, subovata. Locustae uniflorae, biflorae, etiam triflorae, compressae. Calyx universalis fit duabus glumis aequalibus, argenteis ex violaceo, linea violacea percursis, mucrone aristiformi. Gluma floralis exterior mucrone lato, in tres aristas similes terminato, ex albo & violaceo varia. Gluma interior aliquanto gracilior, violacea & alba, bicornis. Semen hirsutum, tubam & stamina extra flosculum dimittit.

Circulos aridos, quos strigibus tribuunt, ab hoc Gramine LINNÆUS derivat (a).

\* 1447. SESLERIA locustis quinquefloris, distichis, calyce tridentato. *Emend.* III. n. 16. †

Au *Sesleria sphaerocephala, caule simplici nudo, spica subrotunda involucreta* ARDUINI p. XX. t. 2?

Nostri subrotunda quidem, sed evidenter disticha, neque habet involucreum universale diversum a simili prioris speciei involucreo.

In

(a\*) Est corolla exterior ARDUINI.

(a) *Olanika vesu.* p. 69.

In monte *Bernina* ab A. THOMA, in *Speluga* a Cl. la CHENAL lecta.

Caulis imus vaginatus, cætera nudus, dodrantalis. Folia glauca, dura, unam tertiam partem lineæ lata, fulco divisa, radicalia. Spica disticha, locustis paulum se contigentibus fere duodenis, quæ priori numerosissimæ. Quæque locusta & ipsa, disticha, quinqueflora. Calyx universalis brevior, quam priori, duabus glumis fit nitentibus & mucronatis, æqualibus. Calyx peculiaris ex glumia lata, cava, in rostrum mucronatum simplex terminata, sub quo denticulus brevis est. Continet similem folliculum ut in *varia*. Calyces primi nitentes albi, ultimi violaceo distincti.

## P O A.

P O A LINNÆI n. 83.

&amp; BRIZA LINN. n. 84.

Ægre a *Festuca* separari potest. Aristæ in utraque & reperiuntur, & desunt: glumarum obtusa figura in *Poa* non perpetua est. Margo subscariosus [membranaceus ficcus] in *Festucis* vulgo reperitur. Vix superest, nisi habitus minus teres, perpetuo distichus, hætenus obtusior. A *Briza* nullo vero signo distinguitur. Locustæ in *Graminibus* tremulis cordiformes, sed *Briza* 5. LINNÆI p. 103. seu *Eragrostis* neque ab *Eragrostide* minori ullo modo divelli potest, quam LINNÆUS inter *Poas* habet, neque a *Gramine* paniculato palustri, aliisque distichis.

## I. P O A P O L Y A N T H A E

## D I S T I C H A E.

1448. P O A petiolis tenuissimis, locustis ovatis.

*Ægiops* TRAG. p. 670.

*Gramen leporinum, Gramen tremulum* TABERNEMONT p. 231.

*Gramen tremulum vulgare minus, locustis rotundioribus* Hist. Oxon. III. p. 205. t. 6. f. 45.

*Gramen tremulum seu Phalaroides minus, lata sparsa panicula* BARRELIER. ic. 16. MONTI ic. 39.

*Gramen tremulum majus* C. B. Theatr. p. 22. SCHEUCHZER. p. 204. t. 4. f. 8.

Icon OEDERI t. 258.

*Briza spiculis ovatis, calyce flosculis brevior* LINN. p. 103.

In omnibus pratis ficcis & humidis vulgare.

Culmus pedalis, cubitalis. Folia ad sesquilineam & duas lineas lata, glabra, retro-versu aspera. Panicula latet aliquantum in vagina folii; deinde prodit rara, triangularis, pedicillis minutissimis, unde *G. tremuli* nomen. Locustæ ovatæ, imbricatis flosculis, fere novenis, etiam septenis. Gluma exterior ampla, ovata, oris membranaceis albis: interior (b) angusta & acuminata. Calycis glumæ floralibus similes, acuminatæ: interior paulo minor.

? 1449. P O A petiolis tenerrimis, locustis triangularibus.

*Gramen tremulum minus, panicula parva* C. B. Prodr. n. 9. Theatr. p. 24. SCHEUCHZER. p. 205. t. 4. f. 9.

*Briza spiculis triangularibus, calyce flosculis longior* LINN. p. 102.

SCHEUCHZERUS in montanis & alpinis legit. C. B. in pratis nostris, quo quidem nimis vago titulo videtur fateri, varietatem se vidisse prioris 1448. minorem & minus sparsam. Neque enim unquam vere diversam in Helvetia vidi.

Quam e calidis regionibus habui, ea humilis, dodrantalis, foliis est linea angustioribus, panicula sparsa, pedicillis longis & teneris, locustis minoribus subviolaceis, calycis glumis ovatis, cavis, ejusdem cum floralibus longitudinis, floribus quinis, senis.

Ex herbario C. B. varietatem vulgati habeo.

*Majus* nondum reperimus.

1450.

(b) Semen & tubas plumosas depingit Cl. BAKER. Phil. Transf. n. 457.

\* 1450. POA locustis distichis decemfloris, calycibus acutis.

*Gramen Phalaroides, sparsa Brizæ panicula, minus* BARRELIER ic. 44. n. 11.

*Gramen paniculis elegantissimâ minimum* J. R. H. SCHEUCHZER. p. 192. t. 2. f. 2.

*Gramen tremulum minus, locusta deltoide* Hist. Oxon. III. F. 8. t. 6. f. 47.

*Poa panicula patente, pedicellis flexuosis, spiculis serratis, decemfloris* LINN. p. 100.

Vere minimi nomine dignum, vix biunciale, copiose reperi ad ripam lacus Lemani, prope Villeneuve, qua via regia lacum sequitur. Majus & altius circa Basileam Cl. la CHENAL ad sepem viarum aggeres, & in arenosis.

Culmi ad radicem bulbosi, debiles, in majori tamen varietate cubitales, erecti. Folia ad lineam lata, glabra, non aspera. Panicula ramosissima, pedicellis perteneris, flexuosis. Locustæ erectæ, tenellæ, subviolaceæ, primæ quinquefloræ, inde septifloræ, & denique supremæ novemfloræ, eleganter imbricatæ & distichæ. Calycis glumæ parvæ, floralibus minores, inæquales, lanceolatæ: sic florales.

β. *Gramen paniculis elegantissimis majus, locustis purpuraspadiceis minoribus* SCHEUCHZER. p. 193. t. 4. p. 13. GMELIN. p. 106. n. 40. Est exemplum Junius plantæ elatioris.

Maximum in Helvetia non repertum est. Ex Hungaria habui, obtusioribus flosculis & vigenis, calyce etiam minori & acuminato, ut nostra.

1451. POA foliis latis, asperis, locustis teretibus muticis, glumarum oris membranaceis. Cl. SCHREBER *Gräser* T. 2.

*Gramen loliacetum, panicula multiplici & spicata* J. R. H. SCHEUCHZER p. 200. t. 4. f. 6. Hist. Oxon. t. 2. f. 1.

*Festuca panicula secunda ramosa erecta, spiculis subaristatis exterioribus teretibus* LINN. p. III. HUDSON. p. 37. ex fide plantæ siccæ HUDSONI & denuo est.

*Festuca panicula erecta, spiculis linearibus muticis, foliis planis* HUDSON. p. 37.

*Poa panicula stricta, spicis oblongis erectis, paucifloris, saepe aristatis* GMELIN. p. III. ob locustas paucifloras.

In aquosis, & ad vias. Au Prépotury.

Culmi bipedales, ad quatuor pedes. Folia ad duas lineas & ultra lata, retroversa aspera, fulcata. Panicula magna, laxa, saepe ad alterum latus inclinata. Locustæ teretes, sexfloræ & octifloræ, acuminatæ, per ætatem distichæ, glabræ. Glumæ calycis argute acuminatæ, inæquales. Glumæ florales ex pallido & violaceo variae, oris albis, ficcis; exterior argute mucronata; interiores acutæ (b\*).

β. *Gramen paniculatum elatius, paniculis spicis muticis squamosum* SCHEUCHZER. p. 202. ab ipso auctore datur pro varietate, & in herbis ficcis omnino non diversum est. Quare cum *Festuca* 1433. evidentissime ab ista differat, vel latis glumarum alis ficcis, & aristatis glumis, ea planta in SCHEUCHZERI opere desiderabitur, inque LINNÆI.

*Festuca pratensis* HUDSONI a nostro non differt, ut ex ejus specimine video. Ut autem se synonyma habeant plantæ 1433. & 1451. certo tamen differunt.

\* 1452. POA locustis distichis, spicatis, muticis. †

Annon *Festuca spicata, spicatis, alternis, compressis, muticis* HUDSON p. 38?

Passim reperi ad vias, & ex Germania a Cl. WILlich habui. Cl. MIEG in pratis humidis circa pontem Bisæ & circa Mutetum.

Vel insignis est *Festuca* 1451. varietas, vel propria planta.

Multo humilior, foliis lineam latis, glabris, culmo cubitali, geniculis faturate virentibus. Spica vera, nempe petiolis non ramosis, sed oblongis tamen, & plerumque, inferne certe geminis; supremæ solitariae sessiles. Fabrica prioris 1451. etiam color violaceus, & ora alba glumæ interioris folliculo, & numerus florum in una locusta. Mutica omnia.

1453. POA locustis teretibus multifloris, glumis floralibus, exterioribus truncatis, interioribus bifidis.

*Gramen aquaticum fluitans, multiplici spica* C. B. *Theatr.* p. 41. SCHEUCHZER. p. 199. t. 4. f. 5.

*Gramen*

(b\*) SCHEUCHZERI octifloræ.

*Gramen loliaceum frutans. spica longissime divisa* Hist. Oxon. III. p. 183. S. 8. t. 3. f. 16.  
*Gramen miliaceum aquaticum, Brizæ locustis, semine rufo.* BARRELIER. ic. 7.  
*Flote fescue* STILLINGFLEET. ic. 10.  
*Festuca panicula ramosa erecta, spiculis subsessilibus, teretibus, muticis* LINN. III.  
 Icon OEDERII t. 237. SCHREBERI t. 3.  
 Icon LOESELII ic. 21. mala est, locustis nimis brevibus.

In foliis ubique.

Caulis procumbens, longus, ramosus. Folia glabra, mollia, nervo & oris asperis, ad duas & tres lineas lata. Panicula longa, laxa, fit alternis locustis decemfloris, teretibus, pene uncialibus, in petiolis simplicibus, sæpe tamen ramosis. Calycis glumæ ovatæ, breves. Sic folliculi glumæ exteriores, latæ, lineatæ, truncatæ, e viridi pallentes, ora suprema alba. Interior gluma apice fissio. Maturæ eadem distichæ fiunt.

Nuper compertum est, Gramen Mannæ (c), cujus semen in cibum recipitur, dulce, gratique saporis, non esse, uti putabatur, Gramen dactylon, sed omnino nostram Festucam (d). Solet in Germania septentrionali cum lacte coqui (e), id tamen vitii habet, quod alvum siccet (f). Grana ei magna (g). Etiam coli lego (h), nostris negligitur.

Hæ LINNÆANÆ Festucæ omnino, cum perpetuo muticæ sint, rectius inter Poas manent.

1454. POA altissima, foliis latissimis, panicula amplissima, locustis distichis, multifloris.

*Gramen palustre paniculatum altissimum* C. B. Theatr. p. 38. SCHEUCHZER. p. 191. t. 4. f. 1.

*Gramen paniculatum aquaticum latifolium* Hist. Oxon. III. p. 201. t. 6. f. 25.

*Gramen phalaroides palustre, arundinaceum, radice amplissima* MONTI ic. 38.

*Poa panicula diffusa, spiculis sexfloris, linearibus* LINN. p. 98.

In Broja fluv. in foliis circa Biennam & Ebrodunum C. B. circa Crenzsch & Michelfelden, infra Neudorf.

Ex altissimis Graminum nostratum, sepedale, foliis in aquis latissimis, ad semuncem & ad unciam, glabris, oris & nervo asperis, in siccioribus multa angustioribus. Panicula ramosissima, maxime multiflora, pedalis. Locustæ, quam frequentibus, majores, distichæ, sexfloræ (i), octifloræ, imbricatæ, colore ex spadiceo & viridi misto. Calycis glumæ latæ & breves, ovatæ, mucronatæ, albæ. Glumæ florales exteriores lineatæ, latæ, lanceolatæ, interiores mucronatæ potius longiores. Petioli glabri.

Bono cum successu coli in paludibus humidis, & bonum dare scenum LINNÆUS (k).

1455. POA culmo compresso, declinato, locustis distichis, sexfloris.

*Gramen caninum vineale* C. B. Theatr. p. 11.

& *Gramen murorum, radice repente* EJUSDEM Prodr. n. 2.

*Gramen paniculatum, radice repente, culmo compresso* VAILLANT. p. 91. t. 18. f. 5.  
*locustis distichis, pulchellis* SCHEUCHZER. p. 198. GMELIN. n. 36. p. 103.

*Gramen Loliaceum procumbens, caulibus compressis, paniculis rigidiusculis* MONTI ic. 10.

*Poa panicula secunda, coarctata, culmo biquo compresso* LINN. Gotlindsk. resa. p. 178.

Ubique reperit SCHEUCHZERUS. Ego passim in muris, inque viis, ut in argillæ fodinis versus Pümpfliz. Ad Wiesum Basileæ in arenosis.

Culmi semidecumbentes, plani, tamen duriusculi. Folia glabra, ad unam lineam lata. Panicula stricta, parum sparsa, pauciflora. Locustæ pulchellæ, distichæ, sexfloræ, firmulæ, magna parte sui spadiceæ. Calycis glumæ minores, acuminatæ. Glumæ florales majores, cavæ, mucronatæ, mucrone albo.

1456. POA latifolia, culmo debili, locustis quadrifloris, calycis glumis æqualibus, floralium dorso fericeo.

*Gramen alpinum majus, panicula speciosa, variegata* SCHEUCHZER. p. 186. tab. app. 3. Non

(c) ELSHOLZ Tiebbuch. p. 15.  
 (d) C. A. V. BERGEN Flor. Francof. p. 321. CAR-  
 THEUSKE. de aere, aqua & locis Francof. p. 15.  
 BECMAN. Märk. Hist. p. 701. LINN. Skonska resa  
 p. 149. RAYGER For. Gedan. I. p. 52. II. p. 43.  
 SCHREBER I. c. p. 37.  
 (e) ELSHOLZ.

(f) IDEM.  
 (g) BRENNARD. Wies. p. 234.  
 (h) BECMAN Märk. Hist. I. p. 677.  
 (i) Flores a tribus ad sex Cl. MULLER Flor. Fri-  
 drichsdal p. 16. plerumque tamen quinque.  
 (k) Flor. Suec. p. 73.



Non est *Gramen Loliaceum panicula variegata*, radicibus bulbosis MONTI ic. 13. ob locustam hujus minimam.

*Poa panicula diffusa, ramosissima, spicula sexfloris cordatis* LINN. p. 99.

β. Foliis longioribus incurvis, de flore eminentibus, ex glumis productis, cum femine abortivo (1), ceterum pulchris ex violaceo & flavo variis locustis.

*Gramen montanum, spica speciosa graminea* J. J. SCHEUCHZER. It. Alp. p. 38. t. 4. f. 2.

*Gramen alpinum latifolium, panicula laxa, foliacea, foliolis in panicula paucioribus & magis crispis* J. SCHEUCHZER. agrostograph. p. 22. t. 4. f. 14.

Vulgo in alpinis & montosis optimum Gramen, neque varietas prolifera rara, ut in *Creux du Vent*.

Culmus quidem humilis, vix unquam pedalis, totus vaginofus. Folia lata, ad duas lineas, mollia, glabra retroversu non aspera. Panicula densa, multiflora, imbricata. Locustæ a quatuor ad septem & octo flores habent, & in hac classe maximæ sunt, ex violaceo, luteo & albo variæ, ut tamen etiam virides viderim. Glumæ calycinæ latæ, floralibus æquales, argute mucronatæ, pene aristatæ: Florales similes, subhirsutæ, inprimis in linea alba, quæ convexitatem percurrit. Satis frequenter in eadem panicula & veros flores reperi fertiles, & alios abortivos.

γ. *Gramen pratense paniculatum, minus rubrum* SCHEUCHZER. agr. p. 190. Synonymum C. B. non bonum puto, qui de vulgari planta dicat: Sic neque TABERNÆMONTANI iconem p. 207.

*Gramen paniculatum elegans, paniculis ex spadiceo viridi & argenteo variegatis* SCHEUCHZER. Prodr. p. 20. T. III.

In alpinis, ut in monte *Rothenhorn*, *Sulz*, *Glüttsch Egg*, *Hohrein*, supra vallem *Kienthal*, aliisque montibus ejus regionis; in pratis circa *Praborgne* &c.

Cum præcedente plurima habet similia, differt foliis perangustis, semilineam latis, neque lineam unquam superantibus; culmo rectiori, dodrantali, fere purpureo; panicula multo rariori, pauciflora, ad octo, decemve locustas habente. Locustæ quaternæ, distichæ, imbricatæ. Calycis gluma altera perangusta, utraque acute mucronata. Basis folliculi multo uberiori & albo serico tecta. Glumæ calycinæ & florales pene totæ sanguinei saturati coloris, ora & acumine albo.

Vicina priori, ut omnibus computatis separare nolim.

Quæ sequuntur *Poæ*, etsi vulgarissimæ, tamen difficillimæ sunt, ut quisque auctor ab omnibus aliis, denique a seipso dissentiat.

1457. POA caule recto, panicula rara, folliculis trifloris, basi dorsoque villosis. †

*Gramen alpinum, paniculatum minus, panicula spadiceo viridi elegans* SCHEUCHZER. p. 163. tab. Prodr. 4.

*Gramen paniculatum alpinum parvum, panicula spicata, spadiceo viridi elegans* J. J. SCHEUCHZER. It. VI. p. 457. t. 6. f. 16.

In pratis altioribus alpium.

Culmi semipedales & ultra, debiles. Folia tenera, ad unam denique lineam lata, plerumque angustiora. E geniculo culmi supremo, foliolo suo vestita, panicula sparsa, uncialis & ultra. Calycinæ glumæ inæquales, mucronatæ, major floralibus æqualis. Flores tres, in iis quos vidi mucronati, ad basin & in dorso villosi. Proximum Gramini 1456. magnitudine locustæ adfines, paucitate florum diverforum.

\* 1458. POA panicula sparsa, locustis quadrifloris, folliculis villosis. †

An *Gramen loliaceum paniculatum vulgare, panicula minus expansa* MONTI ic. 9? cui locusta quinqueflora convenit.

An *Poa spiculis ovatis, compressis, muticis, flosculis lanuginosis* GMELIN. I. p. 103.? Potest.

In monte *Fouly*, circa *les Plans*, &c.

Non potest esse *Poa trivialis* LINN. ob culmum erectum, locustam quinquefloram. Culmus latus, sed debilis, infractus & declinatus, deinde erectus, qua nota a *Poa juncea* differt, denique cubitalis. Folia ad lineam lata. Panicula junior collecta, imbricata.

(1) Gramina in alpinis sæpe vivipara MONTIN. Lap. p. 2.

imbricata, adulta valde laxa & sparsa. Flores ex maximis, post priorem 1457. Calycis glumæ acutæ, floralibus minores, altera angustior. Flores quatuor, etiam quinque, gluma exteriori ad basin villosa, & in tota longitudine, apice albo, non acutissimo. Totus flos ex viridi spadiceo & aureo varius. A priori tamen evidenter vel sola longa & laxa panicula differt.

A *Poa annua*, cujus habitum imitatur, differt locustis quadrifloris, glumis villosis.

\* 1459. POA juncea, culmo recto, locustis quadrifloris, floralium dorso sericeo. † Accedit ad *Gramen caule compresso* modo descriptum n. 1455, sed evidentes notas habet discriminis: An. 1468. numero flosculorum separatur.

In alpebus Valesiæ superioris, circa *Praborgne*, in monte *Taveyannaz*.

Culmi pedales, cubitales, duri, erecti, pene lignescens, quando emarcuerunt. Folia glabra, tertiam lineæ partem lata. Panicula stricta, pauciflora, inelegans, disticha, ut non alia magis pauciflora sit. Squamæ calycinae grandes, altera glumis floralibus major, argute mucronata, pene aristata. Flosculi quatuor, etiam quinque & sex, virides, mucrone albo obtusiori, gluma exterior basi hirsuta, minor quam in 1456. n. 7. Violaceus color seadmiscet, & in calycem, & in florem, sed absque splendore.

1460. POA foliis duris, se convolventibus, locustis quadrifloris villosis.

*Gramen pratense paniculatum majus, angustiore folio* C. B. *Theatr.* p. 29. *Prodr.* n. 5.

J. B. SCHEUCHZER p. 178. t. 3. f. 17.

*Poa panicula diffusa, spiculis quadrifloris, pubescentibus, culmo erecto, tereti* LINN. p. 34.

In pratis ficcis & lapidosis, desertis locis. Basileæ in pratis.

Radix reptans, stolonifera. Culmus ex altissimis hujus ordinis, tripedalis, firmus cæterum. Folia perangusta cis lineam lata, convoluta, ut setacea videantur. Panicula angusta, non mediocriter multiflora. Locustæ parvæ, inelegantes, quadrifloræ, etiam quinquefloræ, virides & spadiceæ. Calycis glumæ floralibus minores. Istæ villosæ, basi & dorso, ex viridi spadiceæ.

In monte *Richard* varietatem proliferam reperi (m).

1461. POA foliis bulbosis, panicula diffusa, locustis quadrifloris, folliculis subvillosis.

*Gramen Xerampelinum, miliacea pratensis panicula* SCHEUCHZERI p. 185.

*Gramen vernum, radice Ascalonitis* VAILLANT. t. 17. f. 1.

β. Varietas prolifera.

*Gramen arvense angustifolium, panicula densa, foliacea, foliolis in panicula angustissimis*

SCHEUCHZER. p. 211. t. 4. f. 13. A. B. C.

*Gramen arvense panicula crispata* C. B. *Prodr.* n. 6. *Theatr.* p. 32. PETIVER. t. 4.

*Janubina foliis geniculatis minus* BARRELIER. ic. 703.

& *Majus* BARRELIER. n. 1. PETIVER. *Gram. Ital.* t. 4.

& *Proliferum crispum majus* BARR. ibid.

*Gramen montanum, panicula foliacea crispata brevior* HIST. OXON. p. 200. t. 5. f. 14.

*Poa panicula secunda patentiuscula, spiculis quadrifloris* LINN. p. 102.

C. B. in agris ficcisque locis, ad ripam Rheni, *Wiesæ*, & circa *Munckenstein*. J. B. circa *Telonium*. Bernæ reperi auf dem *Weilerfelde*, sed in pago *Vaudensi* abundat. In ipso pagulo *Sales*. Rupe in aggeribus à *Peau Froide*. Intra arcem *St. Tryphon* in muris. In pago *Gonthey* Valesiæ.

Foliorum conferti ad radicem fasciculi bulbillos æmulantur. Folia angusta, ad lineam usque lata. Culmi teretes, pedales & ultra. Panicula diffusa, singulari habitu glauca. Calycis glumæ omnino aristatæ. Folliculi tres, quatuor (n) mucronati, etiam aristati. Imi subvillosi sunt, supremi glabri, virides, ora alba.

Intimi folliculi, unus & alter, amant degenerare in longum, curvum, de flore prodeuntem, violaceum, conum.

1462. POA panicula diffusa, locustis trifloris, villosis.

*Gramen pratense paniculatum majus, foliis præter culmum angustioribus, in culmo latioribus* SCHEUCHZER p. 103. t. 3. f. 17. C. A.

Fos

(m) *Emend.* III. obs. 1291

(n) Etiam quinque SCHEUCHZER.

IV. FLORE BIGLUMI. III. CALICE BIGLUMI. 223

*Poa panicula diffusa, spiculis quinquefloris, glabris, culmo erecto, tereti* LINN. p. 99.  
ob flores numerosos.

In pratis ubique, optimum pabulum. In aggere armamenti navalis SCHEUCHZER.  
Basileæ ad agros pinguiore.

Radix fibrosa, stolones teretes, reptantes, ut in n. 1458. Culmus præaltus, tripedalis,  
geniculatus, ad terram infractus. Folia concava, ad sesquilineam lata, retro-  
versu peraspera, radicalia lineam lata. Panicula diffusissima, maxime multiflora,  
sed floribus minoribus, inelegantibus, viridibus, trifloris. Calycis glumæ parvæ,  
inæquales, altera adeo arguta, ut aristata videatur. Florales virides, albo mu-  
crone, paulum ad basin villosæ, & quam prioribus minores. Duritas in tota  
planta est (o).

\* 1463. POA culmo recto, locustis trifloris, glaberrimis, calycibus aristatis. †

*Poa panicula erecta, spiculis trifloris glabris, corollis acuminatis, calyce duplo longioribus*  
GERARD. p. 9. t. 2.

Cl. DICK ex itinere Rhætico.

Tot cum Poas recensuerimus, nulli fati convenit. A *media* differt locusta triflora, a  
*majori eadem*, a *G. paniculato* 1462. habitu perfecte glabro.

Culmus rectus, cubitalis, teres. Folia ad duas lineas lata. Panicula ex ala folii, ut  
priori, sed tota diversa, majoribus floribus, totis glabris, calyce striato, fol-  
liculis floralibus minori, tamen etiam aristato, floralibus mucronatis, absque villo;  
hæc omnia viridia sunt, mucronibus spadiceis.

1464. POA stolonifera, locustis trifloris, folliculis villosis. †

*Gramen pratense paniculatum medium, angustiore folio* SCHEUCHZER. p. 181. No-  
men repetit Cl. GMELIN. p. 104.

In monte *Fouly*, aux *Plans*, &c.

Radices reptantes subinde edunt novos dracones, squamatis, oblongis capitibus termina-  
tos, novos caules reddituros, ex qua nota cognoscitur. Culmi erecti, cubitales,  
compressi. Folia radicalia lineam lata, caulina pauca. Panicula multiflora, non  
valde sparsa. Locustæ pulchellæ, distichæ, trifloræ, spadiceo tinctæ, apicibus al-  
bis. Calyx inæqualis, floribus brevior. Gluma floralis exterior basi & dorso  
villosa.

1465. POA panicula diffusa, locustis trifloris, glabris.

*Gramen paniculatum pratense majus* C. B. *Theatr.* p. 28. cum ic. SCHEUCHZER.  
p. 177. t. 3. f. 17. A.

*Great Meadowgrass* STILLINGFLEET. p. 16.

Huc culmi recti, absque stolonibus, tripedales, teretes. Folia lineam, & ultra lata;  
retroversu aspera. Panicula diffusa, maxime multiflora, sed locustis minimis,  
multo, quam in priori, minoribus, ex viridi & albo variis. Locustæ bifloræ,  
etiam trifloræ, glabræ. Calyx glumis floralibus minor; istæ latiores, ovatæ.  
mucronatæ, ora alba. Petiolus alterius flosculi villosus, dorsum & basis utrius-  
que subvillosa.

A *minori* 1466. non differt, nisi habitu recto & firmo, panicula diffusa.

1466. POA culmo infracto, panicula triangulari, locustis trifloris, glabris.

*Gramen pratense paniculatum minus* C. B. *Theatr.* p. 30. 31. SCHEUCHZER. p. 189.  
t. 3. f. 17. E. add. GMELIN. p. 102.

*Annual Meadowgrass* STILLINGFLEET. t. 7. bene.

β. Huc omnino revoco, cum *J. B. Gramen rubrum* TABERNEMONT. p. 207.  
J. R. H. non vero SCHEUCHZERI.

γ. Idem est *Gramen caninum spinum minus* C. B. *Theatr.* p. 13. ex fide horti sicc.

& δ. *Gramen pratense paniculatum medium* C. B. *Theatr.* p. 30. SCHEUCHZER.  
p. 180. ob ramos oppositos.

α. *Poa panicula diffusa, angulis rectis, spiculis obtusis, culmo obliquo compresso* LINN.  
p. 99. HUDSON. p. 34.

K k k 2

Locis

(o) SCHEUCHZER. etiam 4. & 5.

Locis ficcis & ad vias vulgo.

Caulis compressus, lateribus acutis, semiprocumbens, cespitosus, dodrantalis. Folia brevia, glabra, ad duas lineas lata. Panicula densa, imbricata, triangularis, primis petiolis pene conjugatis. Locustæ trifloræ, quadrifloræ. Calycinæ glumæ breviores. Glumæ florales glabræ, ad lentem vitream visæ leviter villosæ.

1467. POA panicula stricta, locustis bifloris, calycibus aristatis, folliculis villosis.  
*Gramen paniculatum aquaticum, angustifolium, panicula speciosa, locustis parvis* SCHEUCHZER. p. 184.

*Gramen palustre, panicula speciosa, non C. B. cujus laminulæ aliud gramen indicare videntur, sed Hist. Oxon. III. p. 201. t. 6. f. 17.*

*Poa panicula diffusa, spiculis subtrifloris, foliis subtus scabris* LINN. Spec. p. 98.

In aquosis passim. Tiguri ad marginem fossæ civitatis minoris. In aquosis montis Luan legi.

Culmus tripedalis. Folia retroversu aspera, ad duas lineas lata. Panicula diffusa, femipedalis, maxime multiflora. Locustæ exiguæ, pulchellæ, acuminatæ, bifloræ. Glumæ calycinæ lineatæ, aristatæ. Glumæ florales villosæ, mucronatæ, ex spadiceo variz.

In plantis ficcis SCHEUCHZERI alia planta, (panicula arundinacea), cum hoc nomine continetur.

1468. POA panicula stricta, locustis bifloris, folliculis basi villosis. †  
*Gramen paniculatum angustifolium, montanum, panicula densa, locustis parvis, muticis* SCHEUCHZER p. 180.

In monte Legerberg. Circa Basileam Cl. la CHENAL. In muris, ut in pago Agy.

Culmi recti, duri, geniculis nigris: sic folia, recta, ad lineam, ubi latissima, lata. Panicula rara, parum diffusa, violacea, cum virore admisto, & aureo splendore in summo folliculo. Locustæ bifloræ. Glumæ calycinæ inæquales, argutæ, mucronatæ. Folliculi tres, acuminati, in basi villosi. Dura omnia. A 1456. differt locusta quadruplo minori, triflora.

Ita mex. In SCHEUCHZERI plantis panicula amplissima, maxime multiflora: flores virides exigui; locustæ bifloræ, aut trifloræ, petiolo flosculi alterni, dorso paucò villo adperso.

1469. POA culmo debili, panicula nutante, locustis bifloris, folliculis subvillosis.  
*Gramini canino vineali simile, angustioribus foliis, paniculis minoribus non aristatis* J. J. SCHEUCHZER. It. II. p. 135. t. 18. f. 3.

*Gramen Loliaceum alpinum, paniculis ex varioribus & exiguis locustis compositum* MONTI p. 39. ic. 12.

*Gramen paniculatum angustifolium alpinum, locustis varioribus & angustioribus non aristatis* J. SCHEUCHZER. agrostograph. p. 164. tab. prodr. 2. GMELIN. I. p. 95.

β. Varietas circa genicula funiculis flavis abduris succincta.

*Gramen cirrhosa & villosa spongiola & ad singula genicula donatum minimum alpinum* BOG-CONE mus di piant. p. 70. t. 69. J. J. SCHEUCHZER. It. I. p. 38. t. 5. f. 1.

& fere idem nomen *Gramen cirrhosa & villosa spongia, ad singula genicula donatum, paniculatum alpinum* J. SCHEUCHZER. agrostograph. p. 165.

*Poa paniculata adtenata, spiculis subbifloris, mucronatis, scabris, culmo incurvo* LINNÆI p. 102.

SCHEUCHZER circa thermas fabarias & in monte Legerberg. Ego Bernæ in dumetis, in monte Ovamas, &c. Sic varietas β. etiam Gottingæ; in Val de Lie.

Culmus debilis, semiprocumbens, ulnaris. Folia glabra, dimidiam lineam lata. Panicula rara, debilis, vaga. Calycinæ glumæ lineatæ; ora late alba; exterior & major aristata. Folliculi duo, virides, oris albis, & apice, exteriori gluma levissime villosa. Spongiola est insecti opus (p).

\* 1470. POA panicula laxa, locustis bifloris, floribus calyce duplo longioribus, glaberrimis. †

Inter Salanche & Chamoury Nob. de SAUSSURE.

Culmus

(p) GOUAN. p. 45.

Culmus tripedalis erectus. Folia glabra, ad tres lineas lata, retroducto digito aspera. Panicula pedalis, non valde sparsa, valde rara: petiolis ramosis, longe nudis. Petioli laxè ramosi. Calycis folia duo inæqualia, mucronata. Flores bini, duplo calyce longiores, sessiles & petiolati. Glumæ æquales longæ, graciles, lineatæ, mucrone albo. Tubæ grandes plumosæ. Omnia viridia, glabra, mutica. Locustæ multo, quam toti huic generi majores. Facies Avenæ, sed absque omni arista.

1471. POA locustis, bifloris; glabris, florali glumâ majori plicata, serrata.  
*Gramen caninum, supinum, paniculatum, dulce* C. B. *Prodr.* n. 2. *Theatr.* p. 12.  
*Gramen miliaceum aquaticum* RAJ. *Syn.* SCHEUCHZER. p. 176. VAILLANT. p. 89. t. 17. f. 7.

*Aiza foliis planis, panicula patente, floribus levibus muticis, calyce longioribus* LINN. p. 95.  
 Vulgo in foliis; Bernæ in vallecula *Marsiliana*. Infra *Michelfelden*.

Culmus erectus, dodrantalis, pedalisque. Folia glabra, ad duas lineas cum dimidia lata. Panicula diffusa, laxa, verticillata. Locustæ minimæ, quasi truncatæ. Calyx exiguus, bifolius, acuminatus. Folliculus unus, duove, sæpius duo; glumâ exteriori lata, violacea, apice albo, lato, plicato & serrato.

1472. POA panicula laxa, locustis nutantibus, dianthis, alterno flosculo imperfecto.  
*Gramen avenaceum, locustis rubris montanum* C. B. *Theatr.* p. 154. 155. *Prodr.* n. 71. SCHEUCHZER. p. 171. f. 16. D. E. F. *paniculatum*.

*Gramen avenaceum montanum, locustis rubris* RAJ. *Hist. Oxon.* III. p. 215. t. 7. f. 48. bene. MONTI ic 71.

β. *Gramen avenaceum, locustis ravioribus* C. B. *Theatr.* p. 155. *Hist. Oxon.* III. p. 215. t. 7. f. 49.

γ. Junius exemplar viridi flore, & panicula angusta.

*Gramen montanum, spicatum* CLUS. *Pannon.* p. 716. 717. *hist.* p. CCXVIII.

*Gramen montanum avenaceum spicatum* C. B. *Theatr.* p. 153. 154. *Spica heteromalla*.

ε. γ. *Melica petalis imberbibus, panicula nutante simplici* LINN. p. 98.

*Melica vitans* SCHEUCHZER. p. 62. t. 6.

In nemoribus Helvetiæ vulgo, maxime circa Bernam. In monte *Albio* SCHEUCHZER.

Culmus pedalis. Folia ad duas lineas lata, retroversu aspera, glabra. Panicula rara, etiam mere spicata, ad unum latus conversa, petiolis longis, paucifloris: locustæ obtusæ. Calyx ex spadiceo purpureus, inæqualis. Flos paulo calyce brevior, cartilagineus, virens. Ejus duæ glumæ ad eundem sensum cavæ, duræ. Inter utramque semen & stamina: in cavea vero glumæ exterioris petiolus, cum imperfecto flosculo, qui caveam anteriorem ejus glumæ replet (p\*). Eiusmodi immaturi flores in omnibus Graminibus (q) frequentes reperiuntur. Duo etiam flores perfecti adfuerunt, imperfecti duo, ita SCHEUCHZER; & tres demum perfecti, cum imperfecto, GMELINO auctore.

II. P O Æ M O N A N T H Æ.

AGROSTIDIS LINN. n. 80.

SPECIES MUTICÆ.

Ob numerum solum non posse monanthas separari ex avena SCHEUCHZERIN. 1492. vincitur, quæ modo uniflora est, modo biflora.

1473. POA stolonifera monantha, calycibus leviter exasperatis.  
*Gramen montanum miliaceum, radice repente* RAJ. *Syn.* III. p. 402.

*Gramen caninum supinum minus* SCHEUCHZER. p. 128. & VAILLANTII, non autem C. B.

*Agrostis panicula ramis divaricatis, muticis, culmo ramoso, repente, calycibus æqualibus* LINN. p. 93. Conf. RAYGER. p. 76.

In herbario HAGENBACHII fuit cum nomine *canini vinealis*.

Ad

(p\*) SCOPOLI p. 198.

(q) De Triticis monet Cl. HOFER. l. c. p. 139.

Ad vias abunde; etiam in Germania. Circa *Farnsburg*, &c.

Adgnoscutur ex caulibus septantibus, & radices subinde emittentibus, & plantas novas reparantibus; ex culmo primum prostrato, inde erecto, ex foliis ad lineam latis & ultra, glabris, ex panicula juniore contracta, inde magis expansa. Calycis glumæ æquales, conicæ, longe mucronatæ, utique sub apice in dorso tuberculosa (r). Florales glumæ in acutum conicumque folliculum coarctatæ, albidæ, tamen etiam violacæ.

β. *Gramen radice repente, panicula delicata, spadiceo viridi* SCHEUCHZER p. 127. t. 3. f. 5. A.

SCHEUCHZERUS Tiguri locis incultis ponit, & distinguit foliis ad tres lineas latis, glabris, glumis calycinis levibus; sed in exemplis SCHEUCHZERIANIS dentes Viri ILL. GESNERUS vidit. Nam reliqua, & imprimis stolones cum æ conveniunt. Sed etiam in herbis ficcis SCHEUCHZERIANIS altior equidem planta fuit, durior, foliis ad tres lineas latis, panicula amplissima, cæterum simili, & pariter glumis sub apice echinatis.

γ. Huc etiam refert LINNEUS *Gramen radice repente, panicula densa, spicata, spadiceo viridi, locustis exiguis, muticis* SCHEUCHZER I. p. 130. *Gramen exoticum, etiam in Genevensi ditone lectum, priori β. simile, panicula densissima, & confertissima.*

1474. POA monantha, foliis setaceis, calycibus dorso exasperatis. †

*Gramen minimum palustre, panicula spadicea, delicata, tenuifolium, semine exiguo, rotundo* SCHEUCHZER p. 131.

In paludosis circa lacum Felinum.

Humillimum est, culmo vix semidodranti, cespitoso, foliis capillaribus, panicula multo minori, pauciflora, spadicea, dorso glumarum calycinarum dentato.

1475. POA monantha, caule erecto, panicula diffusa, calycibus exasperatis.

*Gramen miliaceum minus, panicula rubente* MONTI p. 52. ic. 64.

*Gramen montanum, panicula spadicea delicatiori* C. B. Prodr. n. 12. Theatr. p. 36.

SCHEUCHZER p. 129. t. 3. f. 5. non autem HISTORIÆ OXONIENSIS, cujus *Gramen aristatum* sit.

*Agrostis panicula capillari patente, calycibus sabulatis equalibus, hispidiusculis, coloratis, flosculis muticis* LINN. p. 93. Conf. KRASCHENNIKOF. Flor. Ingr. p. 14. Icon OEDERI t. 163.

β. *Gramen montanum, panicula spadicea, delicatiori majus* C. B. Prodr. n. 12.

Caulis erectus, absque stolonibus. Folia ad lineam & sesquilineam lata. Panicula junior contracta, matura expansa, petiolis ramosis tenellis, ut in priori, per intervalla verticillatis; color in juniore planta viridis, inde purpureus; in vetula pallens. Calycis glumæ æquales, evidentius in dorso denticulatæ (s). Maturæ folæ remanent, & ampliter hiant, elapso flosculo. Glumæ florales angustæ, albidæ, conum faciunt. Clar. HUDSON *miliaceum majus palustre* n. 5. distinguit, flore utique majori. Exempla a Clar. Viro missa conveniunt cum meis exemplis majoribus.

γ. *Gramen alpinum, panicula fere arundinacea, spadiceo viridi, locustis muticis* SCHEUCHZER p. 131.

In alpium udis.

Neque hic, aut in descriptione Cl. Viri, aut in speciminibus SCHEUCHZERI a Cel. GESNERO missis, discrimen invenit. Folia ad sesquilineam lata, panicula contracta, dorso glumarum exasperata.

\* 1476. POA monantha, caule erecto, panicula stricta, pauciflora. †

*Gramen miliaceum angustifolium, calyce levi, glumis perexiguis* DILLEN. Syn. III. p. 404.

Vere diversum, culmo prostrato & facie Poæ 1475. Panicula parva, rara, ex albo viridis. Calycis glumæ perfecte leves, longe mucronatæ, pene aristatæ, virides, oris albis. Folia vix tertiam partem lineæ lata.

In Germania repert.

A V E.

(r) Non reperiebat Cl. Gmelinus p. 91. Reperit KRASCHENNIKOF. p. 10.

(s) OEDER.

## A V E N A.

A V E N A LINN. n. 91.

&amp; A I R Æ Spec. n. 81.

& A G R O S T I D I S *Species aristata* n. 80.

Charactèrem a numero folliculorum sumere vetant, quæ in Poa monuimus, & quæ porro monebimus.

Avenæ calyx biglumis est, mucronatus, neque aristatus. Folliculis biglumis, cujus ex dorso vel medio, vel basin propius, arista prodit, quæ flexa, in alium ductum finitur. Intercurrunt subinde in eadem locusta flores mutici.

## I. A V E N Æ M O N A N T H Æ.

## A I R A LINN.

1477. A V E N A monantha, paniculata, gluma calycina exasperata arista flori æquali. †  
*Gramen parvum paniculatum, panicula spadicæ aristata* SCHEUCHZER. p. 140. t. 3. f. 9. & B. & T. IV. Prodr.

Icon OEDERI t. 161.

SCHEUCHZERUS in ficcioribus pratis alpium Helveticarum & Ræticarum. In valle Urfaria, mont. St. Gotthard & Speluga. In Taveyannaz, St. Bernhard, &c.

Humile, culmo semipedali: foliis caulinis dimidiam lineam latis; radicalibus plerumque in junci speciem convolutis. Panicula pauciflora, unam alteramve unciam longa. Locustæ minores, ex spadiceo & aureo variz, arista glumæ floralis longitudine. Facies concinnior, flos minor.

1478. A V E N A monantha, paniculata, foliis setaceis, gluma calycina exasperata; arista flore duplo longiori. †  
*Gramen paniculatum, capillaceo folio, locustis spadicæ fuscis, aristatis* SCHEUCHZER. p. 141.

In alpium apricis SCHEUCHZER. Reperi in Fouly, Prapiaz, Gotthard, Stok.

Pleraque certe prioris, ut ægre separet. Folia angustiora, caulina etiam semilineam lata. Locustæ majores, lividæ, arista recurva, gluma florali duplo longiori. Facies hirta, in concinna.

1479. A V E N A monantha, panicula diffusa, multiflora, adscendente, gluma calycina exasperata.

*Graminis primi Dioscoridis species minima* THAL. p. 50.

*Gramen caninum supinum, paniculatum, folio varians* C. B. Theatr. p. 12.

- β. *Gramen capitulo globofo foliaceo* AMBROSIN. p. 253. 254. novar. plantar. list. c. 2.

R. A. J.

*Gramen paniculatum supinum, ad infima culmorum genicula foliorum capillarium fasciculæ donatum* SCHEUCHZER. p. 141. t. 3. f. 9. C.

*Agrostis calycibus coloratis, petalorum arista dorsali, recurva, culmum prostratis, subramosis;* LINN. p. 92.

SCHEUCHZERUS in torfaceis, circa lacum Felinum. Igo abunde in pratis humidis inter Villeneuve & villam Perausaz.

Culmus pedalis, mollis, prostratus; inde erectus. Folia mollia, ad lineam lata, panicula stricta, pene spicata, e violaceo purpurea. Glumæ calycis acute mucronatæ, inæquales, dorso dentato. Gluma floralis exterior aristam violaceam, longam, emittit: interior mucronata, ora alba.

Mutatio frequens in hac planta est, ut panicula ex ala folii prodeuns, glumis gracilentibus & sterilecentibus abeat: in merum, crispum, & ex albo virens capillitium, rotundum, sursum conversum.

Differt a *venti spica*, arista multo breviori, dorso glumæ magis denticulato, ab alpinis paulo prioribus, habitu altiori, flore minori, panicula laxiori, perampla & adscendente.

1480. *AVENA monantha*, panicula adscendente, multiflora, calyce levi, florali arista longissima.

*Gramen segetum, panicula arundinacea* C. B. *Theatr.* p. 34. 35.

*Gramen agrorum* LOBELII. J. B. II. p. 461.

& *Gramen capillatum* EJUDEM. p. 462.

*Gramen miliaceum majus, glumis aristatis spadiceis* MONTI ic. 63.

*Gramen segetum, altissima panicula sparsa* SCHEUCHZER. p. 144. t. 3. f. 10.

*Agrostis petalo exteriori exserente aristam rectam strictam longissimam* LINN. p. 91.

β. *Gramen capillatum paniculis interruptis, angustioribus* VALLANT. p. 88. t. 17. f. 4.

*Agrostis petalo aristato, panicula attenuata, coarctata, interrupta* LINN. p. 92.

In agris Helvetiæ calidioris.

Culmi tripedales. Folia lata, ad sesquilineam, duas, & tres lineas, retroverfu aspera. Panicula maxima, etiam pedalis, enormiter multiflora, saepe nutans; junior viridis; matura violacea. Calyx inequalis, splendens, mucronatus, fere aristatus. Folliculus conicus, acutus. Gluma calyce brevior, emittit sub apice aristam debilem, tamen ex summo folliculo flexam, tres lineas longam, unde facies capillata. Totus calyx glaber est.

Cum lana cocta colorem dat viridem (a). Ob utilitatem pabuli suadet colere Clar. KALMIUS (b).

1481. *AVENA monantha*, panicula sparsa, arista paulo florem superante. †

*Gramen caninum vineae* SCHEUCHZER. p. 143. 144. t. 3. f. 9. D. E. non vero BAUHINORUM.

Circa Tigurum in vinearum viis.

Radix repens, geniculata. Culmi primum declinati, inde rectiores, sesquipedales. Folia ad lineam lata, hirsuta, retroverfu aspera. Panicula stricta, ex spadiceo viridis. Glumæ calycinae acute mucronatae, æquales. Folliculus acuminatus, calyce paulo brevior. Gluma exterior emittit de medio dorso aristam ægre conspicuam, tamen omnino a me visam, vere inflexam, ut ex icone ipsa adparet. Elapsis flosculis soli calyces in panicula supersunt subnitidi.

Quam GESNERUS misit, erat diantha, mutica, glabra: ex genere delicatiorum, puto, Gramen lupinum minus.

*Gramen serotinum arvense, panicula laxa, pyramidalis*, nondum in Helvetia lectum est.

#### II. AVENÆ DIANTHÆ.

1482. *AVENA diantha*, foliis setaceis, panicula divaricata.

*Gramen paniculatum, locustis purpureo argenteis, annuum* RAJ. J. J. SCHEUCHZER. It. II. p. 134. t. 18. f. 2.

*Gramen paniculatum, purpureo argenteum, locustis parvis, annuum* Hist. Oxon. III. p. 200. t. 5. f. 11.

*Gramen avenaceum, paniculis ex parvis locustis purpureo argenteis compositis* MONTI ic. 60.

*Gramen paniculatum minimum, molle* RAJ. SCHEUCHZER. p. 215. t. 4. f. 15.

*Gramen phalaroides, sparsa panicula, minimum, angustifolium.* BARRELIER. ic. 44. n. I. *Silber Haigras.* STILLINGFLEET. t. 5.

*Aira foliis setaceis, panicula divaricata, floribus aristatis, distantibus* LINN. p. 97.

*Caryophyllus arvensis, glaber minimus* C. B. *Prodr.* n. 105. Planta est vetusta, alba.

J. J. SCHEUCHZERUS in ficcioribus alpium pascuis. Inter *Foco d'Adda* vallis Tellinæ, & *Morbegno*. Basileæ ad *Birsam*, & *Birsig fl. auf dem Birsfelde*, versus *Haltingen*, ad *Wiesam*.

Folia radicalia, capillaria, conferta, brevia. Culmus pedalis. Panicula expansa, valde divaricata & laxa. Locustæ exiguæ, conicæ, acutæ & graciles. Calycis glumæ pene æquales, albidæ, cum aliqua purpura. Flosculi duo in eodem ordine, minores, quam calyx, valde acuti & fusci: ex dorso exterioris, intra medium, arista flexa, tenera, una linea flosculo longior, minime clavata. Per maturitatem locustæ bicornes.

1483. *AVENA diantha*, foliis setaceis, panicula stricta, aristis clavatis.

*Gramen foliolis junceis oblongis, radice alba* C. B. *Theatr.* p. 72. 73. *Hist. Oxon.* III. p. 200. t. 3. f. 10. SCHEUCHZER. p. 242. t. 4. f. 29. 30.

*Aira foliis setaceis, summo spathaceo paniculam inferne obvolvete* LINN. p. 97.

C. B.

(a) *Sw. Acad. Handl.* 1745. p. 249.

(b) *ibid* 1747. p. 660.



C. B. in moeniis Basileensibus. In fabulosis Germaniæ, circa *Rode*, & arcem *Regenstein*.

Folia radicalia cespitosa, dura, juncea, retroverfu aspera. Culmi dodrantes. Panicula multiflora, angusta, contracta. Locustæ majores, quam priori, imprimis longiores, per ætatem bicornes. Calycis glumæ æquales, flore majores, mucronatæ argenteæ, tenui admista purpura, quam junioris plantæ violaceæ antheræ distinguunt. Glumæ florales minores, ovato lanceolatæ, pallidæ Exterior ex imo dorso emittit aristam recurvam, albam, apice latescente, clavato.

*Aira præcox*, valde contracta est & pauciflora panicula, neque clavatis aristis, necdum in Helvetia reperta. Sed etiam de *Avena aristis clavatis* vereor, ne C. B. eandem cum priori viderit, discrimine, ut eo tempore solebat, non accurate definito. Icon tamen bona est.

Bonum alimentum ovibus, dum tenera est (c).

1484. AVENA diantha, floribus ovatis, perfecto mutico, imperfecto aristato.

*Gramen pratense paniculatione molle* C. B. *Theatr.* p. 27. *Prodr.* p. 5. *Hist. Oxon.* III. p. 202. t. 6. f. 34. SCHEUCHZER. p. 234. t. 4. f. 24. A. B.

*Gramen paniculatione molle, panicula dilute cerulea* LOESEL. p. III. ic. 25.

*Gramen miliaceum pratense, molle* MONTI ic. 56. non vero nomen.

*Holcus glumis bifloris, villosis, hermaphroditico mutico, masculo aristis recurvis* LINN. p. 1485.

Abunde in pratis, potissimum locis subhumidis, & ad stagnorum oras. Optimum pabulum.

Culmi, folia, glumæ, molli villo pubescunt. Cespitosi illi, cubitales. Folia ad tres usque lineas lata. Panicula stricta, erecta. Calycis glumæ albæ, viola tinctæ, inæquales; altera angustior. Locusta per ætatem bicornis, biflora. Majori glumæ calycine respondet folliculus major, androgynus, muticus, pene ovatus, obesus: alter, cui semen abortivum est, educit aristam brevem, & inflexam; uterque multo calyce minor, glaber & nitens.

1485. AVENA. . . .

*Gramen paniculatum molle, radice Graminis canini repente* *Hist. Oxon.* III. p. 202.

*Gramen caninum paniculatum, molle* SCHEUCHZERI p. 235. t. 4. f. 25.

*Holcus glumis bifloris nudifolius, flosculo hermaphroditico mutico, masculo aristis recurvis* LINN. p. 1481.

Exempla HUDSONII cum meis contuli: reperi in 1468. glumarum calycis habitum magis glabrum; aristam longiorem; caules paulo longius (d) prostratos, nam etiam nostro aliquousque prosternuntur, prius quam erigantur; folia minus evidenter hirsuta (e). Nescio tamen, num hæc sufficiant, ad separandas stirpes simillimas; toto habitu, ratione calycis ad flosculos, flosculis nitentibus, culmis solitariis, cum peculiari nota folliculi alterius sterilis & aristati.

Basileæ Cl. la CHENAL.

1486. AVENA diantha, paniculis flexuosis, floribus basi villosis, locustis ovatis.

*Gramen avenaceum capillaceum, minoribus glumis* RAJ. p. 1288 &c.

*Festuca avenacea alpina angustifolia juncea foliis* &c. J. J. SCHEUCHZER. *Itin.* VI. p. 455 f. 15.

*Gramen avenaceum paniculatum, alpinum foliis capillaceis brevibus, locustis purpureo argenteis, splendens* J. SCHEUCHZER. p. 216. t. 4. f. 16. A. B. C. & T. IV. *Prodr.* MONTI ic. 74.

*Aira foliis setaceis, panicula angustata, flosculis basi pilosis, aristatis, aristis tortili longiore* LINN. p. 96.

J. J. SCHEUCHZERUS in monte *Bernhardino* Rhætiæ. J. SCHEUCHZERUS in pratis alpinis, Ego ubique in alpinis & subalpinis, supra *Wafen*; in mont. *Enzeindaz*, *Javernaz* aliisque. In Helvetia transalpina.

Folia

(c) GLEDITSCH. *Abhandl.* p. 303.

(d) *Emend.* VI n. 17.

(e) RAYGER. *Flor. Gedans.* p. 152.

Folia juncea, teretia, glabra, ad terram plurima, ad caulem pauca. Culmus cubitalis. Panicula flexuosis fit pedicillis; cæterum angusta, erecta. Locustæ breves, subovatae. Calyx violaceus, lanceolatus. Folliculi gluma exterior altera gluma major, argenteo villo inferne obducta, ferrato apice, aristam robustam pene de imo dorso emittit.

Vetusta planta albescit, & panicula laxatur, & locustæ hiant, ut folliculi adpareant.

β. *Gramen nemorosum, paniculis albis, capillaceo folio* C. B. *Theatr.* p. 97. *HIST. OXON.* p. 200. S. 8. t. 7. f. 9.

*Gramen alpinum nemorosum, paniculatum, foliis angustissimis, locustis splendentibus, aristatis* J. SCHEUCHZER. *agrostograph.* p. 218. t. 4. f. 16. D. *Prodr.* t. VI.

*Mountain Hairgrass.* STILLINGFLEET t. 4.

*Ara foliis solitariis, culmū subnudis, panicula divaricata, pedunculis flexuosis* p. 96. cum quo nomine nostram verissimam Cl. HUDSONUS misit.

*Icon* OEDERI t. 157.

SCHEUCHZERUS in sylvis alpium, & circa *Michelfeldam* in querceto.

Panicula laxior, & in icone magis apertæ locustæ, & colores pallidiores indicant, plantam SCHEUCHZERI esse adultius specimen *Avenæ α*. Ejusmodi exemplum habeo ex monte *Schönbühl* *Vallesiae*, aliud ex *Hercynia* sylva, laxa panicula, laxo flore, arista conspicua, calyce pallido, inferne subfusco, aut viridi. Sed certe eadem planta est, ut imæ glumæ teretitudinem prioris plantæ retineant, & conveniunt petioli pilosi; gluma floralis exterior ferrata, folia & habitus.

1487. *AVENA diantha, panicula amplissima, patula, bicolore.*

*Gramen segetum, panicula arundinacea* SCHEUCHZER. p. 244. t. 3. f. 2. 3. non vero C. B. quod est *spica venti*.

*Gramen agrorum, latiori arundinacea, comosa panicula* *HIST. OXON.* III. S. 8. t. 5. f. 17.

*Ara foliis planis, panicula patente, petalis basi villosis, aristatūque, arista recta, brevis* LINN. p. 96. GMELIN. p. 95. *Conf. Flor. Suec.* n. 63. RAYGER. II. p. 37.

OEDER T. 24.

Abunde in pratis, segetibus, locis udis & sylvis.

Culmus bipedalis & ultra. Folia deorsum ductu aspera, lineis subdentatis, ad lineam, aut paulo ultra lata. Panicula amplissima, ramosissima, patula, florum fere innumerabilium. Locustæ minimæ, dianthæ. Calycis glumæ pene æquales, fuscæ, mucronatæ. Glumæ florales ad basin longe villosæ, sine obtuso, ferrato, ex viridi violaceo, & argenteo variæ. Exterior ex basi dorso aristam producit brevem, flore breviorē, inflexam, ut *avena* fit.

\* 1488. *AVENA diantha, panicula sparsa, erecta, floribus auratis, basi villosis* *Emend. V.* n. 17, †

In alpiibus Penninis, supra vallem *Bagnes*, in alpe *Kienboden*. Pulchra planta.

Folia setacea, tenuissima. Culmi dodrantales. Panicula stricta; locustæ longe mucronatæ. Calycis glumæ mucronatæ, flosculo longiores, altera longior. Flos ellipticus, ad basin pubescens, apice plicato, ferrato: ad radicem glumæ exterioris arista geniculata, toto flore longior. Semen oblongum, acutum. Junior planta viridiufculo calyce est, flore subflavo nitente, adulta tota cum caule, calyce, & flore, auri metallico splendore refulget.

\* 1489. *AVENA diantha, foliis planis-patulis, petiolis floralibus villosis* *Emend. III.* n. 135. †

Nascitur in alpium editioribus, mont. *Javernaz, Enzeindaz, Chaud Commun, Fouly, Schönenbühl & Stok*. In plantis ficcis SCHEUCHZERI non reperitur.

Radix reptatrix, multicaulis: caules juncei, ad terram foliosi, superne nudi, semipedales, etiam pedales. Folia glauca, firma, ad angulos rectos, patulos, lineam lata. Panicula angusta, pene spicata, floribus ad viginti; juniores ii teretes, ex viridi purpureo & albo varii, prioribus 1488. majores. Calyx biglumis; glumæ mucronatæ, inæquales, nitentes, violaceæ, ora late albâ, cum aureo nitore: petioli florales villosi. Floris glumæ exteriores, ex viridi purpureo & albo variæ, interiores albæ: arista ex dorso, ad tertiam partem longitudinis, sub apice prodeuns. Adulta planta quasi disticha est, & villus petioli tunc calycis

cis

IV. FLORE BIGLUMI III. CALYCE BIGLUMI. 231

cis est longitudine, & gluma interior argentea melius adparet, totusque flos ex argenteo & violaceo varius est.

1490. AVENA diantha; panicula dense spicata.

*Gramen avenaceum paniculatum, alpinum, humile, locustis in spicam collectis, varicoloribus, aristatis* SCHEUCHZER p. 221. tab. Prodr. VI.  
*Aira foliis planis, panicula spicata, flosculis medio aristatis, arista erecta brevior* LINNÆI p. 95.

In summis alpium. *Au Chalet deffus, ad dextra montis St. Bernbard: in montibus du Val de Trient, & supra Bagnes.*

Radicales bulbilli culmosi. Culmus trientalis, semipedalis, dodrantalis, sub panicula villosus (m). Folia mollia, glabra, ad lineam lata & sesquilineam, non patula. Panicula pauciflora, densa, spicata. Locustæ multo majores, quam prioribus, duas lineas longæ. Calycis glumæ mucronatæ, violaceæ, apice aureo, flore breviores. Flosculi nitentes, gluma exteriori ex purpurea viridi & aurea varia, summo dorso flavo nitente. Sub apice arista deorsum recurva, ex dorso nata, flosculo duabus lineis longior. Interior gluma mucrone recto, petioli glabri. Junior spica inelegans, adulta, coloribus reliquis evanescentibus, tota aurea & nitens.

1491. AVENA diantha, folliculo villosa, calycis glumis inæqualibus, altera de imo dorso, altera de summo aristata.

*Gramen pratense, spica flavescente* C. B. Theatr. p. 44. SCHEUCHZER. p. 88.  
*Gramen alopecurum vernum, pratense, spica flavescente* HIST. OXON. III. p. 193. t. 7. f. 25.  
*Gramen avenaceum odoratum, spica flavescente* MONTI p. 57. ic. 84.  
*Vernal grass.* STILLINGFLEET. t. 1.  
*Anthoxanthum* LINNÆI gener. p. 42. *Spica ovata oblonga, flosculis subpedunculatis, arista longioribus* Spec. p. 40.  
*IC. SCHREBERI* p. 49. t. 5.

Ubique in pratis & ad vias. Varietas β. in collibus & alpebus.

Culmus pedalis; folia hirsuta, ad duas lineas lata, superiora breviter lanceolata. Panicula spicata ex sinu folii. Locustæ fasciculatæ, sessiles. In varietate β. flores in petiolis ramosis; etiam in bifloris & trifloris petiolis, etsi brevissimis. Calycis duæ glumæ valde inæquales, una brevis, altera flore duplo longior; mucronatæ, pene aristatæ, viridantes, aut subrubræ, ora aurea: earumque major flores amplectitur. Flores bini, parvi, pro calycis portione; uterque flavus & villosus, glumis longe ellipticis, obtusis. Earum altera ex imo dorso aristam incurvam producit, altera ex medio dorso: utraque arista duplo flore longior. Petala duo; alterum ovatum, glabrum, semen continens; alterum e regione minus, ellipticum. Tubæ duæ & duo stamina.

β. Idem, -ex fide herbarii SCHEUCHZERI montanum, spica paulo laxiori, ramosa.

*Gramen montanum, odoratum, spicatum* LOESEL. ic. 22. De SCHEUCHZERIANO p. 89. certum est.  
*Gramen erectum, pomum, aut Melilotum redolens, panicula cupressina* BOCCONE mus. 67. t. 57.

Aqua stillatitia ad recipiendos odores utilis est. BOCCONE.

1492. AVENA diantha, folliculis basi villosis, majoris arista geniculata.

*Gramen nodosum, avenacea panicula* C. B. Prodr. p. 3. Theatr. p. 18. MONTI ic. 76. SCHEUCHZER. p. 239. t. 4. f. 27. 28.  
*Gramen avenaceum, gemmea radice, seu nodosum minus* Hist. Oxon. III. p. 214. f. 3. t. 7. f. 38.  
*Avena paniculata calycibus bifloris, flosculo hermaphrodito mutico, masculo aristato* LINNÆI p. 117.  
GESNER. ic. an. 152.

In fegetibus cum flagitio abundat.

Radix singularis, rotundis, sed utrinque compressis tuberibus, etiam quinque, sibi impositis, fatuis. Culmi bipedales, tripedales. Folia retroversu subaspera, ad tres lineas lata; etiam subhirsuta. Panicula longa, multiflora, angusta. Calycis gluma altera minima, utraque mucronata. Flores duo, major alter & perfectior,  
M m m 2 alter

(m) Emend. IV. n. 20. III. n. 135.

alter minor imperfectus, uterque aristam emittit; ille sub apice brevem rectamque, vel nullam: iste ex imo dorso longam & inflexam, major calyci æqualis, minor brevior, uterque lineatus, mucronatus. Color viridis, alis albis; ad basin villosi sunt.

β. Conjungit LINNÆUS

*Gramen avenaceum elatius, juba longa splendente* Hist. Oxon. III. p. 214. SCHEUCHZER. p. 239. OEDER. t. 165.  
Icon SCHREBER T. I.

Hoc est *Fromental* (n) Gallorum, quod aliquamdiu pro *Raygrass* Anglorum habitum est, cujus cultus commendatur. Male, nam celeriter excrefcit, reliquas herbas superat, & quando fœnum secatur, nunc siccum est durumque.

Cæterum priori simillimum radice differt fibrosa, non nodosa.

In nostris pratis abundat, v. gr. in *Prépotury*.

Adnotatum reperio, id Gramen frequentius in utroque folliculo aristam inflexam habere, quam nodosum. In SCHEUCHZERIANIS hanc frequentiam non reperio.

1493. A V E N A diantha, glumis floralibus villosis, ex basi aristatis. †

*Gramen palustre paniculatum minus* C. B. *Theatr.* p. 39. *Prodr.* n. 16. SCHEUCHZER. p. 157.

In udis sub *Crenzach* & *Michelfeldæ* STÆHELINUS, & C. B. verum id a medio non differebat.

Culmi tripedales: panicula stricta. Folia ad duas & ultra lineas lata, retroverfu aspera. Locustæ minimæ, monanthæ & dianthæ. Glumæ calycinæ mucronatæ Glumæ florales pappo villosæ. In exteriori gluma arista teres, flexa, longiuscula, ex basi dorso enata. Erit ergo Avena. Ita SCHEUCHZERUS. In herbis siccis fuit certissima Avena, nihil cum *Poa paniculata* commune habens, neque villosi quidquam. Panicula rara, pauciflora, petiolis ramosis, sed paucifloris. Calycis duæ glumæ mucronatæ, inæquales. Flores bini, fere æquales, lineati. Eorum plerumque alteri, alias & utrique, ab ima basi arista longa, geniculata: sæpius tamen tantum alteri. Nihil villosum, & est *Gramen avenaceum elatius, juba longa splendente*, n. 1491.

1494. A V E N A (o) diantha, locustis pendulis, floribus cartilagineis, inæqualibus, majori aristato.

*Avena nigra.*

& *Avena alba* C. B. *Theatr.*

*Avena* BLAKWELL. t. 422.

Icon in GLEICHEN *Reich der Pflanzen* t. 6.

*Avena paniculata, calycibus dispermis, seminibus levibus* LINN. p. 118.

Locus natalis ignoratur (p).

Radix annua, fibrosa. Culmi bipedales & ultra, panicula varia, unde varietates Avenæ œconomis notæ, semper laxa, locustis longe petiolatis pendulisque. Calycis duæ glumæ lineatæ, mucronatæ, flore longiores, inæquales. Flores duo alterni, conici, minor muticus, major ex medio dorso robustam, bicolorem & geniculatam aristam emittens, cartilagineus uterque & fertilis. Semen inter cerealia minimum, color omnium viridis, deinde paleaceus.

In Europa septentrionali equorum alimentum est, etiam pauperiorum hominum. Pani nostro admiscetur, quem ingratum enim reddit, et si volunt in Cambria (q) non malos coqui panes. Sic in Norvegia (r). Juscula ex femine paulum tosto utilia parantur, ad catarrhos, ad febrilem cibum, ad sanguinis diminuendam acrimoniam.

Ex magis tosta farina pulvem in Helvetia (s) boreali parant, validi alimenti, multique usus. Frixam ad colicam pro egregio fomento C. HOFMANNUS laudat (t).

III. AVE-

(n) DU HAMEL *Cult* VI. p. 149. *Obff. de la Société de Rennes* II. p. 19.

(o) Avena multa involucria habet THEOPHRAST. *enaf* L. IV. c. 17. Avena genicula quædam habet, folio & stipula *Triticum* æmulatur, & in cacuminibus dependentes parvulas veluti locustas bipedes gerit, in quibus semen continetur DIOSCORIDES II. c. 87.

(p) Avenam Gramen avenaceum esse, & cultu neglecto in idem redire MYLIUS *Physic. Belustig.* I. p. 59.

(q) LORKE *advers.* p. 9.

(r) PONTOPPIDAN. H. *Norveg.* p. 493.

(s) Avenam sistere DIOSCORIDES.

(t) Apud CRATON *Cent.* III. n. 14.

## III. AVENÆ TRIFLORÆ.

- \* 1495. AVENA triantha, locustis patulis, folliculis villosis.

*Egilops* DODON. *Cereal.* p. 143.*Festuca utriculis lanugine flavescens* C. B. *Theatr.* p. 149. *ic. major locusta.**Gramen avenaceum, locustis lanugine flavescens* SCHEUCHZER. p. 239. t. 5. f. 1.*Festuca dumetorum, utriculis lanugine flavescens* BARRELIER. *ic.* 75. n. 2.*Avena paniculata, calycibus trifloris, flosculis omnibus basi pilosis, aristis totis levibus* LINN. p. 118.In Helvetia calidiori, ut *Ottoduri*. Etiam Basileæ ad portam *St. Johannis*.

Culmus quadrupedalis: folia glabra, femuncem &amp; ultra lata, retroversu aspera. Panicula perampla, rara, locustis maturis pendulis, fere uncialibus. Calycis glumæ lineatæ, longe mucronatæ, floribus longiores, ex albo virides. Flores tres, petiolis flavo pappo nitentibus, etiam duo. Gluma exterior flava, villosa, longe mucronata, a tertia parte longitudinis dorso edit aristam valentem, quæ ipsa ex tertia parte suæ longitudinis inflectitur &amp; longe eminent. Interior gluma pariter flava, multo brevior. Semen piloso cortice. Quem folliculum muticum vocant; is junior est, serius maturatur, &amp; sæpe muticus est.

- \* 1496. AVENA locustis trianthis, paniculatis, hiantibus, flosculo tertio imperfecto. †

*Gramen Maria Borufforum* LOESEL. *ic.* 26.*Halen glumis trifloris, muticis, glabris, hermaphroditis, diandris* LINN. p. 1485.*Hierochloë* GMELIN. I. p. 100. 101.*Gramen paniculatum odoratum* C. B. *Theatr.* p. 36. mala icon. SCHEUCHZER p. 236. t. 4. f. 26. BOCCONE *plant.* p. 67. t. 91.*Mulhusia* Cl. HOFER versus *den Pulverturm* (f).

Culmus cubitalis. Folia glabra, sesquilineam lata, retroversu aspera. Panicula non valde sparsa, pauciflora, exigua, biuncialis, colore ex fusco flavo, nitente, petiolis brevibus. Locusta triflora, patula. Calycis glumæ cavæ mucronatæ, sicæ, albidæ; fere æquales. Flores duo &amp; tres, æquales, sibi adident. In uno, etiam in duobus, gluma exterior fusca, cartilaginea, hirsuta, nitens, mucronata, sinu suo minorem glumam comprehendit, &amp; stamina; sed alter flos &amp; perfectior ex medio dorso aristam inflexam exigit (g), ob quam ad Avenam pertinet. LINNÆUS &amp; RAIERUS duos flosculos laterales masculos, hirsutos, triandros faciunt; medium hermaphroditum, diandrum. Ego sexum definire nequii, cum pauca exempla haberem.

Bonus odor pilorum in fronte urorum, qui Gramini odorato tribuitur (i), huc forte pertinet (k). An etiam *Gramen Islandicum odoratum* (l).

1497. AVENA triantha, locustis teretibus, calycina gluma altera minima, petiolo villoso.

*Gramen avenaceum pratense elatius, panicula flavescens, locustis parvis* RAJ. MONTI p. 55. *ic.* 79. SCHEUCHZER. *It.* II. p. 223. t. 4. f. 18, & omissa voce *elatius* HIST. OXON. III. p. 215. t. 7. f. 42.

SCHREBER t. 9.

β. *Gramen avenaceum pratense elatius, panicula densa flavescens, locustis majoribus villosis* SCHEUCHZER. p. 225. t. 4. f. 19.α. β. *Avena panicula laxa, calycibus trifloris brevibus, flosculis omnibus aristatis* LINN. p. 118.In segetibus abunde, & in pratis, potissimum etiam circa *Roche*.

Culmi tripedales, vaginis subvillosis. Folia glabra, etiam hirsuta, lata ad duas lineas &amp; ultra. Panicula longa, multiflora, femipedalis, contracta &amp; angusta. Locustæ molles,

(f) *Atl. Helvet.* II. p. 142.(k) *Eresl. Saml.* ann. 1719. m. Febr.(g) Etiam Cl. RAYGER. *Flor. Gedan.* I. p. 132.(l) *Atl. Hufn.* Vol. II. p. 346. *odore Natrifylvæ;*(i) *Emend.* III. n. 132.

molles, teretes, compressæ, maturæ distichæ, nitentes, ex viridi colore & stramineo varix. Glumæ calycinæ inæquales, pallide nitentes, altera perexigua. Glumæ florales flavescentes, nitidæ, compressæ, mucronatæ. Petioli villosi. Arista a tertia parte longitudinis dorsi glumæ exterioris inflexa & debilis. Folliculi fere tres, tamen etiam quatuor & quinque, unde varietas  $\beta$ . Gluma interior minor, argentea, obtusa.

Etiam pro *Raygrass* ad me missum est.

$\gamma$ . *Gramen pratense villosa panicula, ex argenteo dilute spadicea, vel fusca* SCHEUCHZER. p. 220. t. 4. f. 17. A. B.

In pratis SCHEUCHZERUS vulgo.

Culmus tripedalis. Folia superne brevi villo pubescunt; inferne etiam glabra, ad lineam lata. Panicula multiflora, parum sparsa. Locustæ ad tres lineas longæ, crassiusculæ, ad serici modum splendentes, bifloræ. Calyx exterius lividus, intus flavescens, glumis inæqualibus, altera angustissima & gracillima. Flosculi pallide virentes & subfusci. Ex imo dorso exterioris glumæ arista valens, recurva, ad basin & in petiolo villus.

In Herbario SCHEUCHZERIANO est omnino flavescens, paulo macilentius.

498. *AVENA triantha, locustis teretibus erectis, petiolis sericeis, gluma exteriori lacera* †

*Gramen avenaceum seu glabrum, panicula purpureo argentea splendente* RAJ. Syn. III. p. 406. t. 21 f. 2.

*Gramen avenaceum, panicula purpureo argentea splendente* RAJ. Hist. p. 1909. MONTIC. 65. SCHEUCHZER. p. 226. t. 4. f. 20.

LINNEUS omittit

In pratis Helvetiæ frequens, speciosum Gramen.

Culmus tripedalis. Folia hirsuta, ad quatuor usque lineas lata. Panicula longa, rara; stricta, erecta, pene spicata, petiolis paucifloris. Calycis glumæ inæquales, major floris pene longitudine, viridis pallidave, cum argenteo nitore, basi violacea. Flores tres, unus sessilis, duo (\*) in villosissimis sericeis petiolis. Gluma exterior apice ferrato, argenteo, inde linea violacea, basi subviridi. Arista supra medium dorsum nata, atro spadicea, incurva. Folliculus intimus serius maturascit, hinc aristam brevissimam educit.

#### IV. LOCUSTIS POLYANTHIS.

499. *AVENA petiolis unifloris, brevibus, locustis teretibus, quinquefloris, basi pubescentibus.*

*Gramen avenaceum erectum, foliis angustioribus glabris* RAJ. Hist. Oxon. III. p. 217. t. 7. f. 21.

*Gramen avenaceum, locusta simplici, arista recurva* RAJ. Syn. III. p. 405. t. 21. f. 1.

*Gramen avenaceum, locustis splendidibus & bicornibus* VAILLANT. t. 18. f. 1.

*Gramen avenaceum angustifolium, alpinum, spicata panicula ex purpureo viridi, & argenteo variegata* SCHEUCHZER. p. 220.

*Avena calycibus quinquefloris, panicula spicata, foliis involutis* HUDSON. p. 42.

*Avena spicata calycibus quinquefloris* LINN. p. 119. GORTER. ingr. p. 25.

In Germania ad viarum siccarum oras. In pratis inferioribus alpium, ut montis *Surses* vallis *Sexammia*. In montibus *Fouly*, *Luan*.

Culmus cubitalis. Folia glabra, angusta, lineam dimidiam, denique integram, lata, rigidiuscula, carinata, retroversu aspera. Spica biuncialis & ultra, sive panicula angusta, locustarum teretium, in petiolis plerumque unifloris, etiam bifloris, ad caulem appressarum & parallelarum. Calycis segmenta duo inæqualia, mucronata, ex subviolaceo pallido & argenteo varia, floribus breviora. Flores duo, ad quinque, petiolis sub flore pubescentibus, sed breviter, ipsis glumis glabris, exteriori pallida, ora late argentea, apice in filamenta fillo, arista inflexa, tortili, ex medio dorso prodeunte; interior multo brevior, latius mucronata, argentea.

$\beta$ . *Gramen*

(\*) Etiam ad quinque SCHEUCHZER.

IV. FLORE BIGLUMI. III. CALYCE BIGLUMI. 235

β *Gramen avenaceum alpinum, angustifolium, locustis aristatis, in spicam dispositis.* SCHEUCHZER *agrostograph.* p. 228. t. 4. f. 21. 22.

Circa *Spelugam montem* SCHEUCHZER. Ego passim in alpibus *Valesiacis, Fouly, Jeman, &c.*

Culmus pedalis, glaucus: folia glabra, aspera, glauca, lineam lata. Panicula pauciflora, erecta, angusta, spicata, arctior. Locustæ teretes, longæ, trifloræ, quinquefloræ. Calycis glumæ mucronatæ, inæquales; basis viridis, deinde spadiceus color, apex argenteus. Floris glumæ etiam virides, spadiceæ, argenteæ. Arista prælonga uncialis. Petioli pariter villosi.

1500. AVENA petiolis ramosis, locustis teretibus, quinquefloris, basi pubescentibus. † *Festuca avenacea humilior, alpina, locustis varicoloribus, majoribus aristatis* J. J. SCHEUCHZER. *It. VI.* p. 455. t. 19.

*Gramen avenaceum paniculation, alpinum, locustis varicoloribus majoribus aristatis* J. SCHEUCHZER p. 231. & T. III. *Prodr.*

SCHEUCHZERUS major in jugis *Adule*; minor in alpibus *Helveticis & Rætiscis*; v. gr. *Surfaes*. Abunde legi in adscensu montis *Gottbard*. In *Fouly, St. Bernhard, supra Bagnes, Chamouny*; circa glaciales moles.

Culmus semipedalis & pedalis. Folia glabra, minus quam 1499. rigida, latiora, ad duas lineas, & carinata. Panicula perinde longa, angusta, spicata, petiolis trifloris & ultra. Locustæ teretes, quadrifloræ, & quinquefloræ, dimidio minores, quam 1499. Calyx splendens, purpureus, apice curvo, glumis inæqualibus, mucronatis. Folliculi gluma exterior ex viridi, spadiceo & aureo varia, mucronata; interior membranacea, pariter ex aureo & argenteo varia. Arista longa, fulca, geniculata, tortilis, petioli breviter villosi.

? *Festuca avenacea humillima, alpina, locustis varicoloribus splendidibus, in purpureas aristas desinentibus, caule hirsuto* J. J. SCHEUCHZER. *It. VI.* p. 456.

Culmus hirsutus videtur *Avenam* 1498. prodere, color fulgidus, aureus, & humilitas *palmaris & alpina* patria ad nostram accedere.

1501. AVENA locustis teretibus, novemfloris, aristis, reflexis.

*Festuca avenacea, glumis vacuis* C. B. *Prodr.* n. 64. *Theatr.* p. 144. SCHEUCHZER p. 252. t. 5. f. 11.

*Gramen phalaroides majus, acerosa nutante spica* BARRELIER. *ic.* 24. MONTI *ic.* 52.

& *Gramen phalaroides minus, erecta spica, obliquis aristis* BARRELIER. *ibid.* n. 2.

*Bromus panicula nutante, spicis ovatis, aristis divaricatis* LINN. p. 143.

β. *Gramen festucum majus, locusta crassis, lanuginosis* BUXBAUMII *Cent. V.* t. 38. f. 1.

In segetibus *Valesiæ*. *Basilicæ*.

Culmus pedalis, cubitalis, inferius cum mollibus foliis hirsutus, Panicula pauciflora, sparsa, per maturitatem nutans. Locustæ teretes, acutæ, longæ, unciales, flores in una ad novenos: eadem alias glabræ sunt, alias hirsutæ. Calycis glumæ duæ inæquales, ovatæ. Flores straminei coloris, albis oris, glumis etiam ovatis, quarum exteriores infra fissum apicem exterioris glumæ aristam robustam, quatuor lineas longam, extrorsum & retrorsum reflexam emittunt, qua nota principe dignoscitur, ut vera sit *Avena*.

BROMUS (a) LINN. n. 89. MONTI p. 32. t. 3.

ÆGILOPS DILLEN *Nov. gen.*

Ab *Avena* differt arista recta, quæ sub apice glumæ floralis exterioris prodire solet.

Obscuram cæterum floris discrimen est, cum aliqui *Bromi*, quibus debiliores aristæ sunt, eas non obscurius inflexas habeant, quam aliquæ *Avenæ*.

I. BRO.

(a) *Bromus* herba *Ægilopi* similis *Dioscoridis* L. IV. c. 176. *Bromus* semen est, spicam ferentis herbe, nascitur inter vitia segetum, *Avenæ* genera; folio & stipula *Triticum* imitatur. In cacumine habet dentes parvas veluti locustas *PLIN.* L. XXII. n. 79. Eadem fere voces de *Avena* apud *Dioscoridem* leguntur, quæ *Grecis* βρωμος est.

N n n 2

XII GRAMINA  
I. BROMI POLYANTHI  
LOCUSTA TERETE.

Hi sunt Bromi LINNÆI, qui oliganthos alio refert.

1502. BROMUS foliis glabris, locustis duodecimfloris.

*Gramen microron* LUDDEN. p. 428.

*Festuca graminea, glumis hirsutis* C. B. *Theatr.* p. 143. SCHEUCHZER. p. 250. t. 3. f. 9.

*Gramen avenaceum, locustis majoribus, squamatis, segetale majus* HIST. OXON. III. p. 212. S. 8. t. 7. f. 16. (\*).

*Bromus panicula patente, spiculis ovatis, arista rectis* LINN. p. 112.

In segetibus Helvetiæ.

Culmi tripedales. Folia ad tres lineas lata, levia, oris & nervo perasperis. Panicula nostris rara, pauciflora; nam ex Anglia ramosiorem habui. Locustæ erectæ, per muturitatem nutantes & distichæ, hirsutæ per ætatem calvescentes, arcte compactæ, in toto genere maximæ, femiuncia longiores, duodecimfloræ & quatuordecimfloræ. Calycis glumæ inæquales; altera breviter mucronata & lata, angusta altera. Flosculorum gluma exterior obtusa, pariter ut calyx lineata, ora viridi. Arista ex fissura glumæ exterioris recta, per siccitatem tamen inflexa, debilior, quam in 1501. sæpe quam brevissima, demum nulla.

B. *Festuca graminea, glumis glabris* C. B. *Theatr.* p. 144. SCHEUCHZER p. 251. t. 5. f. 10. ob magnitudinem locustæ.

Olim monuit C. B. varietatem esse. In Germania frequentior est.

1503. BROMUS foliis hirsutis, per oras asperrimis, locustis glabris, teretibus, novemfloris. †

*Gramen phalaroides majus, acerosa, erecta, parva panicula* MONTI ic. 33.

*Gramen avenaceum pratense, squamosa gluma longiore glabra* HIST. OXON. t. 7. f. 19.

*Festuca graminea nemoralis, latifolia, mollis* C. B. *Theatr.* p. 144. 145. ob folia mollia, paniculas subrubentes.

*Festuca avenacea, spiculis strigosioribus, e glumis glabris compactis* RAJ. *Syn.* III. p. 414.

*Egilops major, caule & foliis arundinaceis, locustis glabrioribus & varioribus, ex fusco Xerampelinis* DILLEN. nov. *Spec.* p. 60.

*Gramen avenaceum villosum, locustis amplioribus, viridantibus, margine argenteo cinctis* SCHEUCHZER. p. 253. non vero t. 5. f. 12.

*Bromus panicula ramosa nutante, scabra, spiculis linearibus decemfloris, arista longioribus foliis scabri* HUDSON. p. 40.

In Helvetiæ & Gottingæ. Misit etiam Cl. WILlich.

Caulis tripedalis, quam prioribus altior. Folia ad duas lineas lata, hirsuta, hætenus mollia, sed oris retroversu asperrimis. Panicula longa, laxa, multiflora, prælongis petiolis. Locustæ novemfloræ, strictiores, densius compactæ, teretes, uncia breviores, glabræ, frequenter purpureæ, aut fuscæ, oris albis. Calycis glumæ inæquales, lineatæ, floralibus minores, oris angustioribus albis. Florales glumæ latiores, pariter virides, subsuscæ, oris albis, arista nigra.

1504. BROMUS hirsutus, locustis septifloris, ovato conicis.

*Gramen avenaceum, villosum, locustis angustis, candidantibus & aristatis* SCHEUCHZER p. 254. t. 5. f. 10.

*Gramen avenaceum pratense, panicula squamata & pilosa* HIST. OXON. III. p. 213. t. 7. f. 18.

*Bromus panicula erectiuscula, spiculis ovatis, arista rectis, foliis mollissime villosis* LINN. p. 112.

*Bromus mollis* SCHNEIDER p. 60. t. 6.

Vulgatissima planta. Folia ad tres lineas lata, utrinque hirsuta, mollia, oris asperis. Panicula longa, erecta, inde nutans, multiflora. Locustæ subvillosæ, compactæ, imbricatæ, subdistichæ, latiores, quam prioris, ovato conicæ, septifloræ. Calycis glumæ lineatæ, acutæ, latiores, quam prioris, virides, oris albis, ex qua nota facile adgnoscas. Florales glumæ lineatæ, valde latæ, mucrone brevi, arista alba, debili recta.

A Bromo 1503. differt foliis mollibus, locusta breviori, minus multiflora.

Hoc est *Yrispe* Germanorum (b). Pro *Fromental* habet G. de l'ISLE (c).

(a\*) LINNÆUS *Gramen avenaceum segetale, gluma longioribus* HIST. OXON. ibid. f. 17. huc refert.

(b) ERMARD. *Oeconom. Nachr.* T. VIII. (c) II. p. 73.



1505. BROMUS panicula nutante, locustis septifloris, glumis argute lanceolatis lineatis, subhirsutis.  
*Bromus herba* DODON. *Cereal.* p. 141.  
*Festuca avenacea sterilis, elatior, seu Bromus Dioscoridis* C. B. *Theatr.* p. 146. *HIST. OXON.* III. p. 212. t. 7. f. 11.  
*Gramen loliaceum locustis longissimis, modo purpurascens, modo viridibus* MONTI p. 35. ic. 1.  
*Gramen avenaceum, panicula sparsa, locustis majoribus & aristatis* SCHEUCHZER. p. 258. t. 5. f. 14.  
*Bromus panicula patula, spiculis oblongis distichis, glumis, subulato aristatis* LINN. p. 113.  
 Ad vias inque muris.

Culmus pedalis & ultra. Folia pilosa, oris asperis, ab una linea ad quatuor lata. Panicula longa, laxa, ad unum fere latus conversa. Locustæ ex longis petiolis unciales, septifloræ. Calycis glumæ lineatæ, valde inæquales, virides, oris albis; longe mucronatæ. Glumæ florales similes, acutæ; mucrone albo; cis quem ex dorso longa & recta uncialis arista exit. Lineæ glumarum subhirsutæ.

1506. BROMUS glaber, panicula nutante, locustis quadrifloris, glumis subhirsutis. †  
*Festuca avenacea, spiculis strigosioribus, e glumis glabris compactis* RAJ. *Syn.* III. p. 414. ex planta HUDSONI, non vero synonymon LINNÆI.  
*Gramen bromoides montanum, hirsutum, panicula minus sparsa, corniculata* SCHEUCHZER. p. 263. t. 5. f. 16.  
 & *Gramen bromoides, panicula sparsa, locustis minoribus aristatis* SCHEUCHZER p. 511. ex fide horti sicci.

Frequens in sylvis, inque aquosis. *In der Hard, zu Munchenstein.*

Culmus præaltus, ad quatuor pedes. Folia glabra, tres & quatuor lineas lata. Panicula alias rarioscula, parum sparsa, alias pedalis, multiflora. Locustæ parvæ, ex subviridi albicantes, teretes, acutæ. Calycis folia duo inæqualia, floralibus multo minora, mucronata, albida. Locustæ flores quatuor, gluma exteriori glabra lata, ferrata, ad apicem subflava & subhirsuta, etiam tota, si microscopio usus fueris. Arista gracilis, alba, semuncialis.

Cum nomine *Bromi Gigantei* ad me missus est. Priori nimis vicinus.

1507. BROMUS hirsutus, angustifolius, locustis quinquefloris, aristis folliculo brevioribus. †  
*Festuca pratensis lanuginosa* C. B. *Theatr.* p. 148. *Prodr.* n. 68. ex SCHEUCHZERO & VAILLANT. p. 93. t. 18. f. 2.  
*Gramen avenaceum dumetorum majus hirsutum* *Hist. Oxon.* III. p. 213. t. 7. f. 27.  
*Gramen bromoides pratense, foliis præter culmum angustioribus, rara lanugine villosis* SCHEUCHZER. p. 255. t. 5. f. 13.

β. Foliis angustissimis & pilosis C. B. *Theatr.* p. 148. *Prodr.* n. 70.

γ. Foliis glabris VAILLANT.

C. B. Basileæ. SCHEUCHZER. in pratis ficcioribus. *In valle du Trient* glabra. *Misit etiam* Cl. CHATELAIN & GESNER.

Caulis ad sesquipedem altus. Folia hirsuta, etiam glabra, retroversu aspera, radicalia dimidiam, caulina unam lineam lata & ultra, ex qua nota adgnoscas. Panicula stricta, veluti spicata. Locustæ circa vigenas, longissimæ, unciales & ultra, pentanthæ, etiam hexanthæ, octanthæ, ex violaceo & pallido varix, per ætatem distichæ. Calycis glumæ inæquales, acutæ, lineatæ, ala membranæ. Florales glumæ ovatæ, acutæ, lineatæ, hirsutæ, mucrone fillo, & cis apicem aristam tantum duarum linearum, & folliculo suo brevior, emittit, qua nota a 1505. differt.

Ex icone *Hist. Oxon.* posset esse varietas hirsuta Bromi sterilis, neque icon SCHEUCHZERI repugnat.

1508. BROMUS hirsutus, panicula nutante, pauciflora, locustis quinquefloris, hirsutis, glumis acute lanceolatis.

An *Festuca avenacea sterilis humilior* C. B. *Theatr.* p. 128. ? non SCHEUCHZER p. 259. Nonne varietas, quæ in LINNÆI *Flor. Suec.* n. 98. existat? Ob locustam quinquefloram, & aristam gluma non longiorem credo sermonem esse de nostra planta.

Ad ripam Rheni prope Crenzach.

Separavit Cl. MIEG *spec. inaug.* n. 12. ob sparsos & longos petiolos ramosos, varie inflexos, qualia multa inter nostras specimina sunt.

In tectis & muris, in Valesia imprimis.

Culmi dodrantes & pedales, fasciculati. Folia mollia, hirsuta, ad lineam lata. Panicula ramosa, erecta, mature tamen nutans. Locustæ minores, quam 1505 & quinquefloræ. Glumæ calycinæ inæquales. Glumæ florales totæ hirsutæ, mucrone albo, ultra quem arista producitur, recta, tortilis, quatuor lineas longa. Interior gluma alba, simplex, elliptica, lanceolata.

1509. BROMUS glaber, locustis octifloris, nutantibus, glabris, glumis marginatis.

*Festuca graminea, effusa juba* SCHEUCHZER. p. 262. t. 5. f. 15. C. B. *Theatr.* p. 144. *Prodr.* n. 65.

*Gramen sylvaticum glabrum, panicula recurva* VAILLANT. t. 18. f. 3. bona icon spicæ.

*Bromus panicula nutante, spiculis ovato oblongis* LINN. p. 113.

*Icon OEDERI* t. 293.

In agris.

*Gramen maximum*, ad quinque pedes altum culmo, hirtum. Folia maxima, ad tres lineas lata, juniora hirsuta, adulta glabra, oris asperis. Panicula longa, semipedalis, longis petiolis ramosis. Locustæ teretes, densæ, uncia longiores, totæ glabræ, etfi ad microscopium subtiliter hirsutæ sunt. Duo folia calycina inæqualia, mucronata, viridia, multo floralibus breviora. Flores in locusta octo, distantes, exteriori gluma viridi, oris albis, acute mucronata, arista recta, debili, paulum sub mucrone nata.

1510. BROMUS glaber, locustis quadrifloris, nutantibus, aristis longissimis.

*Gramen bromoides aquaticum, latifolium, panicula sparsa, tenuissime aristata.* SCHEUCHZER. p. 264. t. 5. f. 17.

An *Bromus panicula nutante, spiculis quadrifloris, aristis brevioribus?* LINN. *Skouska resa* p. 394. *Spec II.* p. 114. *Bromus giganteus Flor. Suec.* SCHREBER. t. XI. Sed nostro aristæ tres lineas longæ.

In aquosis & circa fossas, Tiguri; etiam circa Roche, au Prépouy.

Culmus tripedalis, quadrupedalis. Folia glabra, latissima, etiam ad semuncem. Panicula pedem longa, erecta, parum sparsa. Calycis foliola inæqualia lineata, viridia & alba. Locusta longa, stricta, quadriflora (d). Glumæ florales multo quam prioribus minores, tres (e) lineas longæ, lineatæ, ora & apice viridi, strictæ, mucronatæ. Aristæ semunciales, etiam curvæ, debiles.

1511. BROMUS panicula laxa, locustis quadrifloris, brevissime aristatis.

*Gramen arundinaceum, locustis viridi spadiceis, loliaceis, brevibus aristatis* SCHEUCHZER. p. 266. t. 5. f. 18. GMELIN. p. III. n. 45.

Videtur esse *Bromus panicula patente, floribus subtrifloris* LINN. RAYGER. II. p. 41.

SCHEUCHZER locis umbrosis ad Sila aggerem, ego etiam Basileæ.

Caulis altissimus, quinquepedalis. Folia unam alteramve lineam lata, glabra, retro-versu aspera, ficca, arundinacea. Panicula laxa, etiam pedalis. Locustæ parvæ, vix quatuor linearum; juniores violacæ, cum virore, inde pallentes, trifloræ, quadrifloræ, quinquefloræ. Calyx glumis inæqualibus, mucronatis. Glumæ florales ampliusculæ, fuscæ, mucrone albo, acuto. Arista glumæ exterioris brevissima, etiam nulla.

A *Festuca pratensis* differt aristis, & locustis paucifloris, quæ *Festucæ* numerosiores sunt.

1512. BROMUS locustis tetranthis fasciculatis, imbricatis.

*Gramen spicatum, folio aspero* C. B. *Theatr.* p. 45. bene *Prodr.* p. 23. *Hist. Okou.* III. p. 202. t. 6. f. 38. bene SCHEUCHZER. p. 299. t. 6. f. 15.

*Gramen arvense, spica compacta, divulsa* LOESEL p. 110. ic. 23.

*Dactylis*

(d) Sparsa, laxa SCHEUCHZER.

(e) Ad sex LINN.

*Dactylis panicula secunda glomerata* LINN. p. 105.

*Dactylis glomerata* SCHREBER. t. 8.

In pratis & ad vias vulgatissimum.

Caulis tripedalis; folia glauca, subhirsuta, retroverfu aspera, tres quatuorve lineas lata. Panicula pene spicata, fit fasciculis crassis, confertis, subrotundis, nutantibus, ex racemis factis folliculorum, nullum situm definitum adfectantibus. Calyx bifolius, glumæ inæquales, utraque mucronata, pene aristata, alba, subviridis, & violacea, ubique, & in dorso hirsuta, pene dentata. Locusta triflora, etiam biflora. Gluma exterior major, subhirsuta, lineata, cava, viridis, violacea & alba, paulo cis apicem aristam, lineæ longitudine, emittit. Interior mucronata, apice plerumque bifido, arista quasi ex basi nata, mucronata, quæ imperfectus est flosculus. Is quartus est folliculus, præter quem duo, etiam tres, maturi adsunt.

Hoc Gramine deglutito canes sibi vomitum cient.

Novo genere nos quidem non egemus. Etiam SCHEUCHZERUS cum Bromo reliquit.

β. Varietas gluma breviori, calycis glumis æqualibus apud SCHREBER ibid.

STIPA LINN. n. 90.

Longitudo immensa aristæ, florem multoties superantis, characterem efficit.

1513. STIPA aristis nudis, incurvatis, calycibus femine longioribus LINN. p. 116.  
*Festuca junceo folio* C. B. *Theatr.* p. 145. *Prodr.* p. 19. SCHEUCHZER. p. 151.  
t. 3. f. 13. A.

β. Aristis minus recurvis junioribus, ut ex brevi panicula adparet.

*Festuca longissima aristis* C. B. *Theatr.* p. 152. 153.

Circa *Sedunum*, in muris sub *Montru*. Etiam in Rhætia ad petram prope *balneum fontis rubri*.

Culmi tripedales. Folia ad lineam lata, in junceam gracilitatem convoluta, teretia. Panicula angustissima, prælonga, pedalis, longo in folio vaginali lato & glabro continetur. Calycis glumæ duæ, utraque in prælongum mucronem, aristiformem, sed planum productæ. Flosculi glumæ inæquales, accurate in folliculum basi villosum, ellipticum, utrinque acuminatum connivent. Interior simplex, mucronata, angusta, in cavo majoris absconsa; exterior cartilaginea ex apice aristam robustam, pene pedalem emittit, juniorem rectiorem, inde varie flexuosam (a). Delapso folliculo calyces soli supersunt, & paniculam crassam referunt.

Ab hac planta aliam separat LINNÆUS, quam vocat *Stipam aristis nudis rectis, calycibus femine longioribus* l. p. 116. & cui pro synonymo dat *Festucam junceo folio* C. B. *Theatr.* p. 145. & SCHEUCHZERI, eique patriam tribuit Helvetiam. Verum certum est, nostratam varie curvatas habere aristas, & folia convoluta, juncea, glabra. Quare de vero discrimine utriusque dubito; si ullum vero est, nostra erit *aristis incurvis*. Certum est denique, me *Quedlinburgi* eandem cum nostra junceam plantam aristis flexuosis legisse. Et C. B. suam longissimis aristis in Germania collegit, in Helvetia eam, quæ junceo folio est.

\* 1514. STIPA aristis plumosis (lanatis LINN.)

*Gramen austriacum pennatum* CLUS. *Pannon.* p. 717. 718.

*Gramen sparvium pennatum* C. B. *Theatr.* p. 70. *major* BARRELIER n. 46.

*Gramen spicatum, aristis pennatis* J. R. H. SCHEUCHZER. p. 153. t. 3. f. 13. β.

*Gramen plumosum* MÜNTING l. 173.

Abunde circa *Roche*, *St. Maurice*, &c. Ex monte *Scaletta* Rhætiae GESNERUS misit.

Radices cespitose: folia ad lineam lata, sed in junceam tenuitatem convoluta. Panicula, ut in priori planta, continetur vagina folii latiusculi, pedalis, laxior & disjecta. Calycis duæ glumæ inæquales, strictæ cæterum & cavæ, utraque in filamentum aristæ simile terminata, in altera unciale. Folliculus ad basin villosus, longus, strictus, acuminatus. Gluma floralis interior simplex a majori continetur, major prædura, ut in priori convoluta, abscondit minorem, & ex dorso valentem spiralem

(a) Amare recti GMSLINUS p. 114.

lem plumam emittit, superne longe pennatam, ad modum pennarum avium, pilis simplicibus & mollibus.

## ARUNDO.

ARUNDINIS LINN. *Spec.* n. 93.

&amp; ex aliis generibus variæ.

Arundini meæ a conica & acuta figura folliculi nomen feci. Dantur autem inter Arundines aristatæ, aristam varie producentes, & muticæ, villosæ & minus villosæ. Communis omnibus habitus eas continuo prodit, neque unquam pappus undique deficit.

1515. ARUNDO foliis secantibus, locustis trifloris, papposis, muticis.

*Arundo palustris* CAMERAR. *Epic.* p. 73.

*Arundo vulgaris* C. B. *Theatr.* p. 269. *palustris* HIST. OXON. III. p. 218. t. 8. f. 2.

*Arundo vulgaris*, seu *phragmites* Dioscoridis SCHEUCHZER p. 161. t. 3. f. 14. D. MONTI *ic.* p. 31. β.

*Arundo calycibus quinquefloris*, *panicula laxa* LINN. p. 120.

β. *Arundo media vulgaris*, foliis & cùm in summo fissiforme corpus componentibus SCHEUCHZER. p. 162. *panicula*, ut in sequente, intra foliotam conicamque vaginam inclusa.

Prior ubique in fossis, stagnis, oris lacuum. Varietas β. in fossis circa *Wahlenstätt* a SCHEUCHZERO lecta est.

Radices geniculatæ, reptatrices, longe plantam suam in agris humidis propagant, cum summo tædio agricolarum. Culmi ad sex pedes eriguntur. Folia ad unciam lata, firma, lineata, oris secantibus, manusque convulnerantibus. Panicula erecta, ascendens, pedalis, maxima, multiflora, per ætatem nutans. Locustæ strictæ, perangultæ, trifloræ, etiam quadrifloræ, quinquefloræ. Calycis glumæ inæquales, acute micronatæ, spadiceæ. Folliculorum gluma exterior violacea, longe de calyce eminet, mucrone producto, interior dimidio brevior, simplex. Pappus copiosissimus, sericeus, in petiolis feminum, fere locustæ longitudine.

Dulcis planta, grato succo plena, qui abtergit, & leviter alvum subducit. Radices dulces, cum nauseoso sapore. Veteres ea radice in medicina utebantur, deque ea celebris lis inter Cl. Viros TRILLERUM & D. SPRINGSFELD exarsit. Nuper aquam cum ea radice coctam, ad promovenda lochia Cl. DEIDIER (a\*) suavit. Chinæ radice cum bono eventu substituit CLAUDINUS (b): apostemata ad suppurationem perducere Levinus LEMNIUS (c).

Coma viridi colore tingit (d) cum Campanula cærulea & baccis Myrtilli *Trinkebär* (e) conjuncta.

1516. ARUNDO caule lignoso, geniculato, foliis latissimis, locustis trifloris.

*Arundo maxima* & *hortensis* J. B. II. p. 486.

*Arundo sativa*, quæ *Sevaz* Dioscoridis C. B. *Theatr.* p. 271. SCHEUCHZER. p. 156. t. 3. f. 14. A. B. C. MONTI *ic.* I.

*Arundo calycibus trifloris*, *panicula diffusa* LINN. p. 120.

In colle prope pagum *Olon*, sub via, quæ ducit à *Verchier*.

Culmus sepedalis & altior, subligneus, durus, ut scipionum loco sit, geniculis & diaphragmatibus interstinctus. Super quodque geniculum folium, caulem flava cavæque vagina amplexum, patulum, bipedale, ad tres uncias latum; ora in juniore planta ciliata, subaspera, in adulta glabra. Summus caulis terminatur in acumen, foliis se in conis speciem convolventibus. Panicula sesquipedalis, erecta, multiflora, Locustæ aliquanto, quam priori, majores. Calycis glumæ duæ inæquales, glabræ, acute mucronatæ. Flores duo, etiam tres, sed fere bini maturi, ad basin villo sericeo excepti, floris ipsius longitudinem æquante; cæterum gluma exteriori longa, & argute mucronata.

Nobis infervit ad pedlines textorum; Italis ad vites sustentandas.

1517.

(a\*) *Consult.* II. p. 214.(b) *Ingress.* ad *infirm.* p. 178.(c) *Herb. bibl.* p. 97.(d) LINN. *plant. rarior.* p. 22.(e) K. *Svensk Wetensk. Handl.* 1761. trim. IV.

1517. ARUNDO locustis bifloris, spicatis, gluma florali exteriori ciliata.

- Gramen montanum Avena femine* CLUS Paunon. p. 717. 718. Hist. p. CCXIX.  
*Gramen avenaceum montanum lanuginosum* C. B. Theatr. p. 156. non bene, Hist. Oxon.  
 III. p. 215. n. 42. & 45. S. 8. MONTI ic. 85.  
*Gramen avenaceum, spica simplici, locustis densissimis, candicantibus & lanuginosis* J. J. SCHEUCHZER. It. Alp. I. p. 37. t. 4. f. 1. It. II. p. 134. J. SCHEUCHZER. agrostograph. p. 174. t. 3. f. 16. G. H. J. K.  
*Melica flosculi inferioris petalo exteriori ciliato* LINN. p. 94.  
 β. *Gramen avenaceum lanuginosum, spica rarioribus* C. B. prodr. n. 72. Theatr. p. 157. icon melior, MORIS f. 27.

In muris calidioris Helvetiæ, circa Roche; Aigle, in Valesia, Bienna, Bada, Altorf, &c.

Culmi cespitosi, cubitales. Folia glabra, ad lineam lata, glauca, sæpe in vetulis exemplis convoluta. Panicula spicata, densa, flosculis se continuo consequentibus, patulis. Calycis duo foliola mucronata, flavescentia, multo flore majora. Flores duo; perfectus & imperfectus, hic petiolatus. Gluma perfecti exterior cava, acuta, longis pilis sericeis ciliata, interior minor, glabra planior. In ista flosculus imperfectus manifestissimus.

1518. ARUNDO locustis bifloris, floribus conicis, petiolis subvillosis.

- Gramen arundinaceum enode majus, montanum* C. B. Theatr. p. 96. cum icon?  
*Gramen paniculatum, autumnale, panicula ampliore, ex viridi nigricante* SCHEUCHZER. p. 207. t. 4. f. 11.  
 β. *Gramen arundinaceum enode, montanum, panicula longissima, locustis angustissimis* SCHEUCHZER. p. 208. omnino.

Circa Roche passim, ad oras lacus Lemani, in pratis circa Aigle, etiam in dominio Salinarum. SCHEUCHZERUS in sylvis. Aux marais de Refrein. Circa Crenzach, & Lörsch.

Culmus firmus, tripedalis & ultra, fere enodis, teres. Folia dura, arundinacea, ad duas lineas lata, glabra, non aspera. Panicula longissima, pedalis, erecta & stricta. Locustæ arundinacæ, longæ, strictæ, mucronatæ. Calycis duæ glumæ inæquales, argutæ, ut tota planta firmæ. Flosculus plerumque unicus, violaceus, in ligneum sæpe elanguens; si duo, tunc alter petiolatus, uterque acute conicus, acuminatus, durus, viridis, aut totus etiam violaceus, cum aliquo rariori pappo, ad basin & in petiolo, ut Arundinem agnoscas.

Ad confirmandos aggeres feritur BRADLEY (g).

- β. *Gramen arundinaceum enode, minus* J. B. II. p. 481. RAJ. sylvaticum C. B. Theatr. p. 97. SCHEUCHZER p. 209.  
 Icon OEDERI t. 239.

Frequens in paludosis, torfaceis, circa Seedorf, Vervai, &c. Prope Neuhaus, in sylva Wylenf & Wasserfall C. B. SCHEUCHZER. in montè Regio & in alpihus. Mihi quidem non aliter videtur differre, nisi statura. Nam etiam prius in altissimis exemplis sæpe locustis est unifloris.

Unam etiam speciem LINNÆUS habet, cui est *Aira foliis planis, panicula contracta, floribus pedunculatis, muticis, convoluto subulatis* (h).

Colere suadet Cl. KALMIUS (i).

1519. ARUNDO locustis unifloris, muticis, panicula alterne contracta.

- Gramen arundinaceum, panicula molli spadicea majus* C. B. Theatr. p. 94. 95. SCHEUCHZER p. 122. t. 5. t. 3. f. C. D. tab. prodr. V.  
*Gramen tomentosum & acerosum, Calamagrostis quorundam & vulgi Gramen plumosum* LOBEL ic. 6.  
*Arundo calycibus unifloris, culmo ramoso* LINN. p. 121.  
 Icon OEDERI t. 280.

Non rara in pratis humidis, circa Bernam, v. gr. im Inseli, & im Bodenaker; tum circa Roche, Tigurum, Basileam. Michelfeldæ.

Caulis cubitales & ultra, cespitosi, ramosi. Folia lata, ad tres lineas & ultra, oris nervisque asperis. Panicula densa, florum innumerabilium, alterne latior & contracta.

(g) Farmer. direct. p. 54.

(h) p. 95.

(i) K. Svenska Wetensk. Handl. 1747.

Tom II.

tracta. Calyx violaceus, binis glumis longe mucronatis. Glumæ florales inæquales, compressæ, longe mucronatæ, membranaceæ: major ex violaceo & argenteo varia. Cis apicem exterioris arista, paulum flexa. Circa basin folliculorum plurima pubes sericea. SCHEUCHZERUS mucronem locustæ non habet pro arista.

1520. ARUNDO locustis unifloris, sericeis, muticis, panicula stricta.  
Gramen arundinaceum, paniculatum, montanum, panicula spadiceo viridi, semine papposo  
SCHEUCHZER. p. 124.

Gramen arundinaceum aquaticum latifolium glabrum TILLI Hort. Pisan.

Arundo calycibus unifloris, panicula erecta, foliis subtus glabris LINN. p. 121.

SCHEUCHZERUS in sylvis montis Tschiera, paulo supra Anders.

Radix geniculata. Culmi ad terram vaginofi, cubitales, & ultra (f). Folia superne hirsuta, inferne glabra, ad duas lineas lata. Panicula duarum unciarum, angusta, pene spicata. Locustæ minimæ, peracutæ. Calycis glumæ paulum inæquales, acutæ, violaceæ; altera mucrone adeo stricto, ut pene aristata sit. Flos calyci æqualis, acuminatus, ad basin pappo multo exceptus, sibi æquali. Glumæ fere æquales, albæ, mucronatæ non aristatæ. Mea exempla paleæ sunt colore, violacei vero aliquid admiscetur. Ramosæ arundini folliculus calyce valde minor est, huic parum, & panicula multo minus multiflora, nec alterne contracta.

1521. ARUNDO locustis unifloris, ex summa gluma aristatis.  
Gramen arundinaceum, panicula aristata, densa, viridi argentea, splendente SCHEUCHZER. p. 146. t. 3. f. 11. A. B. SEGUIER Supplem. p. 163.  
Agrostis panicula incrassata, petalo exteriori toto lanato, apice aristato, caule ramoso  
LINN. p. 92.

In Gubernio Aquilejensi abundat speciosa planta ad rupes, cis aditum cuniculorum *des fondemens*, supra torrentem *Gryonne*, ad viam inter *Olon* & *Aigle*, quæ dicitur *le Tombey*, supra *Ivorne* & *au mont d'Arvel*. SCHEUCHZERUS in arduo litore Rheni posterioris, e regione castris *Rätzuns*, ad viam, quæ ducit ad fontem rubrum.

Culmi tripedales, in basi quasi bulbosi. Folia glabra, ad duas & tres lineas lata, dura, retroversu ad oras aspera. Panicula angusta, erecta, semipedalis, & ultra, minus tamen, quam in vulgatis arundinibus, densa. Locustæ ex ovato conicæ, acutæ. Calycis glumæ inæquales, in longiorem mucronem, aristæ similem, educæ, basi subvirides, cætera albæ, alias totæ virent. Flos unicus, conicus; gluma exterior ex ipso mucrone aristam, ad quatuor lineas productam, edit, eademque gluma plurimo albo pappo nitet. Elapso folliculo, ut solus calyx superlit, aliud omnino Gramen videtur.

*Proliferam* reperi, ut pro flore folia eleganter ex viridi & argenteo varia, longe conica, ex calyce educerentur.

1522. ARUNDO locustis unifloris, glumis ex imo dorso aristatis. †  
Gramen avenaceum montanum, panicula angusta, e dilutissimo fusco albicante & papposa  
SCHEUCHZER Append. p. 507.

Gramen avenaceum, semine papposo, panicula acerosa Dillengroß p. 93.

SCHEUCHZERUS in monte *Uetliberg*, supra arcem *Mannegg*, & ad *Sidam*. Ego in mont. *Danfer*, & *Berna*. Sub arcibus *Farnspurg* & *Wallenburg*.

Caulis bipedalis. Folia duas, & tres lineas lata, retroversu aspera. Panicula angusta, pene spicata, semipedalis, dilute fusca, antheris subviolaceis. Locustæ longiores, ovatæ, mucronatæ. Calycis glumæ æquales, mucronatæ, virides, albo margine. Flos unicus, calyce longior, sericeo villo tectus, locustis acutis, æqualibus, arista flexa, ex imo dorso nata; paulo flore longiori.

Stragula ex hac Arundine texti GÆLINUS (k).

\* 1523. ARUNDO locustis unifloris, arista ex imo dorso, florem superante. †  
*A la Joux verte* Aquilejensium: & in scopulis montis *Nombrioux*. Supra *les Plans*.  
Misit etiam J. GESNERUS.

Culmus

(f) Emend. III. n. 128.

Culmus (1) tripedalis: folia retroverſa aſpera, fulcata, ad tres lineas lata. Panicula contracta, lente decreſcens, pene ſpicata, ſemipedalis, valde ſimilis *ramoſæ* Arundini, ariſtis ſubſperis. Locuſtæ majores longe, quam priori, etiam bifloræ. Glumæ calycis pene æquales, mucronatæ, violaceæ. Glumæ florales calyci æquales, lineatæ, baſi pappoſa nitente, violaceæ, ſupremæ argenteæ. Ex dorſo exterioris glumæ, pene ex baſi, ariſta curva, calyce & folliculo longior, etiam uncialis. Virentem etiam paniculam reperi.

Nullam ſynonymum reperi, & puto cum *ramoſa* Arundine confuſam fuiſſe, quæ mutica eſt.

1524. ARUNDO locuſtis unifloris, faſciculatis, imbricatis, glumis floralibus nitentibus, ſubhirsutis.

*Gramen arundinaceum aceroſa gluma, noſtras* RAJ. *Hiſt. Oxon.* III. p. 203. t. 6. f. 41. bene.

*Gramen miliaceum aquaticum, phalaridii ſemine* SCHEUCHZER. p. 126. t. 3. f. 4. A. B. C.

Icon OEDERI 259.

*Phalaris panicula oblonga* LINN. p. 80.

β. *Gramen arundinaceum ſpicatum* C. B. *Theatr.* p. 94.

γ. *Gramen arundinaceum panicum, ſpica diviſa* LOESEL. p. 119. ic. 34.

δ. *Gramen ſulcatum aut ſtriatum album* LOBEL. ic. p. 3.

In aquoſis ad ſoſſas paſſim. Circa *Seelhofen*, *Sugy*, *Michelfeldæ*, au *Cul des prés*. *Tiguri*, &c.

Caulis craſſus, bicubitalis. Folia glabra, ad octo lineas lata. Panicula pedalis, ramoſa, ſed ramis faſciculis ſorum tectis, confertis, imbricatis, alterne longioribus. Calycis duæ glumæ mucronatæ, æquales. Folliculus unicus, conicus, in baſi hirsutus, & inferne nitens, ut *Milia* & *Phalarides*. Gluma exterior nitens, paleacei, etiam ſubviolacei, coloris, convexa, ſubhirsuta, adaptata internæ glumæ, pariter inferius nitenti, & hirsutæ: utraque mucronata, fere æqualis, interna anguſtior. Inter eas duas glumas ſemen eſt.

Poteſt cum Arundine manere, & habet pappum in baſi floſculi & in floſculo, folliculumque conicum.

## MILIUM LINNÆI n. 79.

Glumæ calycinæ duæ ovatæ, parum mucronatæ, æquales. Folliculus unicus, calyci æqualis, ex ovato conicus, nitens, ſubcartilagineus. Semen ſimile, lenticulare, nitens.

1525. MILIUM paniculis raris, longiſſime petiolatis.

*Miliaceum Gramen* LOBEL p. 3.

*Gramen ſylvaticum miliaceum, panicula ſparſa* C. B. *Theatr.* p. 140. 141. SCHEUCHZER. p. 131. t. 3. f. 6.

*Gramen miliaceum vulgare* HIST. OXON. III. p. 197. S. 8. t. 5. f. 10. bene.

*Milium floribus paniculatis, diſperſis, muticis* LINN. p. 90.

In ſylvis abunde.

Culmi tripedales: folia ad quatuor lineas & ultra lata. Panicula laxa, valde ſparſa, non multiflora. Rami verticillati, flexuoſi, longe nudi. Locuſtæ, calyce viridi, lineato.

β. *Gramen paniculatum alpinum, panicula miliacea ſparſa* SCHEUCHZER. p. 134.

*Milium floribus paniculatis confertis* LINN. p. 90.

In ſylvis montis *Tſchiera* Rhætorum.

„ Folia mollia, ad ſeptem lineas lata. Culmus bicubitalis. Locuſtæ numeroſiores, „ denſius confertæ.”

Mera varietas, ut ex plantis ficcis SCHEUCHZERI confirmor.

*Milium vulgare* paſſim colitur, etiam *Milium Africanum*, quod *Sorghum*.

DIGI.

(1) p. 126.

(2) *Emend.* III. n. 141.

## DIGITARIA HEISTER &amp; ADANSON.

Antiquum nomen, & characteristicum, reddo plantis nostris, quae adeo vehementer a LINNEANIS *Panicis* abluunt, ut nullo modo eo referri possint. Receptaculum Tritici, alternis scrobibus excavatum. In eas scrobes applicantur flosculi petiolati. Calyx biglumis, lineatus, altera gluma parva, mucronata, altera majori faciei floris respondente, lineata: ita mucronata, compressa, ovato lanceolata uniflora, locusta oritur. Flos durus, nitens, fuscus, convexus inde, hinc complanatus, & linea quasi divisus, non tamen penetrante. Nonquam satis potui distinguere divisionem in duas glumas. In cavea certe undique clausa semen sedet, compressum, planum.

2526. DIGITARIA (a) foliis subhirsutis, caule debili, spicis verticillatis, scapo ancipite.

*Dactylus* CLUS. *Hisp.* p. 497.

*Gramen dactylon*, folio latiore C. B. *Theatr.* p. 114 bene, SCHEUCHZER p. 101. t. 2. f. 2. G. H.

*Gramen dactylon*, annuum, folio latiore *Hist. Oxon.* III. p. 184. t. 3. f. 2.

*Sanguinella* GLEICHEN t. 8.

II. *Gramen dactylon-esculentum* C. B. *Theatr.* p. 118. Circa Giornico Vallis Lepontinae.

III. *Gramen dactylon aquaticum* C. B. *Theatr.* p. 118. *Hist. Oxon.* III. p. 184. S. 8. t. 3. f. 5.

IV. *Gramen dactylon majus repens*, foliis simplicissimis BUXBAUM *Cent. V.* p. 34. t. 65.

I-IV. *Panicum spicis digitatis*, basi interiori nodosis, flosculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis LINN. p. 84.

In areolis hortorum Rupe, Basilea & Tiguri.

Caulis ab unciali, ad semipedalem. Folia hirsuta, mollia, longa, ad tres lineas lata & ultra. Spicae plurimae, primae verticillatae, ultimae alternae, omnes praelongae, rarae, ut flos florem vix attingat. Aliquando locustae binae conjunctae, etiam in uno petiolo. Locusta ex ovata mucronata, calycis gluma major flori adplicata & aequalis, subviolacea, lineata. Flos, qualem dixi, hirsutulus. Semen Mannae (*Himmelsthan*) Sclavorum (b) olim huic herbae tribuebatur, etiam nuper (c). Nunc ad aliam stirpem ea laus transfertur (d).

2527. DIGITARIA stolonibus teretibus, foliis patulis, glabris, spicis digitatis.

*Gramen repens*, cum panicula Graminis mannae J. B. II. p. 755.

*Gramen dactylon*, folio arundinaceo majus MONTI ic. 99. *Germanicum* C. B. *Theatr.* p. 112. bene. MONTI ic. 99. bene.

*Gramen dactylon*, radice repente, seu officinarum SCHEUCHZER p. 104. t. 2. f. 11. I.

β. *Gramen IDEM minus* C. B. *Theatr.* p. 113. nostri potius simillimum. *Hist. Oxon.* S. VIII. t. 3. f. 4.

*Panicum spicis digitatis*, patentibus, basi interiore villosis, floribus solitariis, sarmentis repentibus LINN. p. 85.

C. B. in arenosis ad Rhenum: sic STÆHELINUS. SCHEUCHZERUS in declivitate fossae aquae plenae Tiguri minoris. Ego in arenosis litoribus lacus Lemani, v. gr. aux Grangettes.

Stolones repentes, teretes, crassi, solidi, squamosi; caules rigidi, pedales; sic folia lineam & ultra lata, glauca. Spicae unciales, ex uno puncto fere quaternae, tamen etiam plures & ad septem. Flores omnes ad unum latus versi. Receptaculum in principio rectum, in fine flexuosum. Locustae inclinatae, uniflorae. Calycis glumae minus inaequales, minus adplicatae, sine gracilius. Flos subviolaceus planus, ovato lanceolatus, ora subhirsuta, in duas glumas facilius discedit, latam cavam, & angustiore alteram. Ad ejus dorsum arista brevissima exit.

## PHLEUM

(a) Gramen I. aculeatum dactylon, quinque in caumine aculeis. Alterum etiam Dactylon aculeo simile. Tertium Dactyli genus causticum PLIN. L. XXIV. n. 119. Videtur de aliis plantis dicere.

(b) MATTIOL. p. 213. 495. ic. 1000. C. B. I. c.

(c) GLEICHEN t. 8.

(d) p. 210.



## PHLEUM LINN. n. 77.

## GRAMINA TYPHOIDEA SCHEUCHZERI.

Character est in calyce, cujus duæ glumæ similes & æquales, ex angulo exteriori in mucronem terminatæ, bicornem figuram referunt. Folliculus cæterum floralis biglumis, muticus, glumis æqualibus, ovatis.

1528. PHLEUM caule erecto, spicis cylindricis longissimis, glumis calycinis oblique truncatis.

*Gramen typhoides maximum, spica longissima* C. B. Prodr. n. 25. Theatr. p. 49. Hist. Oxon. III. p. 188. t. 4. f. 1. SCHEUCHZER p. 65.

*Pbleum spica cylindrica longissima, culmo recto* LINN. p. 87.

*Timothygras Anglorum* (e), quod ob scæni copiam & saporem colitur.

- β. Inter plantas ficas SCHEUCHZERI præampulum exemplum fuit, quadrupedale, foliis ad lineas latis, cum nomine *Graminis typhoidis*, radice *Graminis canini*, spica foliacea profifera, Horgæ lectum p. 16. In eo glumæ calycinæ nature tenuis, sed cornubus longioribus, & glumæ florales in foliolum femunciale productæ.

In humidis pratis abunde.

Radix bulbosæ similis. Caulis præaltus, trium, quatuorve pedum. Spica densissima, totidem unciarum, etiam ultra: flosculi fessiles ad petiolos breves, tamen non unifloros. Calycis folia lineata, ciliata, æqualia, retusa; sed ex angulo exteriori mucronem validum & aristiformem emittentia. Floris glumæ æque longæ, inferne ventricosæ. Calyx viridis, folliculus pallens.

1529. PHLEUM spicis ovatis, hirsutis, locustis longe bicornibus.

*Gramen typhoides alpinum, spica brevi, densa & veluti villosa* SCHEUCHZER p. 64. Prodr. t. 3.

Icon OEDERI t. 213.

*Pbleum spica ovato cylindrica* LINN. p. 88.

SCHEUCHZERUS in pratis alpium, in quibus etiam ubique legi.

Culmus pedalis, & paulo ultra: folia ad sesquilineam lata, glabra. Spica junior brevissima (f); in adulta planta longior. Floris fabrica paulam alia. Glumæ calycinæ multo magis hirsutæ: mucrones aristiformes, longiores, intervallum aristarum lunatum, margine quasi eminente confirmatum. Id fit ex latitudine glumæ calycinæ, quæ exterius recta in aristam producitur, interius oblique in aristam vergit.

1530. PHLEUM caule imo bulboso, declinante, glumis calycinis oblique truncatis.

*Gramen typhinum* LOBEL. ic. p. 10.

*Gramen typhoides minus nodosum* HISTORIÆ OXONIENSIS III. p. 194. S. VIII. t. 4. f. 3.

*Gramen typhinum pratense tuberosum, spica aspera* BARRELIER ic. 22. n. 2.

& *Gramen typhoides arvensis, radice tuberosa, spica aspera, longa, &c.* J. PETIVER. Gram. Italic. t. 3. f. 1.

& *Gramen typhinum supinum, tuberosum, spica non aspera, &c.* PETIVER. n. 53.

*Gramen typhoides asperum alterum* C. B. Theatr. p. 52. SCHEUCHZER. p. 62.

*Pbleum spica cylindrica, basi sterili, culmo ascendente, radice bulbifera* LINN. p. 88.

II. *Gramen nodosum, spica parva* C. B. Theatr. p. 20. Prodr. n. 6.

& β. *Gramen alopecuroides minus* LOBEL. p. 9.

*Gramen typhoides, culmo reclinato* C. B. &c.

In pratis, & oris viarum abunde.

Caulis ad terram vaginis obducti, quasi bulbosi, primum decumbentes, inde erecti.

Folia peraspera, ad duas lineas lata. Spica, quam priorum, asperior, modo brevis, modo longior. Glumæ calycinæ evidenter bicornes, ipsæ albæ, mucronibus aristiformibus, viridibus, linea longioribus, cætera retusæ & ciliatæ. Margo glumam terminans evidentissimus. Ima pars spicæ flores habet imperfectos.

1531.

(e) Mus. russic. T. IV. n. 4.

(f) Ita icon OEDERI.

Tom. II.

1531. PHLEUM culmo recto, spicis cylindricis, glabris, calycibus brevissime mucronatis.

*Gramen typhoides, asperum primum* C. B. *Theatr.* p. 51. SCHEUCHZER. p. 61.

*Gramen typhoides medium, seu vulgatissimum* Hist. Oxon. III. p. 193. t. 4. f. 2.

An *Gramen typhinum, spica conoide, striata, culmo violaceo* BARRELIER. ic. 21. n. 1?

An *Gramen supinum italicum minus* BARRELIER. ic. 54?

*Phleum panicula cylindrica, spiciformi, glumâ glabrâ, culmo subramoso* HUDSON p. 23.

*Phalaris panicula cylindrica, spiciformi* LINN. p. 80. GMELIN. p. 86.

In agris.

Caulis erectus, pedalis & ultra: folia angustiora, ad duas lineas lata. Calyx glaber; cornua breviora, robustiora, aristis perbrevis, petiolis etiam multifloris. Paniculatum est, sed non solum (g).

*Gramen instar lime dentatum* Hort. Cathol. non videtur differre ab exemplis, qualia Badæ reperi.

1532. PHLEUM spicis paniculatis, hirsutis, calycibus lanceolatis. †

*Gramen cauda muris purpurascenti aliquantum simile* J. B. II. p. 473.

*Gramen alopecuroides, cum cauda muris purpurascente* Hist. Oxon. III. p. 192.

*Gramen typhinum junceum perenne* BARRELIER. ic. 21. n. 2.

*Gramen typhoides alpinum spica graciliori delicata & villosa* SCHEUCHZER p. 65.

*Gramen spicatum saxatile, glabrum, perenne, spica cylindracea, flavescente, longa, locustis acutis, ciliis instar pilosis* Hort. Pisani.

In pratis montanis & alpinis. SCHEUCHZER. in mont. Tschiera. Ego in pratis supra Ilfingen; au Creux du Vent, ex Valle de Bagnes.

Fabrica a Phleo spica rotundiori 1529. evidenter differt, & hæc species omnium Phleorum minime bicornis est.

Culmus rectus, pedalis, cubitalis. Folia glabra, ad duas lineas lata, & ultra, Spica manifesto paniculata, fasciculis etiam distinctis. Locustæ in tota gente maximæ, apprimè hirsutæ. Calycis foliola longe aristata, sed absque eo retuso sine, qui, in prioribus speciebus, quasi eminentem marginem efficit, pure lanceolata, cornubus hirsutis, folliculo flavescente, acuminato. Cornua, quam Phleo rotundo, multo breviora.

#### IV. CALYCE BIGLUMI, SETIS COMITATO.

HORDEUM LINN. n. 98.

TOURNEFORT. t. 295.

Fasciculi florum triflori, Duorum lateralium cuique calycis loco duo foliola perangusta (a), in aristas longas degenerantia, & tertia seta non foliosa, brevis. Folliculus biglumis, inter majorem, convexam, mucronatam glumam, & alteram (b) planam, semen recondens & stamina: ejus gluma exterior, ex apice longe aristata (c). Interior gluma cavea sua aristam se ipsa breviorē recipit. Tertius flos imperfectus, perangustus, fere solas aristas pro calyce habet. Quisque florum fasciculus ad scapi denticulati unam scrobem (d) pertinet, eique media sua plana parte obvertitur. Hordea nostra spicata sunt, LINNÆI voces paulum alie sunt, sensus idem.

1533. HORDEUM (e) spica subdisticha, calyce folioso fetaceo, floribus omnibus hermaphroditis, longe aristatis.

*Hordeum flosculis omnibus hermaphroditis, aristatis, ordinibus duobus erectioribus* LINN. p. 125.

*Hordeum polydistichum vernum* (f) C. B. *Theatr.* p. 439. MORISON. l. c. t. 6. f. 1.

Locus

(g) WIELICH. II. n. 54.

(a) GLEICHEN l. 27. f. 2. 3.

(b) IDEM ibid.

(c) TOURNEFORT O. O. GLEICHEN ibid.

(d) TOURNEFORT M. N.

(e) Hordeum versus habet, non Triticum: datur binis ordinibus, & tribus, & quatuor, & sex quando

plurimi, hoc spissius. Deinde aliud Hordeum rotundius, minus, aliud oblongius & majus est THEOPHRAST. L. VIII. c. 4. Nudum est & tenuius, tunc tunicis tectum IDEM. *caus.* L. IV. c. 14.

(f) Conf. de Hordei speciebus des SERRES p. 122. 129. LAWRENCE p. 96. SWITZER. *jun.* p. 65. 66.

Locus natalis ignoratur. In Atholia Scotiae sponte provenire vix crediderim (g).  
Sponte nascens OSIRIS colere docuit (h).

Flores imi imperfecti. Spica quasi disticha, etsi plurium est ordinum. In omnibus floribus calycis duae glumae flore breviores, subulatae, in aristam brevem terminatae. Gluma floralis exterior maxime cava, lateribus complicatis, dorso ciliato, apice in triunciale aristam producta; interior mutica. Petala duo plumosa. Exterius in commissura glumae majoris stylus pilosus, tertiam partem glumae longus, qui flosculus est imperfectus.

Ea in montanis feritur, eandemque speciem pingit BLAKWELL. t. 423.

1534. HORDEUM spica polysticha, floribus omnibus hermaphroditis, longe aristatis.

*Hordeum hexastichon* omnium Auctorum.

*Hordeum polystichon hibernum* C. B. Theatr. p. 439. Hist. Oxon. III. S. 8. t. 6. f. 3.

*Hordeum flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, seminibus sexfariam aequaliter positus* LINN. p. 135.

Vulgo feritur.

Spica crassior & torosior. Flores imi imperfecti: reliqui habent calycem flore breviorum, origine folioli foliacea, sine aristato. Floris gluma exterior aristam asperam biunciale edit, interior brevis est & lanceolata. Petala duo conspicua. Tertia quasi arista, ut in altero 1533. dimidia glumae longioris longitudine, ad originem glumae brevioris posita.

1535. HORDEUM. . . . .

*Hordeum flosculis lateralibus masculis muticis, seminibus angulatis, imbricatis* LINN. p. 125.

*Hordeum vulgare distichum* Hist. Oxon. S. 8. t. 6. f. 2.

*Hordeum distichum* C. B. Theatr. p. 440.

Mihi fatum non occurrit.

Hordei granum minus est, quam Zeae, & duplicem messem nostris Aquilejensibus praestat; post hibernum enim Hordeum, quod Majo mense defecatur, hordeum vere fatum maturatur. Farinam dulcem dat, ex qua alpicolae fere panem suum conficiunt; tum boreales populi, quibus Hordeum Korn dicitur, frumenti nempe genus usitatus. Causa, cur in frigidis regionibus colatur, est celeritas, qua maturefcit. In universum 55. ad 58. die, postquam fatum est, in ultimo septentrione defecatur, LINNÆO teste. Vitium est in pane, quod continuo ficescat. Pifana veterum (k) erat Hordeum decorticatum, in sole siccatum, pistum, iterum siccatum, & eo adpersum, quod in pinsendo decesserat. Ex ea farina veteres decoctum faciebant, quo in acutis morbis aegri alebantur (l), & cui id vitii dabat GALENUS, quod flatuosum esset. In pleuritide enim ARETÆUS laudabat (m). Inter cibos mali succi Hordeum a CELSO (n) referebatur. Nostro tempore ad cerevisiam potissimum inservit, quae decoctum est, in quod farina germinantis, inde siccata, Hordei admiscetur, & quam Europa borealis bibit, lupulo plerumque medicatam. Eam vires augere, magis quam vinum, BOERHAAVIUS docebat. Nos in medicina, decocto Hordei varie parato, & semine ipso, cum jure carniurn, aliove modo decocto, in morbis utimur. Hispani Hordeo equos suos alunt. Utiliter in mitiori regione feri potest, ut viride defecetur, armentis alendis idoneum; deinde ultima renascens seges maturationi permittatur. Ex Hordei aristis THOMAS WOOLHOUSE sua xystra parabat, quibus oculorum venas aperiebat, malo invento, ob barbular, quibus eae aristae armentantur (o), deciduas, & in oculis haeruras. Veteres iisdem aristis (p) utebantur ad hordeola compungenda. Eadem aristae in humido aere gyros explicant, in sicco contrahunt (q).

1536.

(g) CARDAN. variet. p. 109.

(h) DIODOR. Bibl. I. c. 14.

(i) L. VIII. c. 3.

(k) CASSIAN. L. II. c. 34.

(l) CONF. DIOSCORID. L. II. c. 79.

(m) CUR. ACUT. I. c. 10.

(n) L. II. c. 21.

(o) HOOKE micrograph. p. 147. Schem. XV. f. 2.

(p) MARCELL. p. 71.

(q) HOOKE p. 151.

1536. HORDEUM spicis crassis, longe aristatis, calycinis glumis aristatis.  
*Gramen hordeaceum* (r) minus & vulgare C. B. *Theatr.* p. 134. SCHEUCHZER.  
 p. 14. bene.  
*Gramen secalinum vulgatissimum vivum Hist. Oxon.* III. p. 179. t. 6. f. 4.  
*Hordeum flosculis lateralibus masculis aristatis, involucri intermediis ciliatis* LINN. p. 126.  
 Ad muros viarum.  
 Culmus pedalis & cubitalis, infractus. Folia hirsuta, mollia, tres lineas lata. Ex sinu folii spica densa, latiuscula, ovata, quæ disticha videtur, sed vere polyticha est. Ad quemque petiolum, & scapi scrobiculum, petiolus triflorus. Calyx, qualem dixi: aristæ ciliatæ, basi foliacea. Arista glumæ exterioris folliculi prælonga, uncialis; arista glumæ minoris perbrevis. Tertius flosculus hic perfectus. Aristis fetacis a vero Hordeo differt, neque videtur ejus esse degeneratio (s).
1537. HORDEUM spicis rigidis cylindricis, calycinis glumis aristatis. †  
*Gramen hordeaceum montanum, spica strigosiore, brevius aristata* SCHEUCHZER. p. 16.  
 t. Prodr. I. bene.  
 β. *Gramen hordeaceum montanum, seu majus* C. B. *Theatr.* p. 135. Ad vulgare murinum revocat SCHEUCHZERUS; spica tamen longior, & habitus bicubitalis, huc videntur eam speciem revocare. In herbis SCHEUCHZERI verum Hordeum cum eo nomine adfuit. SCHEUCHZERUS in sylvis montis Regii. C. B. in monte *Wasserfall*. Inter *Corno & Claviller*; in vallicula *Combe de Valarvon*. Gotingæ in sylvis passim.  
 Culmus etiam sepedalis, rectus, firmus. Folia glabra, aut breviter subhirsuta, ad tres & ultra lineas lata, prælonga. Spica triuncialis, rarior, quam priori, multo macilentior, nudior, minus hirta, durior; locustæ strictiores, longiores; petioli crassiores; aristæ breviores, excepta arista glumæ floralis interioris, quæ longior est. Omnia glabra, nisi lentem vitream adhibueris, Cl. MIEG omnes tres flores hermaphroditos facit: Sic mihi, ut tamen medius major sit, arista quatuor linearum.
1538. HORDEUM spicis distichis, folliculo brevi, glumis calycinis aristatis. †  
*Gramen secalinum* RAJ. *Syn.* III. p. 392.  
*Gramen spica secalina* C. B. *Prodr.* n. 57.  
*Gramen spication secalinum minus* SCHEUCHZER. p. 17.  
 C. B. saum Basileæ in agris frumento consitis; tum Clar. MIEG. nos nostrum ad oras fluviorum.  
 Culmus durus & junceus, parum foliosus. Folia glabra, ad sesquilineam lata. Spica disticha videtur, vere tamen est hexasticha. Character, quem dixi. floribus, quam primo & secundo Hordeo minoribus, aristis calycinis subhirsutis. Flosculi, quam murino breviores; tertius imperfectior; facies magis disticha, aristæ dimidio breviores.  
 Non est varietas murini; (t), & cum istud vialè, & in Helvetia frequentissimum sit, secalinum ad fluvios rarissime nascitur; separat etiam GMELINUS (u).

## V. III. CALYCE BIGLUMI

## II. FOLLICULO UNIGLUMI

## A LOPECURUS (x) LINNEI n. 78.

Huic calyx biglumis, glumis æqualibus concavis, Corolla univalvis, unico in veris Graminibus exemplo, longitudine calycis. Arista longa, ex dorso glumæ exterioris. Tria stamina, & semen cum tuba, in glumæ floralis cavea.

1539. ALOPECURUS spica ovata.  
*Gramen typhoides molle* C. B. *Theatr.* p. 50. non vero SCHEUCHZERI p. 246. t. 5. f. 5. quod diversissimum est.  
*Gramen alopecurum, viridi & molli spica* BARRELIER *ic.* 123.  
*Gramen typhoides medium, folio lanuginoso* *Hist. Oxon.* III. p. 191. t. 5. f. 8.

Meadow

(r) Herba Phœnicea, nobis Hordeum murinum  
 PLIN. L. XXII. n. 65.  
 (s) *As. Helvet.* II. p. 132.  
 (t) p. 124.

(u) LINN. *K. Svenska resa* p. 224.  
 (x) Alopecurus, spica molli, densa lanugine PLIN.  
 L. XXI. c. 17. non nostra.

Meadow Foxtail STILLINGFLEET t. 2.

*Gramen phalaroides* C. B. Theatr. p. 55. a LINNÆO huc revocatur, neque recedit.

*Alopecurus culmo spicato erecto, glumis villosis* LINN. p. 88.

Multo minus vulgare in Helvetia, quam in Germania. C. B. Basilea, SCHEUCHZERUS nusquam reperit. In pratis montis Juræ. *A la Brevine, au Mont de Suisse, aux Esplatures, près du moulin de la Chaux de fonds* GAGNEBIN.

Culmus cubitalis, totus cum foliis hirsutus & mollis. Folia lata, ad sesquilineam, & duas lineas. Panicula in densam, ovalemque spicam collecta. Petioli breves, ramosi, uniflori. Locustæ unifloræ (γ), compressæ, villosæ, ex viridi albæ. Calycis glumæ æquales, mucronatæ, lineatæ, hirsutæ. Gluma floralis unica, calycinæ similis, compressa, cavo suo stamina continet & semen. Ei glumæ ad basin tenuis arista adfidet, paulo flore major, inflexa & avenacea.

1540. ALOPECURUS culmo recto, spicato, calyce ciliato.

*Gramen alopecurion minus alterum* LOBEL. ic. 9.

*Gramen typhoides. spica angustiore* C. B. Theatr. p. 53. longiore MONTI ic. 51.

*Gramen alopecuroides. spica longa tenuiori* HIST. OXON. III. p. 192. t. 4. f. 12 bene.

*Gramen typhium, Plantaginis spica, aristis geniculatis* BARRELIER. ic. 699. & n. 2. ibid.

*Gramen spicatum, spica cylindrica, tenuissima, longiore* SCHEUCHZER. p. 69. t. 2. f. 6. A. B.

Icon OEDERI t. 228.

*Alopecurus culmo spicato erecto, glumis nudis* LINN. p. 86.

II *Spica breviori* MONTI.

Passim in agris. Inter Pont de Thiele & Neufchatel; in valle Motier Grand-Val. In Germania vulgo.

Culmus erectus, cubitalis. Folia glabra, ad duas lineas lata, retroverfu aspera. Spica laxa, longa ad uncias tres. Calycis glumæ hirsutæ, muticæ, æquales, violaceæ, mucronatæ, quasi bicornes, oris ciliatis. Gluma floralis cava, compressa, mucronata. Arista ex basi glumæ nata, tota locusta longior, inflexa.

Inter optima Gramina numeratur.

1541. ALOPECURUS culmo spicato infracto LINN. p. 89.

*Gramen aquaticum, geniculatum, spicatum* C. B. Theatr. p. 41. SCHEUCHZER. p. 72. t. 3. f. 6. C. D. E.

*Gramen aquaticum spicatum* LOBEL. p. 13.

*Gramen alopecuroides fluviatile, geniculatum, procumbens* HIST. OXON. III. p. 194. t. 4. f. 15.

In fossis aqua plenis passim.

Culmi reclinati, frequentibus geniculis. Folia glabra, ad sesquilineam lata, sæpe angustiora. Spica culmum terminans gracilis, densa, cylindrica, glabra. Locustæ in petiolis omnino ramosis. Calycis glumæ æquales, mucronatæ, bicornes, ut in Phleo, viridibus lineis pictæ. Gluma floralis plana, bidentata, duabus viridibus lineolis notata.

VI. CALYCE TRIGLUMI.

PANICUM (2) LINNÆI n. 76.

In nostris Panica ita se habent. Primus calyx fit duabus glumis ovatis, inæqualibus; sequitur folliculus ovatus, cui tertia gluma calycina congruit, & se adaptat. Est ubi quarta gluma accedit. Glumæ florales duæ cartilagineæ; exterior hinc convexa, inde cava, semiovalis, cartilaginea; & altera similis, hinc concava, inde plana. Inter has duas glumas stamina sunt & semen.

Cl. MIEGIUS (a) habet glumam tertiam pro flosculo imperfecto; sed adfinitas Dactyli, in quo simillima gluma est, & nostræ adnotationes, non sinunt consentire. Ita jam olim invenio me cogitasse.

1542.

(γ) Etiam quinquefloræ SCHEUCHZER.

(2) Panicum DIODES mel rufum dixit PLIN. L. XXII. n. 63.

(a) Spec. anat. bot. n. 13. seqq.

## 1542. PANICUM spica unica, flosculis sessilibus solitariis, fetis numerosis.

*Panici effigie, Gramen simplicis spica* LOBEL. ic. p. 13.*Gramen paniculatum, seu Gramen sylvestre, spica simplici* C. B. Theatr. p. 138. SCHEUCHZER p. 46. t. 2. f. 2. E.*Gramen panicum, spica simplici. Elymagrostis* HIST. OXON. III. p. 189. S. 8. t. 4. f. 17.*Panicum spica tereti, involuclis unifloris, fasciculato pilosis, seminibus nervosis* LINN. p. 83.Inter *St. Blaise & Neuchatel, &c.*

Culmus erectus, pedalis &amp; ultra. Folia lata, ad tres &amp; quatuor lineas, in origine sua etiam tomentosa. Spica pene ovata, flosculis solitariis sessilibus. Involucrum fetaceum multo uberius, flavum, fetis longioribus, florem superantibus. Calyx triglumis, fit duabus glumis remotis, una ad florem adplicata, omnibus muticis. Flos similis. Ex flavo aristato habitu facile adgnoscutur.

## 1543. PANICUM spica unica, paniculata, fetis paucioribus.

*Gramen geniculatum* TABERNÆMONT. p. 200.*Gramen panicum, spica aspera* C. B. Theatr. p. 139. SCHEUCHZER p. 47.*Panicum spica verticillata, racemulis quaternis, involuclis unifloris, bisetis, culmis diffusis* LINN. p. 83. *Skonka resa* p. 312.In agris, & inter stipulas, æstate exeunte, inque hortis. Circa *Neuchatel*.

Culmi dodrantes, plerumque declinati. Folia glabra, in origine sua tomentosa, ad tres lineas lata. Spica cylindrica, viridis, ramosa, paniculata, flosculis in fasciculos collectis. Locusta uniflora, ovata. Inprimis cujusque fasciculi flosculis primum involucrum in aliquot aristas divisum; duriores eas &amp; breviores, quam priori. Calyx verior triglumis, lineatus, muticus, una gluma minori, duabus majoribus, flori congruentibus, lineatis, ovatis. Flosculus hinc convexa gluma fit, inde plana, utraque cartilaginea &amp; nitente. In aliis flosculis ulterioribus una arista; denique nulla. Locustæ pondere auctæ sæpe nutant.

## 1544. PANICUM spica ramosa, fetis nullis.

*Gramen panicum, spica divisa* C. B. SCHEUCHZER. p. 49. *primum Hist. Oxon. III.* p. 189. t. 4. f. 19.II. *Gramen Sorghi effigia* LOBEL. ic. p. 5.*Gramen Sorghi panicula erectum* C. B. Theatr. p. 142. *Huninga lectum*.*Panicum spicu alternis conjugatisque, spiculis subdivisis, glumis aristatis, hispidis, radice quinquangulari* LINN. t. 83.Ad fossis v. gr. *aux Grangettes*, ad oram lacus Lemani.

Culmus bipedalis. Folia ad quatuor lineas lata &amp; ultra. Ex alis foliorum paniculæ fiunt spicis alternis, &amp; ipsis paniculatis, quarum semina sunt in ramosis petiolis. Locustæ unifloræ, subque iis pili solitarii vel nulli, sub fasciculo aliquot pili teneri. Calyx primus bifolius; gluma altera parva, altera flore longior, aristata, lineata, subhirsuta. Sequitur secundus calyx interior. Ejus gluma exterior flosculi convexitati adaptata, priori æqualis est &amp; similis, &amp; aristam educit; altera minor, florali propior, flavescens, nitens, mucronata, flore brevior. Gluma floralis exterior convexa, mucronata, &amp; introrsum cava; interior plana; utraque paleacei coloris, nitens &amp; cartilaginea.

B. *Panicum sylvestre* CAMERAR. Epit. p. 196.*Gramen panicum, spica longis aristis armata* C. B. SCHEUCHZER p. 48.*Gramen panicum, spica divisa, aristis longis armata* Hist. Oxon. III. p. 189. t. 4. f. 16.

Gluma calycina flori adplicata, quæ etiam in priori aristam habet, producitur hic in aristam uncialem, toti spicæ æqualem; sic in nonnullis flosculis, non in omnibus. Reliqua simillima.

*Panicum sativum* apud nos parcissimum, in pago Tigurino & Turgovia frequentius Mayz abunde in vineis & agris.

## VII. CALYCE PINNATO.

## CYNOSURUS.

## CYNOSURI LINNÆI n. 87. Species.

Sub quaque locusta foliolum, pinnis decem, duodecimve. Flores teretes in una locusta ad quinque. His calyx universalis bifolius, angustus, lanceolatus. Gluma floralis exte-

exterior cava, lanceolata, breviter aristata; interior similis, minor, mucronata. Ita noster. LINNÆI character nostro non bene respondet.

1545. CYNOSURUS involucris pinnatis, retusis.

*Gramen cristatum* C. BAUHINI LOBEL. *Advers.* II. p. 467. &c.

*Britannicum Gramen cristatum* EJUDEM *ill.* p. 30. et si distinguit.

*Gramen pratense cristatum, seu spica cristata* C. B. *Prodr.* n. 18. *Theatr.* p. 42. SCHEUCHZER. p. 79. t. 2. f. 8. A. C.

*Gramen typhinum, Plantaginis spica glutinosa, heteromalla, digitata, majus* BARRELIER. *ic.* 27. n. 11.

*Gramen loliaceum, spica locustis cristatis* MONTI *ic.* 23.

*Icon* OEDERI t. 238. SCHREBERI l. 8.

*Cynosurus bracteis pinnatifidis* LINN. p. 105.

In pratis & ad vias vulgare.

Culmus cubitalis, subnudus. Folia glabra, ad lineam lata. Spica quasi disticha; tres tamen & nonnunquam quatuor (a) sunt versus florum, breviter petiolatorum, ad scapum adnatorum. Scapus alterne flexuosus. Petiolus unam, etiam duas, & plures locustas, & duo & tria pinnata foliola producit; omnia viridia, cum albore. Pinnarum ultimæ breviores, ut tota plumula retusâ videatur: primæ aristatæ. Flores in locusta tres, ad quinque.

\* 1546. CYNOSURUS dentibus bractæ lanceolato linearibus.

*Gramen alopecuroides spica aspera* C. B. SCHEUCHZER p. 80. & cum voce *Alopecurum* BARRELIER p. 123.

*Cynosurus bracteis pinnato paleaceis aristatis* LINN. p. 105.

In segetibus circa Courmayeur, ad pedem montis *Col de Ferry*.

Culmus tripedalis & altior. Folia glabra. Ad tres lineas lata, spica ramosa sive paniculata, sed dense spicata, ad alterum saepe latus conversa. Rami ramosi, fortibus pedicellis. Quisque fasciculus fit uno folio pectinato, pinnato, pinnis albis, lanceolatis, sed longissimo mucrone, aristæformi, debili, parium sex, septem, cum impare. Cuique pinnæ adfidet uniflora locusta, et si mihi videntur plusculæ sine locusta pinnæ esse. Calyx bifolius, paulum inæqualibus albis lanceolatis glumis, mucrone aristæformi, sed non pungente. Major gluma cava, dura ovato lanceolata, trifida, de medio nervo exigit aristam fere semuncialem. Semen superne villo setaceo coronatum. Gluma altera minor, mucronata. In cava sede folliculi alia arista ex basi flori æqualis prodit, brevior & crassa, cylindrica.

(a) Varietas est a RAYO dicta in synopsi.

CLASSIS XIII.

II. PLANTÆ APETALÆ (a).

I. STAMINIBUS CONSPICUIS.

II. DICOTYLEDONES.

**N**ON ignoro, hanc classem olim a VAILLANTIO repudiatam fuisse, & etiam nunc re ipsa a LINNÆO rejici. Mihi tamen & tota Classis minime artificialis visa est, & plerique ordines naturales. Omnibus commune est, flores habere simplices, regulares, partibus omnibus similibus & similiter positis, fere semper in pauca segmenta divisus, tria, quatuor, quinque, sex, raro in octo, constanter parva. Omnibus vita floris perennis, ut in eo, tamquam in calyce, semen maturescat, Plerisque flores conglomerati, sessiles. Plerisque flores virides, decolores, durique, paucis exceptis, in quibus colorem habent, tamen cum duritie conjunctum (b). In America septentrionali & Europa hæc classis abundat.

ORDO I.

SEXUBUS CONJUNCTIS.

His commune est, utrumque sexum in eodem flore conjungere.

I. VASCULIFERÆ POLYSPERMÆ.

I. POLYSTEMONES.

His ter & quater numerosiora stamina sunt, quam floris divisiones.

ASARUM (c) TOURNEFORT. t. 286.

LINN. n. 589.

Flos five calyx, nam flos in hac classe nihil a calyce differt, campaniformis, semitridus (d), segmentorum mucrone incurvo (e). Ex summo germine (f) stamina duodecim, antheris gemellis, corniculo (g) ex earum antherarum conjunctione surgente: ea stamina ex summo fructu nata, circumstant tubam (h) cylindricam, apice sexfido. In calyce adnatus ipse fructus sexocularis (i), polyspermos, absque axi, ut in Papavere.

1547. ASARUM foliis reniformibus, subhirsutis.

Asarum TRAG. p. 64. CAMERAR. Epit. p. 19. DODON. parg. p. 110. BLAKWELL. t. 383. MILLER t. 53. non optime.

Asarum foliis reniformibus, obtusis, binis LINN. p. 633.

β. Foliis majoribus circa fanum D. Virginis Eremitarum GESNER hort. p. 249.

In Helvetiæ sylvis montosis. Abunde in adscensu montis Dolas: inter Münchenstein & Muttenz, qua via per sylvam ducit; in sylva die Hardt, circa Schauenburg & Gempen. Abunde prope St. Imier; près du Locle; à la Côte de St. Sulpice contre le Valon. Aux Cornes de Cerf, Mairie de la Brévine; circa Delsperg. Non procul Tiguro ad Limagum flumen.

Caulis

(a) STAMINI. JUNG.

(b) DOUGLAS H. p. 216.

(c) Asarum, aliis Nardus sylvestris, ederae foliis rotundioribus, mollioribus, flore purpureo, intra folia proxima radicem emicante, odorato: cauliculis angulosis, hirsutis, mollibus, radice Nardi Celticæ, geniculata, odorata, calida. Semen acinosum, sapore calido, viroso. Bis floret. In Ponto optimum effoditur, dum incipit folia mittere PLIN. L. XII. c. 13.

DIOSCORID. I. c. 9. Asarum foliis Hederae, folio Cyclamini MESUE c. 21.

(d) TOURNEFORT. C. D. E.

(e) Ibid.

(f) B. B.

(g) BLAKWELL.

(h) Tubas sex GREW.

(i) TOURNEFORT F.



Caulis reptans, subinde radices demittit. Folia petiolata, coriacea, subhirsuta, reniformia. Scapi floriferi radicales, uniflori, aphylli. Flores extus hirsuti, viridesque, intus obscure purpurei. Odor cum gravitate gratus, valensque. Ob eum, ut in alias graviter odoratis plantis, feles in Afarum lotium effundunt (k).

Sapor acris & amarus. Aqua fragrans, aromatica, emetica (l) de Afaro ascendit, residuum iners est (m). Post fermentationem spiritum dat (n). Sal fixus copiosus, alcalinus. Vis primaria in radice est, in foliis & floribus debilior (o). Vomitus movet illa, si cruda sumatur, ad scrupulum (p), ad dimidiam (q) & ad integram (r) drachmam. Pulvis tenerius tritus magis vomitum ciet (r\*). Armentis ad unam duasve drachmas (s) propinatur. Folia ostona dat *Patricius BLAIR* (t), quorum semunciam, & unciam (u) equi tolerant. Vetus radix in mite purgans (x) medicamentum abicit. Extractum (y) leve cocti Afari in catharticam naturam transit, & si secunda vice coctio repetita (z) fuerit, in diureticum medicamentum, quam vim veteres (a) Afaro tribuebant. Eadem vis est infusi Afari, si dosis dimidiæ drachmæ non superata fuerit (b).

Denique, post repetitam coctionem, eam solam vim (c) retinet, qua sudorem movet (d). Vini, cui radices infusæ fuerunt, drachmæ duæ, ad quatuor, vomitum movent (e) & urinam (f). Veteres in multa unciam dabant (g), & ea dosi, ut *Helleborus*, Afarum purgabat. Infusum aquosum debile est (h), & catharticum (h\*).

Ob has vires valet ad jecoris morbos (b\*\*); ad longas febres intermittentes (i), & quartanas (k), ad ischiadicis (l), renumque morbos, ad menses pellendos (m), ad ipsum hydropem (n); demum ad maniam.

Pulvis foliorum siccorum valenter (o) sternutamenta ciet, & ad cephalicas (p) adhibetur: eodem in meatum auditorium inflato, etiam surditas (q) superata fuit, & ulcus sinus frontalis evacuatum, cum per nares adtraheretur (r). Gravi in lue pecorum, cum passim circa genitales partes humores erumperent, idem in aures inflatus pulvis summam utilitatem præstitit (s).

## II. DIPLOSTEMONES.

## CHRYSOSPLENIUM TOURNEFORT. t. 60.

LINN. n. 558.

Calyx rotati floris similis (a), in quatuor subrotunda segmenta fissus. Ex quadrata placenta stamina octo, & decem exeunt (b). Fructus flori subjectus, bicornis (c), recurvus; per maturitatem aperitur, ad conchæ bivalvis (d) modum, & revolvitur. Semina numerosa, nitentia. Tubæ duæ. Unicus flos supremus quinque partes habet, & stamina decem.

1548.

- (k) BOCCONI *mu di fisco* p. 144.  
 (l) NEVRET, *rational econ of ban body* p. 156.  
 Non purgare PECHLIN. *purg.* n. 95. Sed experimentum suum citat NEVRET.  
 (m) SCHEFFLER *de Asaro*.  
 (n) IORM.  
 (o) LUDWIG. *de bonit. radic. Progr. I.*  
 (p) RONDELLET. *Pond. CHAILLON*.  
 (q) KLAUNIG. *obs.* p. 80.  
 (r) MESUE *Al. Hafn. IV.* LINDER. Egrege ea dosi purgare LINNÆUS *purg. indig.*  
 (r\*) *Descr. des plant. usuell.* p. 59.  
 (s) SAGAR. p. 56.  
 (t) *Pharm. botan.* p. 116.  
 (u) BUCHOZ II. p. 47.  
 (x) NEUMAN *ed. ZIMMERMAN* p. 897. &c.  
 (y) Dosi extracti ad drachmam LENTIL. *Miscell.* III. p. 55.  
 (z) NEUMAN.  
 (a) ARRTAUS *cur. dist. II. c. 3. cur. acut. II. c. 7.*  
 RHAEZ ad MANSOR. III. c. 28.  
 (b) PETZOLD *obs.* 57.  
 (c) Nimis lene esse medicamentum FALLOP. *purg. simpl. c. 4.* Segne, si minori copia detur STARL. *mat. Tom. II.*

- med.* p. 137. Solum vinosum infusum valet, non aquosum LINNÆUS.  
 (d) NEUMAN. *Prodiaphoretico ARRTAUS Cur. acut. II. c. 5.*  
 (e) MESUE. *Descr. des plant. usuell.* p. 60.  
 (f) IDEM.  
 (g) PLIN. L. XXI. c. 19.  
 (h) Sudorem & urinam ciet LINNÆUS.  
 (h\*) PLIN. I. c. RHAEZ I. c. *Descr.*  
 (i) PETZOLD. KLAUNIG. CHAILLON. BURG. *GRAV. lexic.* p. 1120. LENTIL.  
 (k) In NICOLAUM p. 161. decoctum.  
 (l) Decoctum CHESNEAU p. 425. ex RONDELLETIO.  
 (m) GEOPROI p. 131.  
 (n) RUFUS. RULANDUS.  
 (o) *Chirurg. pharmoc.* p. 81. BLAIR. I. c.  
 (p) COLBATCH. *acid and alkali.* p. 1. 164. BLAIR.  
 (q) COLBATCH.  
 (r) *Journ. de medec. ann. 1757. m. Jul.*  
 (s) *Afhandling om sarsator* p. 72.  
 (a) TOURNEFORT. A. A. B.  
 (b) LINN. *Skonska resa.* p. 17.  
 (c) TOURNEFORT. C.  
 (d) D.

S 4

1548. CHRYSOSPLENIUM foliis alternis LINN. p. 569. *Skonska resa* p. 16.  
*Saxifraga aurea Hort. Aichstet. hiem. t. 6. f. 5. Dodonæi* LUGDUN. p. 1113. J. B.  
 III. p. 707.  
*Sedum palustre luteum majus, foliis pediculis longis infidentibus* HIST. OXON. III. p. 477.  
 S. 12. t. 8. f. 8.  
*Golden Saxifrage* PETIVER herb. Brit. t. 6.  
 Bernæ reperiebatur in urbe, *unter den Speichern*, in sepibus, & ad rivos alioquin  
 non rara. In fossis arcis *Burgdorffensis* abunde; & in humidis umbrosis alpium.  
 Radices fucci plenæ. Caulis in summa parte ramosus. Folia alterna, longe petiolata,  
 reniformia, rotunde serrata, subhiguta. Flores in summa planta in planam um-  
 bellam congesti, flavescentes iidem, micantes, & foliis infidentes.  
 Sapor stypticus, subacris, vulnerarius. Nullo in usu est.

1549. CHRYSOSPLENIUM foliis conjugatis (oppositis) LINN. p. 569.  
*Saxifraga aurea* DODON *pempt.* p. 316. LOBEL. ic. p. 612.  
*Sedum palustre luteum, foliis subrotundis, sessilibus* HIST. OXON. III. p. 477. S. 12.  
 t. 8. f. 7.  
 Descripsit Cl. PETIT *Lettres d'un Médecin* III.  
 In adfensu montis *Ballon*; supra *Mülhusiam*. *A la Vachette près de Goumoy*, in do-  
 minio *Franquemont*, Cl. GAGNEBIN.  
 Habitus totus prioris speciei, qua aliquanto minus est. Folia conjugata, minora,  
 minus reniformia, rotundiora. Caulis dichotomus. Flores perinde petiolati, quis-  
 que suo foliolo infidens.

## II. MONOSPERMÆ.

## I. DIPLOSTEMONES.

Semine unico, plerumque nudo.

## SCLERANTHUS LINN. KNAWEL. RAJ. DILL &amp; C.

Calyx campaniformis, quinque segmentis subulatis. In ejus cavo semen unicum,  
 calyce coronatum, & ejus segmentis connatum. Stamina decem. Tubæ duæ.  
 Petala a calyce diversa habet Cl. C. A. v. BERGEN (e), sive petala in non-  
 nullis exemplis accedunt, ad CHERLERIÆ similitudinem, sive de alia planta  
 sermo est. Stylum trifidum Cl. POPOWITSCH (f).

1550. SCLERANTHUS floris segmentis erectis.  
*Polygonum minus, polycarpon* TABERNEMONT. p. 834.  
*Alchimilla gramineo folio, majori flore* VAILLANT. p. 4. t. 1. f. 5.  
*Knawel incanum, flore majori, perenne* RAJ. *Synops.* III. p. 160. t. 5. f. 1.  
*Spreading Knawel* PETIVER. Brit. t. 9.  
 β. Telle BREYNO est etiam.  
*Polygonum cocciferum* CAMERAR. *Epit.* p. 691. \*  
*Polygonum Polonicum cocciferum* J. B. III. p. 378. RAJ. p. 186. BREYNE *de cocco*  
*rad.* f. 1.  
*Polygonum minus* FRISCH *insecte Teutschlandes* t. II. n. 1.  
 α. β. *Scleranthus calycibus fructu clausis* LINN. p. 580.  
 Basileæ ad *Wiesum* sursum eunti occurret, postquam pontem *Huningem* ducentem su-  
 perasti. In colle, qui agros *Wylenses* separat a sylva cognomine. In *Valesia*  
 passim, circa *Fouy, Gombey, aux Ecrottes, en montant au Trient*. In sum-  
 mo monte *Salanse*.  
 Radix perennis. Caules filiformes, quatuor, & sex unciarum, numerosi, geniculati,  
 semiprocumbentes. Folia conjugata, curva, linearia, perangusta, in origine  
 sua latiora. In summa planta flores congesti, ex ramulis breviter petiolati. Sti-  
 pulæ breves, lanceolatæ. Flores albi, lineaviridi segmenta distinguente, non  
 quidem clausi, minus tamen, quam in sequente specie patuli, segmentis caly-  
 cinis ovatis, erectis.

1551.

(e) *Comm. Lit. Noric. ann. 1739. p. 35. Progr. de Alchimilla.*  
 (f) *Vom Meere* p. 354.

1551. SCLERANTHUS floribus patulis.

*Polygonum Germanis* KRAWEL TRAG. p. 393.

*Scleranthus calycibus fructus patulis* LINN. p. 580.

II. *Polygonum minus alterum* TABERNÆMONT. p. 835.

In agris & inter stipulas vulgo.

Altius & erectius, donec maturi caules a feminum pondere coacti decumbant, pariter geniculati. Folia similia, longiora, ortu latefcente. Flores pariter congesti, per ætatem rigentes, segmentis lanceolatis, acutis, in maturis patuli, distinctionibus, acutioribus, viridioribus, etsi neque ab istis albor abest. Stamina etiam denis pauciora, octo, septem, quinque (g).

Ad prioris plerumque speciei, tamen etiam ad istius (b) radicem, insectum ex genere *Progallinsectorum* REAUMURII adhæret, ex quo musca & vermiculus coccineus prodit, a BREYNO, olim amico nostro, descripta. Hæc quasi galla olim ad tinctoriam artem in Polonia & Prussia adhibita fuit (i). Nunc *Cocci-nella Mexicana* invaluit.

*Scleranthus* ad *Alfinen* per *Cherleriam* reddi potest, cum quibus habitu consentit, petalorum defectu differt.

I. I. I. ANOMALÆ.

His ratio staminum ad segmenta floris non dupla est, ad duplam tamen accedit, ut unum alterumve deficiat, denique perinde, ut in *Alfines* genere, ad quinarium numerum stamina minuuntur.

HERNIARIA TOURNEFORT. t. 233.

LINN. n. 308.

*Calyx* quinquepartitus, segmentis lanceolatis. *Stamina* vera decem, ut priori ordini (a) proxima sit, alterna quina antheris prædita, & quina sterilia. *Tuba* bifida. *Semen* nitidum in capsula, quam a cortice feminis, in tanta minutie, non distinguas. Etiam quadrifolio calyce, & quatuor staminibus reperitur.

1552. HERNIARIA glabra, glomerulis multifloris.

*Herniaria* GESNER. hort. BLAKWELL. t. 320. *glabra* J. B. III. p. 379. *herbacea* LINN. p. 317.

Passim in arenosis. *Basilææ* ad *Viesam* fluv. In arce *St. Tryphon*, in *Valesia*; à *St. Sulpy*, *Morgia*, *Genevæ*, *Tiguri*, *Delemontii*.

*Herbula* humifusa, multis cauliculis, vix semipedalibus. Folia ovato lanceolata *Serpylli*. Ad cujusque folii alam glomeruli florum sessilium. *Bractea* flore minor, ovato lanceolata, sicca. *Flosculi* virentes, segmentis ovatis. *Semen* subrotundum, cinctum separabili involucreo albido. *Habitus* glaber.

*Subfalsa*, styptica plantula, medicata. Ob vim stypticam ad hernias laudatur, potius quam adhibetur. *Succus* expressus cum vino *HOLLERIO* (b) olim commendatus est, & ab *HILDANO* (c) & semen, & succus cum albo vino (d). Deinde ad calculum frangendum eadem adhibita fuerunt, quæ vis pene contraria est prioris. *Tophum* renum decocta cum *Herniaria* aqua solutum fuisse *Johannes VIRIDET* (e); jusculum cum magna dosi lapidum cancerorum *POTERIIUS* (f). Fefellisse aliquando fatentur (g). *Urinam* pellere & vehementer, apud *Cl. CHOMEL* (h) lego, & ejus plantulæ ope *hydropem* curatum (i), qui equidem ex nimio potu ortus fuisset. *Pulverem* adversus oculorum caliginem in propria dissertatione *GRÜLMANNUS* laudavit (k). Vix nostris temporibus in medicina nota est.

1553.

(g) *PADOVITICH* p. 153.

(b) *BREYNE* *Conc. radic. Diff. II.*

(i) De eo *Cocco* *BERNIZ* *Eph. Nat. Cur. Dec. I.* ann. 111. obs. 104.

(a) *BLAKWELL.*

(b) *Morb. intern. c. 62.*

(c) In epistolam ad *D. HAGENEACH.*

(d) *DURST* apud *CANEBAR.* *Cent. III. n. 48.*

(e) *Du bon style* p. 350.

(f) *Centur. III. c. 73.*

(g) *HORNUNG.* *cist. p. 16.*

(h) *Plantes usuelles* p. 248 *Suppl. p. 83.*

(i) *Idem* *ibid.*

(k) *Jen. ann. 1706.*

## 1553. HERNIARIA hirsuta, glomerulis paucifloris.

*Herniaria hirsuta* RAJ. ZANICHELL. ic. 284. C. B. J. B. III. p. 379.*Hoary rupture Wort* PETIVER. Bry. t. 10.*Herniaria herbacea hirsuta* LINN.

In Valesia passim. Ad rupes glaciales montis *Oberstafel*. Circa *Branson*, *Zurmeatte*. C. B. etiam inter *Basileenses* habet. in agris versus *Hunningen*, cis & trans *Wiesle* (1) pontem; circa *Wyl* & *Rieben* nasci dicitur.

Habitus idem, tamen minor, & similia folia & bractæ. Dubitat, num vere diversa sit, LINNÆUS, conjungit ILL. TREW (m). Sed facile distinguitur, glomerulis paucifloris, qui in vulgari plurimos flores continent, & flore multo majori, pro folii portione. Bractæ albilimæ.

POLYGONUM (a) LINN. n. 495. *Mat. med.* p. 62.

POLYGONUM TOURNEFORT. t. 290.

PERSICARIA TOURNEFORT. t. 290.

BISTORTA TOURNEFORT. t. 291.

&amp; FEGOPYRUM TOURNEFORT. t. 290.

Cum LINNÆUS omnia tentasset, glandulisque videret se uti non posse, denique de separandis his generibus desperavit, & glandulis uti desit. Neque aliud consilium vidi, quod sequeretur. Nam a glandulis sumtus character plantas persimiles separat. Ex iis unum genus fieret *Persicariæ* racemosæ, & orientalis, cum *Fegopyro* cereali, & cum *Persicaria* natante: aliud ex reliquis omnibus. Ex staminibus conveniunt octostemonones *Bistortæ* duæ, & *Polygonum*, & *Fegopyra*: discedunt hexastemonones *Persicariæ*; & pentastemon *Persicaria natans*. Ex tribus tubis *Bistortæ*, *Fegopyra*, *Polygonum* secedunt a *Persicariis*, quibus tubæ duæ sunt, vel una bifida (b).

Ergo simplex huic generi character est, florem habere profunde quinquefidum, segmentis obtusis (c), plerumque coloratum. Stamina a quinque (d) ad octo, ut numerus naturalis videatur octo esse, & in plerisque speciebus dominetur. Semen plerumque triquetrum (e).

## I. GLANDULIS NULLIS.

## [I. TUBA BIPARTITA.

## 1554. POLYGONUM foliis ovato lanceolatis, spicis florigeris, vaginis calvis, truncatis.

*Hydropiper* FUCHS p. 842. DODON. *Cereal.* p. 269. BLAKWELL. t. 119.*Persicaria acris*, seu *Hydropiper* J. B. III. p. 780.Iconem dedit TREWIUS *Comm. Lit. Noric.* ann. 1737. t. 5. f. 7. 8.*Polygonum foliis hexandris, semidignis, foliis lanceolatis, stipulis subnullis* LINN. p. 517.

β. Flore albo JOHRENIUS, &amp;c.

In fossis &amp; aquosis viarum.

Caulis pedalis, cubitalis, semisubrectus, geniculis evidentibus, Folia late elliptica, lanceolata, glabra, non maculata. Summi rami in gracilem spicam abeunt. Flores ad ramum sessiles, non congesti, sæpe quadrifidi, segmentis albis, vel rubellis. Vaginæ coloratæ, breves, latæ, truncatæ, non ciliatæ, nisi eæ, quæ divisioni caulis & rami origini adponuntur. Tuba bifida, antennis globulo terminatis. Stamina sex. Semen compressum, nitens.

Totius

(1) p. 217.

(m) Ad BLAKWELL. l. c.

(a) *Polygonum* mos, *Sanguinaria*, ramos habet teneros, exiles, copiosos, geniculis cinctos, qui per terram, ut gramen, repunt. Folia *Rutæ* longiora; semen sub omnibus foliis turgescens; florem candidum habet, aut puniceum DIOSCORID. L. IV. c. 4. PLIN. L. XXVII. n. 91. *Polygonum* nobis *Sanguinaria* MARCELUS c. 9. seu herba sanguinalis CÆLIVS L. II.

c. 33. *Proserpinacam* seorsim habet PLIN. L. XXVII. n. 104. easdem tamen vires, quas *Polygono*, ei PLACENTARIUS tribuit p. 121. b.(b) *Catal. Hort. Gotting.* p. 30. BOEHMER *Method. flor.* p. XII.

(c) TOURNEFORT. A. B. B.

(d) B.

(e) F.

Totius plantæ acrimonia caustica, durabilis. A *miti* vaginis separatur (*f*), ut fatearis eam, quæ proxime dicitur, videri utramque conjungere.

Succus leviter acidus est. Aqua stillatitia (*g*) fragrans, & subacris. Extractum gelatinosum, falsum. Sal fixus multo marino mittus.

Infusa aut decocta planta urinam pellit, in Lusitania (*b*) ob eam vim vulgo nota; hinc ad hydropem & icterum utilis, ut passulis, vel acetosa, nimiam medicaminis vim contemperent (*i*). Calculum minus tamen solvit, quam aqua simplex (*k*). Aquam destillantem ajunt vitiosum renum & vesicæ glutem expellere.

Externum usum ad cedemata magni Viri laudant, CHOMELIUS & BOERHAAVIUS. Succus Persicariæ acris cum sale contritæ, carnem putridam destruit (*l*), & ulcera fistulosa mundat. Luteo colore tingit (*m*).

1555. POLYGONUM foliis ovato lanceolatis, glabris, spicis strigosis, vaginis ciliatis. †

*Persicaria angustifolia* C. B. *Prodr.* p. 43. ex *singulis geniculis florens* PETIVER. *mus.* n. 90. RAJ. *Synops.* III. p. 145.

β. Eadem est ex fide horti sicc. C. B.

*Persicaria psilla repens* LOBEL. *ic.* p. 316. PETIVER. RAJ. &c.

*Persicaria pumila* TABERNÆMONT p. 858.

C. BAUHINUS *angustifolia* *Michefeldæ*, minorem in agris *Huningensibus* legit, & circa *Haltigen*. Ego in torfaceis *das Löbr*, & in sylvosis humidis.

Habitus habet *acris*, spicas strigosas, florum sibi succedentium; folia glabra, absque maculis, eadem superne valde angusta, linearia, inferius ovato lanceolata. Sed vaginæ florum omnes ciliatæ, ut in *miti*, & nulla acrimonia.

\* 1556. POLYGONUM foliis ovato lanceolatis, subtus tomentosis, spicis ovatis, vaginis ciliatis. †

*Persicaria folio subtus incano* RAJ. *Synops.* III. p. 145.

In insulis *Rheni* STÆHELINUS; ego *passim*. Si vera varietas est, erit inter magis insignes.

Caules erecti, dodrantes, ruberrimi. Folia maculata, & non maculata: sterilia linearia, tota subtus albo tomento obducta, ut dirupta fila trahant: fertilia ovato lanceolata. Vaginæ ciliatæ. Flores non in strigosas spicas, sed densas, ut in *miti*; albi aut rubri, plerumque quadrifidi, cum sex tamen staminibus.

1557. POLYGONUM foliis ovato lanceolatis, subhirsutis, spicis ovatis, vaginis ciliatis.

α. Varietas maculata, flore rubro & albo.

*Persicaria* (n) FUCHS p. 630. DODON. *pempt.* p. 108. *maculosa* RAJ. BLAIR. VAILLANT. t. 118.

Icones TREWII *Comm. Lit.* l. c. f. 5. 6.

II. *Macula maxima, ferri equi—figura* PLUKNET. RAJ. &c.

β. Varietas non maculata, flore perinde albo & rubro.

*Persicaria* DODON. *Cereal.* p. 271. *altera* MATTHIOL. p. 584. CAMERAR. *Epit.* p. 353.

Icones TREWII l. c. f. 3. 4.

α. β. *Polygonum foliis hexandris, digynis, spicis ovato oblongis, foliis lanceolatis, stipulis ciliatis* LINN. p. 518.

In agris, hortis, fossis, ad vias.

Radix gracilis; caulis cubitalis, procumbens, inde erectus, sub foliis nodosus. Folia ex ellipticis longe lanceolata, plerumque glabra, ora & nervis subhirsutis, etiam tota nonnunquam superficie. Terram propius in folii parte latissima macula subnigra, in superioribus foliis nulla. Vagina cuique flori infundibuliformis, lacera, in fila terminata. Spicæ ex alis foliorum rariores, quam natanti, densiores multo, quam prioribus, cylindricæ, ovatæ, breves. Flores juniores vi-

rentes,

(f) Conf. SCOPOLI p. 427.

(g) *Comm. Lit. Noric.* ann. 1739. p. 117. 118.

(b) BOCCONE *mus. di. sicc.* p. 214.

(i) *Comm. Lit. Noric.* ann. 1739. *behd.* 18.

(k) HARTLEY *lib. hantripi.* p. 57.

(l) HERKENNUS *handisoku* p. 63.

(m) LINN. *plant. tinctor.* p. 17.

(n) *Persicaria* TOURNESFORT. t. 291.

rentes, adulti albi, rubrivi, quinque ovatis (*o*) segmentis. Tubæ duæ (*p*), globulo ornatae. Stamina quinque in uno ordine, deinde extra ordinem sextum, etiam septimum. Semen subovatum, acuminatum (*q*).

Sapor acidulus, nitrosus, adstringens (*r*), sed mitis, non acidus. Aqua stillatitia grati odoris: sic grati saporis extractum: sal fixus impurus, oleo & terra mistus. Aquam stillaticiam aliqui calculum vesicæ comminuisse (*s*) ajunt, quod quidem nimium videtur (*t*). Pro vulneraria cæterum planta habetur, cum qua decocta aqua in pectoris vulneribus, ad eluendum pus vel cruorem (*u*) e Siphone injicitur. Ad ulcera (*x*) etiam antiqua; denique ad compescendam gangrænam herba commendatur. Miras morborum curationes (*y*) hac stirpe a PARACELSI schola perfectas fuisse lego (*z*). Etiam a scorpiis tutum reddere (*a*), qui comederit. In officinis medicorum, cum istis laudibus, tamen ignoratur. Lanam cum alumine maceratam, & Perficariæ incoctam, luteo colore tingit (*b*).

Ad varietates hujus speciei pertinere videntur *Perficaria minor supina*, spica ex alis foliorum pluribus pediculis insidente rubra, habitiori, quam AMMANNUS Scaphulæ ad Rheni ripam legit (*c*); tum *Perficaria angustifolia*, geniculis maxime nodosis PAULI BOCCONE (*d*); & *Perficaria mitis major*, foliis pallidioribus, &c. (*e*) a Cl. HUDSON missa mihi proximè videntur, aut eadem.

### II. TUBIS TRIBUS.

1558. POLYGONUM radice lignosa, contorta, foliis nervosis, radicalibus ovato lanceolatis, caulinis linearibus, *It. Helv. II. n. 37.*  
*Biflora minor, seu alpina* CAMERAR. *Epit. p. 684. bene.*  
*Biflora minor* CLUS. *Pannon. p. 479.*  
*Biflora alpina media, folio minus rugoso* PLUKNET. *t. 151. f. 2.*  
*Biflora alpina pumila, varia* RAJ SCHEUCHZER. *It. II. p. 130.*  
*Biflora &c.* AMMAN. *plant. rutben. n. 243. p. 199.*  
*Polygonum caule simplicissimo, monostachyo, foliis lanceolatis* LINN. *p. 516.*  
*Icon GEDERII 13.*

In alpium pratis altioribus ubique. In Juræ etiam culminibus *Falconario, Montendre, Dolaz.* In Suecia vulgaris herba (*f*).

Radix magna, lignosa, intorta, tamen simplicior. Folia radicalia robusta, petiolata, elliptica, per oram robustioribus nervulis striata, ut ora punctata videatur, vel serrata: caulina linearia, lanceolata, cæterum similia. Caulis dodrantalis; spica terminatur unica; ea in juniore planta densa; in adulta rara, strigosa, floribus sessilibus, albis, profundissime divisis. Bractæe argute lanceolatae. Flos quinquefidus. Stamina octo (*g*), etiam sex. Tubæ tres erectæ. Semen ovato conicum, cuticula indutum, quam facile exsistit, Ea semina frequenter & in bulbillos (*h*) informes, & aliquando in folia (*i*) degenerant, quod olim CLUSIUS vidit, & BOCCONE (*k*).

Radices cedunt in cibos Tungusis (*l*) & Kamtschadali (*m*), etiam Norvegis fame pressis (*n*).

1559. POLYGONUM radice lignosa contorta, spica ovata, foliorum petiolis alatis,  
*α. Varietas quam ajunt esse radice magis intorta, foliis minus rugosis.*  
*Serpentaria mas, seu Biflora* FUCHS *p. 773.*  
*Biflora (n\*)* DODON. *de purgant. p. 40. 41. major Hort. Aichstett. vern. ord. 9.*  
*t. 2. f. 1.*

*β. Varie-*

- |  |  |
|--|--|
| (o) IDEM A.  | (c) <i>Mus. p. 487.</i>  |
| (p) IDEM C.  | (d) <i>Recherches p. 207.</i>  |
| (q) IDEM D. F.   | (e) LYONS <i>Fascic. p. 33.</i>  |
| (r) <i>Comm. Lit. Noric. ann. 1739. p. 132.</i>                | (f) <i>K. Svenska Wetensk. bandl. 1745. p. 114.</i>                                  |
| (s) BOYLE <i>utilit. philosoph. experient. p. 160.</i>         | (g) OEDER.   |
| (t) Etiam BORNHAAVIO in <i>Prælect.</i>                        | (h) <i>Ibid.</i>   |
| (u) GARENGROT. <i>Operat. de Chirurg.</i>                      | (i) <i>Ibid.</i>   |
| (x) CRATO <i>Epist. L. III. p. 201.</i>                        | (k) <i>Mus di piscat. p. 54.</i>   |
| (y) LEVINO. <i>BATTO.</i>                                      | (l) GMELIN. <i>It. II. p. 50.</i>  |
| (z) SMYTH. <i>Miscell. L. XII. p. 650.</i>                     | (m) <i>Natur. Histor. p. 90.</i>   |
| (a) VALVASOR <i>Esse von Crain I. p. 450.</i>                  | (n) GUNNER <i>Flor. p. 9.</i>  |
| (b) <i>K. Svenska Wetensk. Acad. bandl. ann. 1745. p. 251.</i> | (n*) Non est Behen rubrum, neque Britannica BRAS. SAVOLA <i>Exam. simpl. p. 548.</i> |

SAVOLA *Exam. simpl. p. 548.*

- β. Varietas radice minus intorta, folio rugoso MILLER t. 66.  
*Colubrina, seu serpentina femina* FUCHS p. 774.  
*Biflora* CAMERAR. *Epit.* p. 683. BLAKWELL. t. 254.  
 γ. Folio dodrantem, & pedem longo.  
*Biflora alpina maxima* C. B. *Prodr.* p. 100. J. B. III. p. 539.  
 α. β. γ. *Polygonum caule simplicissimo, monojachyo, foliis ovatis, in petiolum decurrentibus*  
 LINN. p. 716.

In pratis udis vulgo. Prope balneum exterius in suburbis Bernensibus, qua itur ad fabricas, *im Sulgenbache*.

Radix magna, lignosa, capillata, teres (o), semel, bis, & ter intorta, nullo certo ordine. Folia glabra, ex ellipticis lanceolata, ora modo undulata, modo plana; radicalia petiolata, hilo obscuriori, petiolo foliaceo latefcente; caulina amplexicaulia. Caulis pedalis, cubitalis, simplex. Spica unica, ovata, densa. Bractæe argentæ, strepentes, lanceolatæ. Flores petiolati (p), constanter rosei, segmentis quinque (q), etiam quatuor, in basi connatis, ovatis, leviter acuminatis (r), etiam paulum inæqualibus (s). Stamina octo, etiam decem. Semen triquetrum (t), calyce majus, tubis tribus subrectis. Bulbillos etiam in caulis alis habet, per quos planta se multiplicat (u), & demum ex iis bulbillis folia (x) producit.

Radix acido austeroque succo turget, ut Tormentilla: vehementer adstringit: quare ad dentium vacillationem, ad fluxam alvum, ad nimios menses, ad dysenteriam adhibetur, non utili quidem consilio, nisi expurgata fuerit acris saburra, a qua morbus est. Etiam infusum aquosum, & extractum inde paratum, valde adstringit (y). Resinæ parum habet (z). Farinam radice in pane grati saporis esse & salubrem KALMIUS (a). A pecore præter equos amatur (b).

560. POLYGONUM procumbens, foliis linearibus, acutis, floribus solitariis.

*Polygonum* BLAKWELL. t. 315. *mat* MATTHIOLI p. 251.  
*Polygonum majus, Corriviola* TABERNEMONTANI p. 832.

- α. Flore albo.  
 β. Foliis rubentibus SCHWENKFIELD.  
 γ. ΑΦυλλον DILLEN. *Cat. Gieß.* p. 165.  
 δ. Folio brevi & angusto TABERNEMONT. p. 833.  
 ε. Folio longo & angusto EJUSDEM *ibid.* J. B. RAJ.  
 ζ. Foliis latioribus, vaginis majoribus.  
*Polygonum saxatile* C. B. *Prodr.* p. 131. RAJ. 80.  
 α. ζ. *Polygonum floribus octandris, tryginis, axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo* LINN. p. 319.

Nihil vulgatius ad vias, & inter stipulas. Varietas ζ. marini similior, in arce *Wallenburg* a C. B. lecta est.

Radiculæ exiguæ generant numerosos caules, prostratos, geniculatos, dodrantales. Folia elliptica, lanceolata, latitudine varia; majora, quæ superiora. Flores solitarii, aut glomeris pauciflori, alis foliorum insident. Vaginæ sub foliorum originem albæ, siccæ, in apice fibrosæ, multo, quam Polygono maritimo, minores. Flos coloratus, albus, aut subruber, pictus effigie calycis quinquefidi, viridis. Tubæ tres, glandulæ nullæ. Stamina in uno ordine quinque, in altero interiore tria alia.

Siccatur, & adstringit, & refrigerat (c), parco tamen in usu est. Veteres putabant sanguinem suppressere (d), unde nomen: & ad vomitum sanguinis CAMERARIUS laudat. Ad vulnera recentia glutinanda laudatur. Ani prolapsus, & dysenteria admoto Polygono curata leguntur. Succus uncias duas, aut tres, aut infusum in vino, vel in aqua herbam, in dysenteris sanguinisve jacturis laudat Cl. CHOMEL

(o) TOURNEFORT. t. 291. L.  
 (p) A. B.  
 (q) A. A.  
 (r) *ibid.*  
 (s) *ibid.*  
 (t) E. E.  
 (u) BOEHMER *plant. caul. bulbifer.* n. 13.  
 (x) TOURNEFORT. L. K. M.

(y) CARTHEUSER *mater. med.* p. 160.  
 (z) *ibid.*  
 (a) *Calajoki Sokn.* p. 34.  
 (b) SCHREBER III. *Saml.* p. 16.  
 (c) De Proserpinaca PLATEARIUS, ad polypos laudat MARCELLUS c. 10.  
 (d) CÆSUS L. V. c. 1. PLIN. L. XXVII. n. 21.

MEL (e). Ad diarrheas diuturnas Cl. SCOPOLI utile invenit (f). Hernias usu Polygoni sanatas etiam FALLOPIO (g) vix credo. Ad morbos aurium MARCELLUS. Aqua, ut inodoræ plantæ, inutilis fuerit.

1561. POLYGONUM caule volubili, foliis sagittatis.

*Volubilis nigra* TABERNEMONT p. 876.

*Helxine femine triangulo* J. B. II. p. 157.

*Polygonum foliis cordatis, caule volubili, floribus planiusculis* LINN. p. 522.

Ubique in arvis, etiam cum aliqua frumenti noxa.

Caulis ad terram destitutus repit, sulcro, id nactus circa calamos & fruticulos flexuoso caule scandit volubilis, pedalis, cubitalis, & ultra. Folia petiolata, sagittata, circa petiolum hilo excisa, triangula, glabra, amant rubere. Flores in spicas parvas, paucifloras, ex alis foliorum perbreuiter petiolati. Calycis duo foliola minora, tria majora, ex albo virentia, se circa semen complicant, & ei sunt pro involucre. Semen triquetrum. Tuba tripartita, non tres tubæ. Stamina octo.

1562. POLYGONUM caule volubili, foliis sagittatis, valvulis feminalibus alatis.

*Convolvulum nigrum* DODON. purg. p. 220. ob semina alata & petiolata.

*Fagopyrum diuiciorum prelongum, seminibus alatis, duplici more dispositis* DILLEN. Catal. Gieß. p. 1365 nov. Spec. p. 60.

*Polygonum foliis cordatis, caule volubili leui, floribus carinate alatis* LINN. p. 522.

*Aquillegia* in dumetis abunde. Bernæ in hortis legi, vitio natam.

Præcipuum discrimen est in trium foliorum semen includentium alis membranaceis latis, valde elevatis, & albis. Habitus altior. Flores alii ex alis racemosi, alii in spicas majusculas, multifloras, dispositi, ex longis petiolis penfiles. Cæterum caules striati sunt.

II. FLORE GLANDULIS ORNATO.

HELXINE BOEHMERI Flor. p. 246.

1563. POLYGONUM caule erecto, foliis sagittatis, seminibus integerrimis.

*Frumentum faraccianum* MATTHIOL. p. 394.

*Fagopyrum* DODON. Cereal. p. 80.

*Oxymum cereale, Fagopyrum* TABERNEMONT. p. 276.

*Polygonum foliis cordato sagittatis, caule erectusculo, inermi, seminibus angulis equalibus* LINN. p. 522.

Passim feritur, alteram post vernale hordeum messem daturum. Non notum antiquis, paulo ante BRUYERINI tempora coli cepit, ex Græcia, vel ex Asia aduectum (a). Ad litora arenosa lacus Lemani spontaneum legi, & passim ad simeta.

Caulis (b) cum foliis succulentus, erectus, brachiatus, pedalis, cubitalis. Folia petiolata, ex cordatis triangula, hamis acutis, per osam plicata. Flores in spicas erectas, speciosi, albi, per ætatem rubelli, segmentis ovatis, acutis, picti viridi calycis imagine, tribus foliolis circa semen conniventibus (c). Globuli flavi, octoni, in fundo floris conspicui. Tubæ tres (d), capitatae. Semen triquetrum, acutum, hedris levibus (e).

Nostri ad alimenta avium cortinarum frequentiori in usu est; ad panem etiam admiscetur, & in Dania pulstem dat, populariter edulem. Cum Dauco in cerevisiam decoquitur (f). Apibus optimum autumnno alimentum præstat (g).

\* 1564.

(e) *Plant. usuelles*. p. 575.

(f) p. 423.

(g) MATTHIOL. p. 952.

(a) L. V. c. 23.

(b) Albos fertiles esse, rubros vacuos *Oeconom. Nachrichten*. V. p. 256.

(c) TOURNEFORT. t. 290. A. A.

(d) C.

(e) TOURNEFORT H.

(f) *CINCO de esse*.

(g) DES SERRAS p. 550.



\* 1564. POLYGONUM caule erecto, foliis ovato lanceolatis, subhirsutis, spicis paniculatis.

*Perficaria alpina* *Perficæ* folio non maculoso, flore albo CAMPI spicileg. p. 29.

*Perficaria alpina*, folio nigricante, floribus albis BOCCONE mus di piant. t. 27. ALLIONE Specim. p. 41. t. 8.

*Perficaria alpina altera saxatilis*, foliis durioribus acutis BOCCONE mus di piant. p. 108. t. 83.

*Polygonum foliis octandris trigynis, racemosis, foliis lanceolatis, caule divaricato, patulo* LINN. p. 520.

In pratis circa pagum Formazz, ad pedem alpium Grisearum.

Caulis ramosus, erectus, geniculatus, cubitalis & ultra. Stipulæ hirsutæ, squalescentes. Folia petiolata, longe ex ellipticis lanceolata, subhirsuta, nervo magno & albo. Flores in summa stirpe albi, paniculati, copiosissimi, in petiolis brevibus ad ramos ramosos dispositis. Stipulæ fuscæ, ex ovatis lanceolatæ. Segmenta floris quinque, etiam sex & quatuor, ovata, tria majora, cava, viridia, oris albis, in angulos planos educta: duo intermedia alba, intus rosea. Pars proxima origini saturate purpurea, pulposa, glandularum similis. Stamina octo, etiam pauciora, ad quinque. Tuba crassa. Semen triquetrum.

Acida, subadstringens, ad dysenterias utilis, cum aqua decocta, ex Bartholomæi CACCIA experimento (b).

Etiam *Orientalis* glandulas habet.

1565. POLYGONUM foliis ovato lanceolatis, ciliatis, spicis ovatis.

a. Planta foliis aquæ innatantibus.

*Fontalis* seu *Potamogeton* DODON. Cereal. p. 227.

*Potamogeton angustifolium* TABERNEMONT p. 740.

β. Planta terrestris, caule recto, foliis manifesto hirsutis.

*Perficaria acida pectinaria* JUNGERMANNI HOPMAN. Flor. Altdorf. TREW. Comm. Lit. Noric. ann. 1737. t. 5. f. 1. 2.

*Polygonum floribus pentandris semidigynis, staminibus corolla longioribus* LINN. p. 517.

Natatis ubique v. gr. Bernæ in piscinis in Sulgenbache. Erecta in vineis nimis frequens, circa Biel, Ligeræ. Etiam aux Grangettes, ad lacum Lemanium.

In natatili folia Bistortæ, elliptico lanceolata, ut in *Nymphæa coriacea*, nervis parallelis, petiolo etiam alato, ora subtiliter vel ferrata, vel ciliata. Ex alis foliorum in longis scapis aphyllis. Spicæ, quas ex aquis effert, ut in *Bistorta densæ*, teretes, semper rubellæ. Bractæ breves, ovato lanceolatæ. Segmenta floris ovata quinque. Stamina quinque, in juniore flore breviora, in adulta planta erumpentia (i). In origine segmentorum floris macula, seu nectarium saturate purpureum. Semen ovatum, compressius. Tuba profunde bifida, antennis capitatis, sive duæ.

In terrestribus caules rubri, longe reptantes, pene *Rubiæ æmuli*, eriguntur, ut flores proferant, foliis minus duris, hirsutis, erectis: & in summis ramis similes spicas proferunt.

Ob saporem acidam SCHULZIUS dixit, & videtur vires habere *Bistortæ*, aut *Lapathi*. Laudatur ob vires lithontripticas (k). Utique chartam cæruleam (l) rubro tingit, & salem essentialem dat subacidum. Extractum gummosum adstringit, & valde salsum est: in capite mortuo sal acidus superest, & marinus; denique fixus. Aqua stillatitia leniter adstringit. Induit vinum *Rubi Idæi* odore (m).

III. MEL.

(b) ALLIONE p. 42.

(i) Cl. JACQUIN, *Vindobon.* ad p. 66. in aquis breviora stamina esse, in terra longiora. Sed etiam in aquis adulti flores stamina emittunt.

(k) Apud SCHULZE ex Ger. BOORIG, HEFFELMEYER, & aliis

(l) *Comm. Lit. Nor.* ann. 1739. p. 139.

(m) QUEEMALZ *mangon.*

## III. MEIOSTEMONES.

QUIBUS PLURES FLORIS SUNT PARTES,  
QUAM STAMINA.

ALCHEMILLA LINN. n. 165.

ALCHIMILLÆ TOURNEFORTII t. 289.

## SPECIES ALIQUÆ.

Calyx campaniformis (*n*), in octo plana segmenta triangularia fissus (*o*), quorum quatuor majora sunt, minora totidem. Calycis divisionem quadrata & fungosa corona obducit (*p*), ex qua stamina quatuor nascuntur. Per eam receptaculi speciem tuba eminet, sine bifido, quam inum in calyce residens (*q*), ex ovato acuminatum semen emittit. Ob eam originem & calycem ad Quinquefolia accedit, flore nimis diversa.

## 1566. ALCHEMILLA foliis ferratis, palmatis, feminovemfidis.

*Pes Leonis* FUCHS p. 612.

*Alchimilla* DORSTEN. p. 22. b. *Hort. Aichstet. vern. ord. 6. t. 10. f. 2.* BLAKWELL. t. 72.

*Stellaria* CAMERAR. *Epit.* p. 908.

*Alchimilla vulgaris* Lc. *Reg.* 13. GARIDEL. *ic.* 4. MILLER t. 18.

β. *Minor* MORISON *præud.* Lc. *Reg.* 12.

γ. *Maxima* SCHEUCHZER. *It. IV.* p. 29.

*Alchimilla foliis lobatis* LINN. p. 178.

δ. *Pubescens* J. R. H. MILLER t. 18. PLUKNET. t. 240. f. 1.

*Alchimilla hybrida* LINN.

Non est varietas fericeæ, ut coram video.

In pratis & sylvis: in alpes etiam ascendit. *Pubescens* in *St. Bernhardi monte* & vicinis alpibus (*r*).

Radix lignosa, magna, multifolia & multicaulis. Folia ferrata, glabra, aut subhirsuta, complicata, palmata, five expansa in stellam octo ad duodecim radiorum. Ad caulem majus folium & duo exigua, quasi auriculæ, opposita. Flores petiolati, in spicas convexas dispositi. Color iis viridis. In *pubescente* facies etiam calycis pene fericeo villo tecta, fabrica vulgatæ.

Infusum aquosum herbaceo odore, & subausterum; extractum mellis odore, acidulo & austerum est. Spirituosa quam vocant, tinctura viridis est, odore leni balsami; extractum inde spissatum austerum, odore perinde leni balsamico (*s*).

Adstringit, ad vulnera valet, in vinoso (*t*) infuso, parco tamen in usu est. Salfixus impurus est, muria imbutus (*u*).

## 1567. ALCHEMILLA foliis digitatis, apice dentatis, fericeis.

*Stellaria argentea* CAMERAR. *Epit.* p. 909.

*Heptaphyllum* CLUS *pannon.* p. 490.

*Alchimilla perennis incana, argentea, seu fericea, sativum provocans* HIST. OXON. II. p. 190. t. 20. f. 3.

*Alchimilla argentea montana, pentaphylos* BARRELIER *ic.* 756.

*Alchimilla pentaphyllea* MUNTING *phytograph.* t. 90.

*Silver lady mantle* PETIVER. *Brit.* t. 9.

Icon OEDERI t. 49.

β. *Alchimilla alpina argentea, enneaphylos fere, habitu toto crassior & villosior* SCHEUCHZER. *It. I.* p. 29. *It. IV.* p. 328. non differt a vulgatiore ejusdem paginæ.

*Alchimilla foliis digitatis, ferratis* LINN. p. 119.

In alpibus, subalpinis, & Juræ cacuminibus ubique.

Elegans planta, radice grandi, lignosa, habitu eodem quo vulgaris. Sed folia, quæ priori tantum palmata sunt, hic in quinque, septem, novem, ovata foliola, ad

(*n*) C.

(*o*) A. B. C.

(*p*) Ad A.

(*q*) D.

(*r*) *Emend. V.* n. 15.

(*s*) CARTHEUSER *mat. med. II.* Edit. nov. p. 448. 449.

(*t*) QUER. *Elov. Espann. II.* p. 217.

(*u*) BOURDELIN.

ad pediculum usque fissilia sunt, angusta, in apice ferrata, subtus tota argenteo villo nitentia. Corona illa quadrata, fulca, & fabrica tota eadem; calyces etiam nitentes.

1568. *ALCHEMILLA* foliis glabris, quinatis, femimultilobis (x).

*Alchemilla alpina quinquefolia* C. B. Prodr. p. 138.

*Alchemilla alpina pentaphyllea minima, lobis sambriatis* BOCCONE *Musci plant.* p. 158. t. I.

*Alchemilla foliis quinatis, multifida, glabris* LINN. p. 179.

Multo rarior, & altiorum alpium. In *Gotthardo monte, in Furca, Pennino, Speluga, Pilato, Abbatiscellanis* alpinis, supra *Bagnes, circa Chamouny.*

Habitus humilis, vix semipedalis, totus glaber, cætera idem. Folia digitata, quinquepartita, ut in pentaphyllis, quoque lobo in plures minores, etiam octo, lobulos minores femidiviso.

1569. *ALCHEMILLA* hirsuta, foliis trilobatis, lobis tripartitis & bipartitis.

*Scandix minor* TABERNEMONT. p. 96.

*Alchemilla minima montana* COLUMN. *ecphraf.* p. 146. 148. optime, etfi a Perchepier separat.

*lc. Reg.* t. 12.

*Alchemilla annua minima, hirsuta, foliis inferne candicantibus* HIST. OXON. II. p. 195. t. 20. f. 4.

*Parsley piert* PETIVER. t. 9.

*Aphanes* LINN.

Inter stipulas abunde.

Caulis erectus, paucarum unciarum, & tota planta hirsuta. Folia crebra, alterna, trilobata, lobo medio denuo trifido, lobulo medio tridentato, interioribus bidentatis. Lobi exteriores bipartiti, lobulis bifidis & trifidis. Fasciculi florum alis foliorum infident, quorum minora segmenta perexigua (a\*) sunt, merive pilis. Semina sæpe duo.

POLYCNEMON LINN. n. 53. (a).

CHENOPODII Spec. TOURNEFORT.

Calycis folia quinque inæqualia, lanceolata, acuta. Stamina tria. Tuba unica? Semen splendens, lenticulatum, involucre tenui, fericeo, adhærente inclusum. Tuba bifida.

## 1570. POLYCNEMON LINN. p. 50.

*Camphorata glabra* C. B. *Basil.* (b), neque enim alia circa *Oetlingen* nascitur. & eadem in herbario HAGENBACHII cum hoc nomine servatur.

*Anthyllis altera Italarum* LOBEL p. 404.

Passim in Helvetia. Circa *Branson, Orbe, Grandson, Concise, Morges, à la Vacheresse.* *Basilea* in segetibus *vor dem St. Johanser Thore.* Circa *Oetlingen* STÆHELINUS (c); etiam ad *Wiesm* (d). In *valle Augusta* vulgo provenit.

Radix longa, teres. Caules humi fusi, ramosi, etiam cubitales. Folia crassula, ex lata origine longe filiformia, sæpe curva, arista alba terminata. Flores in foliorum alis sessiles, inter duas fetas aristatas.

BLITUM (e) LINN.

CHENOPODIOMORUS BOERHAAVE.

Calyx tripartitus, per ætatem emollitur, coloratur, & glomeres florum in baccas abeunt. Stamen unicum. Semen intra calycem compressum, rostratum. Tuba bicornis.

1571.

(x) *It. Helvet. II.* p. 18.

(\*) *LA CHENAL. Diff. inaug.* p. 5.

(a\*) *Habet* ILL. FABRICIUS *Flor. Batisbac.* p. 41.

(b) *Emend. I.* n. 22.

(c) *Basler Merkward.* p. 701.

(d) *Ibid.*

(e) *Blitum* estur oleris modo, alio utile DIOSCORID. L. II. c. 110. *Basilea* eius insipidum SUIDAS. p. 439. *Blitum* insipidum, alium tamen ducit PLIN. L. XX. c. 22.

\* 1571. BLITUM foliis semitribus, rariter dentatis.

*Atriplex sylvestris*, lappulas habens C. B. Prodr. p. 58. in MATTHIOL. p. 363. RAJ.  
*Atriplex Mori fructu minima* HIST. OXON. II. p. 606. t. 32. f. II.  
*Blitum capitulis spicatis terminalibus* LINN. Spec. p. 6.

J. GESNERUS in Rhætia in via versus montem *Albulam*. Circa *Oseppo* vallis *Lepontia*.

Caulis rectus, pedalis, simplex, etiam ramosus. Folia triangularia, semitribo, paucis dentibus incisa, longe petiolata. In foliorum alis per totum caulem, & infimum, & supremum, glomeres florum sessiles, rotundi, per maturitatem rubri, succulenti. Semen nigrum.

Ad artem tinctoriam inservit, etiam colorem inconstantem præstat. (f).

## IV. ISOSTEMONES.

LIMNOPEUCE COR'D. p. 150.

VAILLANT. *Mémoires de l'Acad.* ann. 1719. t. I. f. 3.

PINASTELLA RUPPII apud DILLEN *nov. gen.* p. 168.

HIPPURIS LINN. n. II. MOHRING. *Phil. Transf.* n. 454.

Capsula ovata. Semen unicum (g), ex apice interius tubam recurvam (h), exterius antheram crassissimam (i) geminam profert. Diadema in summo femine (k) alii rejiciunt (l); neque reperio. A pentapteride longe abest.

1572. LIMNOPEUCE COR'D. p. 150. VAILLANT. L. C. RAJ. *Syn.* III. p. 136.

*Polygonum femina* CAMERAR. *Epi.* p. 689.

*Equisetum palustre*, brevioribus foliis polyspermon C. B. *Theatr.* p. 242. TOURNEFORT. *autour de Paris* p. 268. SCHEUCHZER *It. VII.* p. 511.

*Icon OEDERI* t. 87. T. 2. SEGUIER.

β. *Equisetum palustre* *Linaria scopariae* folio C. B. *Prodr.* p. 24. *Theatr.* p. 241. RAJ. &c. nam *Michelfeldæ*, & prope patibulum a C. B. indicatur, quibus locis vulgarem legi.

*Hippuris* LINN. *Spec.* p. 6.

In fossis & lacubus Helvetiæ.

Caulis in aquis tranquillis erigitur, ex lacu Moratensi ad aliquot a radice cubitos, in fluviis inclinatur & fluentum sequitur. Caulis simplex, & aqua plenus, e diaphragmatibus divisus. Folia verticillata, duodena & ultra, erecta, quæ sub aqua reflexa, linearia, acuminata. Semen cuique alæ suam infident. Interponuntur feminibus corpuscula, quæ gemmæ videntur.

THESIUM (a) LINN. n. 292.

LINOSYRIS RUPP. BUXBAUM. KNAUT.

LINOPHYLLUM PONTEDER.

ALCHIMILLÆ *Species* TOURNEFORT.

Semen unicum ad calycem adnascitur, ut segmenta calycis ex summo femine nasci videantur. Segmenta calycis triangularia, quinque (b), & quatuor, intus colore florali tincta. Stamina tot quot segmenta floris. Tuba simplex, apice globoso.

\* 1573

(f) ROHE *phytotheol.* p. 115.

(g) VAILLANT. h. g. i. & c. MOHRING.

(h) VAILL. b. MOHRING. c.

(i) VAILLANT. c. c. e.

(k) IDEM c. c. MOHRING. c. e.

(l) MOHRING.

(a) *Onon* radix amara, alvum purgans THEOPHRAST. L. VII. c. XI.

(b) Quinque FABRICIUS *Flor. Entib.* p. 23. Quinque LINNÆUS.

1573. **THESIUM** caule erecto, paniculato, foliis lanceolatis *Emend. III. n. 106.*  
*V. n. 16.*

*Anonymos Lini folio CLUS. pann. p. 312.*

*Amon Linophyllum alpinum, latifolium, majus PONTEDER. antbol. p. 162.*

SEGUIER?

*Thesium panicula foliata, foliâ linearibus LINN. p. 301.*

In Helvetia rarum, inter *Mendris & Cassina*, in via ad montem *Generosum*.

Huic caulis firmus, rectus, pedalis & ultra, superne paniculatus. Folia radicalia longe petiolata, elliptica, circumferrata, ad caulem frequentia, Lini similia, erecta, firma, mucronata, ad tres lineas lata. Rami florigeri laxè paniculati, inflexi, multiflori. Flori cuique, in ima panicula, in suo ramo fere medio, foliolum latiusculum, deinde duo exigua; in suprema panicula medium illud folium deest. Flos frequentius quinquefidus.

1574. **THESIUM** caule diffuso, floribus alaribus, foliis linearibus.

β. Ejus varietas alpina *Linophyllum alpinum, flore fructuque per ramulos perbreves cauli adhaerente PONTEDER I.C.*

*Thesium floribus tetrandris LINN. Supplem. p. 1678. JACQUIN. obss. vindobon. p. 15.*

*Thesium floribus subsessilibus, pedunculis foliosis, foliis linearibus GERARD. p. 442.*

Alpina manifesto videtur a 1573. differre, caule ab imo ramosissimo, potius procumbente, foliis infimis sessilibus, ovato lanceolatis, reliquis linearibus, non lanceolatis, triplo angustioribus. Rami florigeri hic perbreves, & breviores foliis, ex quorum alis prodeunt, ut spicam foliosam, seu heteromallam potius, quam paniculam voces, sua tamen duo folia minora subjecta habent. Accurate inspecti flores frequentius quadrifidi, etiam trifidi.

Ejusmodi plantæ reperiuntur in monte *Fouly*, supra *Portvaley*, in glacialibus supra *Bagnes*.

Sed in mont. *Weisner* Hassiæ, *Altenstolberg* Thuringiæ, in monte *Garten* prope Bernam,

circa Basileam, in montibus *Biennensibus*, & in valle *Adelboden*, in monte *Prapioz*;

in montanis & subalpinis pascuis ubique *Thesium* caule altiori provenit, erectiori,

foliis tamen linearibus, mollibus & flaccidis; florigeris ramulis uncialibus, parum ramosis, tamen & bifloris, majori foliolo cum duobus minoribus exceptis,

ut majus illud in juniore planta ultra florem procurrat, in adulta a flore superetur.

Numerus segmentorum floris modo quatuor, modo quinque.

Valde adeo vereor ut plantæ 1573. & 1574. vere diversæ sint, quas hæc planta conjungere videatur.

ELÆANUS passim in Valesia reperitur, ante ædes plantatus. Eum, ut Oleam & Pseudacaciam omitto, qui nondum satis nobiscum confueverit, ut jus civitatis nactus videatur.

**CHENOPODIUM** TOURNEFORT. t. 288.

LINNEI n. 309.

Calyx quinquefolius (c), incurvis segmentis, ovato lanceolatis, in stellæ speciem coniventibus (d) continet semen rotundum, compressum. Tubæ duæ (e), vel una bicornis (f). Stamina quinque (g), quæ in plerisque speciebus tacta resiliunt, se erigunt, pollinemque spermatikum excutiunt; etiam sponte, quando justam maturitatem adtigerunt (h).

\* 1475. **CHENOPODIUM** foliis subulatis, sericeis, florum glomeribus geminis

*Emend. VI. n. 12. †.*

*Kali hirsuto affinis, Anthylloidis forte aliqua species J. B. III. P. 2. p. 205.*

In *Valle Augusta* ad pedem alpium Valesiacarum.

Caulis lignosus, pedalis, erectus, ramosus, totus tectus foliis longis, perangustis, sæpe recurvis, tomento sericeo adspersis; in juniore planta magis conspicuo. In alis

foliorum

(c) TOURNEFORT A. B. D.

(d) G.

(e) E.

(f) LINN.

(g) A. B. D.

(h) TARGIONI *Hort. Flor. p. 127.*

Tom. II.

X x x

foliorum fasciculi florum sedent, in quibus gemelli florum glomeres sibi obponuntur, & spicam raram efficiunt. Calycis hirsuti segmenta alba, ex ovatis lanceolata. Antheræ quinque, breviter petiolatæ, biloculares. Semen unicum, lenticulare, compressum.

A *Chenopodio maritimo* LINNÆI differt, foliis & calyce fericeis, flore majori.

576. CHENOPODIUM caule erecto, foliis ovatis integris.

*Blitum sylvestre* CAMERAR. Epit. p. 237.

*Polypermum* TABERNEMONT. p. 837.

*Blitum minus polypermum a seminis copia* MORISON II. p. 599. t. 30. f. 6.

*All Seed blite* PETIVER. t. 7.

*Chenopodium Beta folio* TOURNEFORT. J. R. H. *Hist. des plantes autour de Paris* p. 187.

*Chenopodium foliis integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis, aphyllis, axillaribus* LINN. p. 321.

Passim in hortis & incultis, Bernæ, Basileæ, Genevæ.

Caulis rectus, cubitalis. Folia petiolata, subhirsuta, ex ovatis sensim obtuse mucronata. Racemi ex alis foliorum erecti, ramosi, nudi, juniores fere cylindrici, maturi discedunt in paniculam glomerulorum divaricatam; flores virides, sæpe quadrifidi. Stamina elastica.

577. CHENOPODIUM caule diffuso, foliis obtuse lanceolatis.

*Garosmus* DODON. p. 616.

*Vulvaria* TABERNEMONT. p. 428.

*Atriplex fetida* J. B. II. p. 974. *Hist. Oxon.* II. p. 605. t. 31. f. 6.

*Atriplex olida* BLAKWELL. t. 100.

*Chenopodium foliis integerrimis, rhombo ovatis, floribus conglomeratis axillaribus* LINN. p. 321.

In hortis & ad vias circa Roche, Biennæ, Basileæ.

Caulis ramosus & foliosus, procumbens. Folia lanceolata (en as de pique) margine integro, aut rariter dentato, polline farinaceo adspersa, & albicantia. In summa planta ramuli florigeri breves, ex alis foliorum erecti, ad quos glomeruli rotundi florum sessiles adhærent. Odor vehemens piscium salforum, subputridorum, qui digitis tenax adhæret.

Hystericam esse non levis est conjectura. In clysteribus CHOMEL.

*Chenopodium Buxbaumianum* nondum in Helvetia repertum est.

578. CHENOPODIUM foliis triangularibus undulatis, integerrimis, subtus farinosis.

*Bonus Henricus* TRAG. p. 317. J. B. II. p. 964.

*Lapathum unctuosum* MUNTING. t. 191.

*Mercurialis* BLAKWELL. t. 311.

*Wild Spinage* PETIVER. t. 7. f. 12.

*Chenopodium foliis triangulari sagittatis, integerrimis, spicis compositis aphyllis* LINN. p. 318.

Vulgo ad vias & ad fimeta.

Caulis erectus, ad terram foliosus, superne floriger, nudus, glomerulis rotundis, distitis. Folia petiolata, ad utrumque petioli latus in semicirculum excisa, triangularia, ora undulata, integra, subtus albo farinaceo polline oblita, ut ad tactum unguinosa videantur. Racemi rotundi, in spicam sibi continuati, caulem terminant. Flores majusculi. Tubæ crassæ, etiam ternæ.

Asparagi verno tempore in cibum recipiuntur, tum folia. Totum pene genus Chenopodii, & istud potissimum, mite est, subnitrosum, alvumque lenissime solvit, ut de suo Blito Veteres. Bonus Henricus vim etiam detergendi (i) habet, & in tumoribus pedum profuit (k). Balneum ad vermes hominum & equorum prodesse (l) lego.

579. CHENOPODIUM foliis subtus farinosis, rhomboideis, dentatis, superioribus integerrimis.

*Atriplex sylvestris* FUCHS p. 119. J. B. II. p. 972. folio sinuato candidante C. B.

Rands

(i) LORENZ. *advers.* p. 98.

(k) BURGGRAV *Lexic.* p. 1624.

(l) WERSCH. *ven. medic.* p. 378.

*Rands froß blite* PETIVER. t. 8.

β. *Atriplex sylvestris tertia* CAMERAR. *Epit.* p. 243.

*Atriplex sylvestris, folio integro, racemosa* J. B. II. p. 973.

*Chenopodium folio oblongo integro* DILLEN. *nov. Spec.* p. 62.

*Atriplex foliis rhomboideis triangularibus erosis, postice integris, summis oblongis, racemis erectis* LINN. p. 319.

Nihil vulgatus in ruderosis, ad vias, inque hortis.

Caulis erectus, etiam sepedalis, minus sparsus. Folia subtus copiosa, farina adspersa, longe petiolata; ima in universum rhomboidea. secunda medietate rhombi multo longiori, alias integra, alias obiter & vage dentata; suprema lingulata, simplicia. Racemi in pediculis, ex omnibus alis foliorum erecti. Calyces farinosi. Semen exiguum, lenticulatum. Autumnalis planta folia dejecit, & nunc ramos habet folis racemis florigeris undique cinctos.

Primo vere folia in cibum recipiuntur (m).

1580. CHENOPODIUM foliis rhomboideis, dentatis, subtus incanis.

*Annon Chenopodium pes anserinus I.* TABERNEMONT. p. 427?

*Chenopodium Opuli folio* VAILLANT. t. 7. f. 1.

*Chenopodium foliis rhomboideis dentato sinuatis, racemis ramosis subfoliatis* LINN. p. 319.

*Buddles round Blite* PETIVER. t. 8. & alia forte Blita EJUDD.

Similibus locis abunde.

Caulis similis, erectus, ramosus. Folia supina viridia, prona polline farinaceo conspersa, rhomboidea, primis duobus lateribus integris, ulterioribus varie & acute, sed brevius dentatis, quam sequenti, dentibus alternatim majoribus & minoribus. Superiora folia longa, parum dentata, etiam integra, lanceolata. Racemi ad pediculos, ex alis foliorum erectos, juniores conferti, in adultiori planta laxiores. Omnibus enim Chenopodiis racemi in juniore planta alares videntur, in vetula ramos & caules terminant.

In Blitis nitrosus sal & niveus efflorescit, dum siccantur (m\*).

Dubito, num vere a 1580. differat, neque satis certus est LINNEUS.

1581. CHENOPODIUM foliis glabris septangulis, floribus paniculatis.

*Solanum quartum* TRAG. p. 304.

*Chenopodium, seu pes anserinus II.* TABERNEMONT. p. 428.

*Atriplex sylvestris major, anguloso folio* BARRELIER *ic.* 540.

*Maple Blite* PETIVER. t. 8.

*Chenopodium Stramonii folio* VAILLANT. t. 7. f. 2.

*Chenopodium foliis cordatis, angulato acuminatis, racemis ramosis nudis* LINN. p. 319.

Similibus cum priori locis.

Folia satore viridia, absque farinaceo polline, venosa, in universum ex ovatis lanceolata, dentibus septem, & novem, acutis & magnis incisa, fere ut in terminali Sorbo. Flores in paniculas valde ramosas, ex alis foliorum summisque ramis prodeuntes, ad quos glomeres rotundi adhærescunt. Calyx albus, ora virente: maturi tamen glomeres purpurascunt. Odor fere Stramonii, ut noxia planta videatur. Sues interficere TRAGUS.

\* 1582. CHENOPODIUM foliis glabris trilobatis.

*Bliton Ficus folio* PETIVER. t. 8.

*Chenopodium foliis deltoideis, sinuato dentatis, rugosis, glabris, uniformibus, racemis terminalibus* LINN. *Cent. II. Spec.* p. 319. HUDSON.

Non nimis certa sunt synonyma, etsi icon PETIVERI satis accedit.

Sæpe reperi, locis similibus.

Caulis ramosus, diffusus. Folia viridia, non farinosa, petiolata, trilobata, lobis lateralibus profunde, & rectangula incisione, a medio lobo separatis, qui triangularis est, longus, lanceolatus, sæpe integer, alias paucis dentibus incisus, denique dentatus, semper cæterum tripartita figura superest. Spicæ globulorum glomerum teretes, per ætatem ramosæ & divaricatæ.

Poffet

(m) SICANE *trav. pref.* ad T. I. p. XXIII.

(m\*) GLEDITSCH. *mat. med.* p. 369.

Possit esse varietas notabilis paulo prioris 1581, cujus tamen ovatam lanceolatam, septangulam figuram non imitatur.

1583. CHENOPODIUM foliis glabris nitentibus, acute circumdentatis.

*Pes anserinus* FUCHS p. 633. DODON. p. 616.

*Chenopodium*, *Pes anserinus* I. TABERNEMONT. p. 427. bene.

*Atriplex dicta Pes anserinus* J. B. H. p. 975.

*Atriplex sylvestris latifolia* C. B. *Hist. Oxon.* II. p. 604. t. 31.

*The shining Blite* PETIVER. t. 8.

*Chenopodium foliis cordato triangularibus obtusiusculis, racemis erectis compositis, foliosis, caule brevioribus* LINN. p. 318.

Similibus, ut priora, locis. Bernæ, qua secundum muros Armamentarii ad folitariam femitam itur, quæ in forum annonarium ducit. In hortorum etiam areis.

Caulis ruber, ramosissimus, culitalis & ultra. Folia in universum rhomboidea, primis lineis ad magnum angulum divergentibus, lunate excisis, integris, secundis in trianguli speciem lente convenientibus, mucrone tamen acuto: firmiuscula sunt & nitida, in juniore planta subtus farinosa, in adulta utrinque viridia, tota ora numerosissimis dentibus ferrata, alterne majoribus & minoribus, acutis. Racemi innumeri ex foliorum alis, foliis breviores, ramosi: calyces fere rubentes.

LINNÆUS duas in species nostram dividere videtur, sed plantam foliis ovatis acutis, cui icon TABERNEMONTANI conveniat, nullam invenio.

1584. CHENOPODIUM foliis oblongis, sinuatis, subtus incanis.

*Rands Oak Blite* PETIVER. t. 8.

*Atriplex sylvestris* II. TABERNEMONT. p. 427.

*Atriplex angustifolia laciniata* J. B. H. p. 472.

*Chenopodium foliis ovato oblongis repandis, racemis nudis, simplicibus, glomeratis* LINN. p. 320.

Non certa civis. Ex synonymis a J. B. citatis intelligas, esse inter C. BAUHINIANS, & quidem *Atriplicem sylvestrem alteram* C. B. huc pertinere, quæ est inter Basileenses. In Germania passim reperi; tum ad falsos fontes ubique; tum Jenæ, auf der Insel: in Helvetia nondum.

Humifusi caules, ramosi, pedales & ultra. Folia petiolata, subtus incana, figura, quam ægre definias. Duæ lineæ ex petiolo discedunt, & angulum pene femirectum cum eo intercipiunt, æquales, neque dentatæ, nisi uno forte parte dentium. Quod ultra est longius, ultimo obtuse lanceolatum, dentibus majoribus & minoribus inciditur, parum acutis. Petioli cum glomerulis adnatis, rariusculis & distitis, quam folia brevioribus, supremi summos ramos terminant.

1585. CHENOPODIUM foliis oblongis femipinnatis, viscidis, dentibus rotundis.

*Botrys* (n) FUCHS p. 179. MATTHIOL. p. 853. CAMERAR. *Epit.* p. 598. BLAKWELL. t. 114.

*Chenopodium foliis oblongis sinuatis, racemis nudis multifidis* LINN. p. 520.

Bernæ quidem in ruderosis, tamen suspecta. Sed in *Valesia inferiori* abundat, circa Branson, ad Rhodani ripas, circa Fouly, inter Sierre & Louèche, &c. Etiam Geneva. Abunde inter pagum Lucens & Broja pontem ad viam regiam. In Forojuliensibus, & Tridentinis MATTHIOLUS.

Folia satis adfina paulo prius dictæ speciei, sublutea, hirsuta, viscida, femipinnata, dentibus angulosis. Caulis durior, fruticosior, uti tota planta hirsutus, viscidus, odoratus, odore aromatico, qui tamen hætenus mihi displicet, minus quidem, quam in Mexicano. Folia femipinnata, dentibus angulosis. Plantæ alis plurimi petioli florigeri, ramosi, glomerulis rotundis obsiti. In floribus nonnunquam duo tantum stamina reperi Cl. de SAUSSURE.

Antasthmaticam plantam esse. Mire prodesse purulentis (o), hysteris (p).

Americana

(n) Botrys fruticosa herba lutea, tota in multas alas sparsa. Semen circa totos ramulos nascitur. Folia citri suavem odorem spirant; in torrentum ripis Dioscorides L. III. c. 113. PLIN. L. XXVII. n. 31.

(o) MATTHIOL. p. 852. ex aqua FLOYER. p. 212.  
(p) *Eyb. Nat. Civ. Dec. I. ann. 4. 5. append. p. 33.*  
MIRBOM. &c.



Americana species adfinis, dat aquam odoratam (q), cum oleo æthereo, cujus pars in febum coit. In eo oleo vires plantæ putes residere, nam infusum aquosum debilius est, spirituosum etiam deterius. Eadem anthelmintica (r) est, sed male pro Thea passim venditur.

U L M U S TOURNEFORT. t. 372.

LINN. n. 316.

Floris campaniformis segmenta obtusa, quatuor (a) & quinque (b). Germen bicornè (c), corniculis spongiosis, ad se invicem conversis. Tubæ duæ repandæ (d), hirsutæ. Circa germinis basin stamina quatuor, quinque (e), sex, flore longiora. Fructus maturi cornua diminuuntur (f), idemque ovalis nunc est, & compressus, & foliaceus (g). Semen intus unicum, margaritifforme (h).

1586. ULMUS foliis ovato lanceolatis, dentatis, dentibus ferratis.

Ulmus (i) CAMERAR. Epit. p. 70. LOBEL. Ic. II. p. 89.

Ulmus l. TABERNÆMONT. p. 979. & II. ibid. & III. p. 980.

Ulmus campestris C. B. MATTHIOL. SCHEUCHZER. It. VII. p. 519.

Petit Orme Spectacle de la Nature II. p. 456.

Rosier CRAMER. t. 5.

Varietares plurimæ.

α. Folio glabro J. R. H.

β. Pumila foliis parvis glabris, cortice fungoso. VAILLANT. Pumila circa Crenzach, Friedlingen & St. Jacob.

γ. Longioribus foliorum & florum petiolis RUPP.

δ. Minor folio angusto scabro RAJ. PLOT. Oxfordshire t. 10. f. 2.

ε. Eodem variegato MILLER.

ζ. Folio latissimo scabro RAJ. In Spectacle de la Nature II. p. 84. du HAMEL Ex. ploit. I. p. 294.

Quæ Tilia mas (k) MATTHIOL. (l) p. 175. &c.

η. Foliis calyculatis ALDROVANDI.

Ulmus foliis duplicato serratis, vasi inæqualibus LINN. p. 327.

Conf. SWITZER April. p. 155. 157. Multas varietates enumerat, rectam albam, Anglicam raro semen dantem, serotinam, fuscam, patulam, angustifoliam, alias, conf. etiam decem varietates ILL. du HAMEL II. p. 368.

Non vulgatissima in Helvetia. In Gubernio Aquilensi passim, ut ad sinistra Torrentis la Gryonne, versus les prés novés. In Vallesia, Rætia, circa Basileam.

Arbor mediocris, cortice scabro, foliis duris, ficcis, nervis parallelis, dentibus in ora acutis & ipsis incis: in varietate ζ. eadem folia ampliora, & leviora sunt. Umbellæ unico petiolo præditæ, per ramos pene sessiles. Flos laxis, albicans, antheris purpureis.

Vesicularum, quas aphides (m) rodendo faciunt, liquor viscidus habetur pro magno medicamento ad vulnera recentia (n), etiam teneriorum partium, ut oculorum; sed etiam ex cortice succus viscidus grato sapore habetur (o), eumque corticem viridem veteres vulneribus (p) imponebant, cumque eodem interiori cortice decocta aqua adversus scorbutum, & gargarismatis loco ad aphthas adhibetur (q), ad asciten demum hydropem (r). Aqua cum radice decocta ad hæmorrhagias pulmonis & uteri laudatur (s).

Dura

(q) CARTHEUSER de ea herba mater med. II. p. 139 edit. nov.

(r) Hamburg. Magaz. T. XVII. p. 505.

(a) TOURNEFORT. A.

(b) LINN.

(c) D. E.

(d) C.

(e) Quinque TOURNEFORT. A. LINN.

(f) TOURNEFORT. G. G.

(g) Ibid.

(h) I. K.

(i) Ulmus campestris in Gallia; montana; Atinea non ferens fumaras; nostras densiore folio & numerosiore PLIN. L. XVI. c. 17.

Tom II.

(k) Tilia montana dura, rufa, nodosa, odoratioris materie, cortice crassiori, in saxatilibus sterilibus PLIN. L. XVI. c. 14.

(l) Jam notante C. B. ad LUDDUM. p. 9.

(m) BONNET. Insectolog. I. p. 10. II.

(n) DIOSCORIDES L. I. c. 95. GALENUS. REUSNER obs. 136.

(o) SLARE of Sugar. p. 53.

(p) In Daphnidis & Chloes amoribus apud LONGUM.

Etiam FALLOPIUS ad carnes uniendas.

(q) Chirurg. pharmac. p. 492.

(r) Brest. Saml. IV. Suppl. p. 85.

(s) CHOMEL. plantes usuelles p. 618.

Y y y

Dura materies & rigida ad cardines (*t*), ad prelorum cochleas (*u*), aliaque opera rotarum requiritur. Datur etiam pulchre venoso (*x*) ligno, potissimum vero in radice (*y*) crispæ venæ reperiuntur. Nimis ficcum lignum fragile est. Ad ambulacra ornanda hæc arbor in Belgio potissimum adhibetur, quam quidem per umbram ante dimidium fere seculum Leidæ studia severiora me ambulando lenisse, gratus recordor.

## LAPATHUM.

RUMEX LINN. n. 451.

LAPATHUM TOURNEFORT.

&amp; ACETOSA TOURNEFORT. l. 287.

Calyx duplex, trifolius uterque: patulus, qui exterior (*a*); interior (*b*) increfcit, dum exterior non mutatur (*c*), & major fit, & circa semen complicatur (*d*), dum maturefcit, ut ei fit pro capsula. Lapathis non acidis, & nonnullis acidorum, stamina sex (*e*), tubæque tres plumosæ (*f*) ex triquetri (*g*) feminis angulis natæ. In aliis nonnullis Lapathis intercedunt inter ejusmodi androgynos flores aliqui flores masculi, etiam feminei. Sed inter acida Lapatha præterea species dantur, quibus aliis in stirpibus foli flores mares crescunt, in aliis feminei foli, ut duo sexus in diversas stirpes separentur.

1587. LAPATHUM foliis obtusis, circa petiolum emarginatis, paniculis dense spicatis, vaginis maximis.

*Lapathum rotundifolium* CLUS. Pannon. p. 480. *Hist.* p. LXIX. *imbriatum* MÜNTING. t. 200.

*Lapathum foliis rotundis* ANGUILLARA p. III.

*Lapathum folio rotundo alpinum* J. B. II. p. 987.

*Lapathum hortense rotundifolium, seu montanum* SCHEUCHZER. II. II. p. 136.

*Rumex floribus hermaphroditis, sterilibus, femineisque, valvulis integerrimis, nudis, foliis cordatis, obtusis, rugosis* LINN. p. 480.

Vulgo ad stabula alpina, qua fœmus abundat.

Radix magna, brachialis, lignosa, ramosa, intus flava & purpurascens. Caulis crassus, striatus, ramosus, brachiatus: vaginæ sub foliis & ramis albæ, teneræ, peramplæ. Folia radicalia longe petiolata, ovata, obtusa, ad petiolum utrinque semilunariter incisa; caulina lanceolata, omnia per oras plicata. Spicæ florales paniculatæ, densissimæ, valde multifloræ. Valvulæ feminales venosæ, margine integro, interiores subinde uno alterove dente notatæ. Flores mares & feminas in eadem panicula reperi.

Cum ad *Wolgam* nascatur (*b*), & cum omnino alvum ducat, potest esse verum veterum Rhapsonticum. Nostro certe jam in montanis Galliæ (*i*) loco Rhei usi sunt, & HILDANUS (*k*) foliorum uno pugillo alvum duxit, & ipse vidi, dupla tamen dosi. Deinde amara est, & flava, & odora, & resinosa. In Rhodope tamen Thraciæ monte Rheum enneapetalon nascitur, quod Prosper ALPINUS (*l*) pro Rhapsontico habet, & omnino vereor, ne etiam Galli Rheum intelligant (*m*). Ponticum suum veteres inter adstringentia numerabant (*n*). Pro Rhapsontico fere nostrum in officinis venditur (*o*).

1588.

(*t*) PIN. L. XVI. p. 36.

(*u*) Rbeingauer Weinbau p. 290.

(*x*) DU CHESNE manuel des arts p. 75.

(*y*) CARDAN subtilit. p. 256.

(*a*) TOURNEFORT. C.

(*b*) I. 2. 3.

(*c*) Querc majora FABRIC. Batibac. p. 46.

(*d*) TOURNEFORT. L. N. O. MALPIGH. & p. 263.

*Hort. Florent.* p. 107.

(*e*) TOURNEF. A.

(*f*) D. F. G. H.

(*g*) E. I.

(*h*) GMELIN. Rhoib. p. 12.

(*i*) Recueil de Mémoires de l'Académie de Béziers p. 34. PUTRANUS in descens. Mesius p. 58. Nisi fosse de Rheo enneapetalone loquuntur.

(*k*) Epist. ined.

(*l*) In libro de Rhapsont.

(*m*) Le MONNIER p. CLXV.

(*n*) CÆLIUS tard. II. c. 13.

(*o*) LEWIS mater. medic.

## 1588. LAPATHUM foliis longe lanceolatis, paniculis densissimis.

*Hippolapathum* CAMERAR. *Epit.* p. 232.*Rumex palustris* TRAG. p. 317. 318.*Lapathum palustre* TABERNEMONT. p. 437.*Lapathum planum paludosum* MUNTING. t. 194. (non bene).*Britannica antiquorum vera* MUNTING. p. 202. cum figura oxylopathi simili.*Lapathum aquaticum* BLAKWELL. t. 490.*Rumex floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis, nudis, foliis cordatis, acutis* LINN. *Flor. Suec.* n. 315. *Spec.* p. 479.In fossis suburbanis, & alibi; in fossis aqua plenis circa *St. Blaise*.

Radix lignea, magna, intus flava. Folia radicalia longe petiolata, longe ex ellipticis lanceolata, per oras crispa &amp; serrata. Panicula ramosa, laxa, maxima, multiflora, foliis interstincta elliptico lanceolatis, angustis. Valvulae leves (p), vidi etiam dentatas.

Radix intus sumta alvum ducit. Decoctum ad scabiem apprime laudatur (q). Casu factum esse puto, ut ex ejus radicibus comestis aliqui pueri perierint (r). Cur inter acria veteres (s) habuerunt? Præterea Britannicam MUNTINGII *Lapathum* cubitale esse COMMELINUS (t) monuit, longis foliis herbam, cujus radix ex fusco nigricans ad stomachacem (scorbutum) Romanis in Frisia infestam utilis deprehensa est (u): etiam viridis succus & acetarium. Simul enim & vires (x) auget, & alvum tenet apertam. Siccata (y) ad ulcera phagedanica convenit (z). Denique decocta cum radice aqua magnis adversus scorbutum etiam nuper laudibus venit, ut de nostra planta sermo sit (a).

## 1589. LAPATHUM foliis crispis, imis ovatis, supremis lanceolatis, calycibus verrucosis.

*Lapathum acutum crispum* TABERNEMONT. p. 436. J. B. II. p. 988.*Lapathum longifolium crispum* MUNTING. *ver. Britanni.* p. 104. *Tabb.* 190.*Curled sharp Dock* PETIVER. t. 2.*Rumex foliis hermaphroditis, valvulis integris graniferis, foliis lanceolatis, undulatis, acutis* LINN. p. 476.

Ad vias, fossas, domuum areas.

Caulis erectus, tripedalis &amp; ultra. Folia ima obtusa, ad latus petioli paulum emarginata, superiora longe lanceolata; omnia per oram crispa &amp; plicata. Ex alis foliorum, &amp; in summis plantis, spica paniculata, juniores, densæ, nullis foliis distinctæ. Valvulae feminis interiores integræ, glandulis, seu verrucis flavis distinctæ, amplicæ, foliaceæ.

β. *Lapathum sylvestre, folio subrotundo, seminis involucre recto, seu plano* HIST. OXON. II. p. 580. est varietas foliis planis.

## 1590. LAPATHUM petiolis latifolibus foliis, longe lanceolatis, floribus verticillatis verrucosis. †

*Lapathum aquaticum minus* C. B. I. R. H. J. B. II. p. 987.*Lapathum vulgare minus* MUNTING. t. 188. & *Lapathum minus dentatum* t. 192.*Smooth sharp Dock* PETIVER. t. 2.& *Small sharp Dock*, *ibid.**Rumex floribus hermaphroditis, ad alas foliorum conglomeratis, foliis lanceolatis, integerrimis* BOEHMER. p. 240.Ad ripas fluviorum, stagnorum, & ad fossas. Ad *Birsam* & *Wiesam*.

Caulis ramosus, erectus. Folia petiolata, circa petiolum non emarginata, per oras plicata; ut serrata videantur, tamen integra. Flores breviter petiolati, in verticillos distantes, imi in alis foliorum sessiles, iisque foliis breviores; superiores in spicam nudam, longam, gracilem, dispositi. Valvulae margine integro; interiores glandula aurantii coloris extus notatae, unde color totius verticilli croceus.

Ab

(p) WILKICH.

(q) FLOYER. *phytothasan.* p. 244.(r) WIGAND. *Borsiff.* p. 60. b.(s) THEOPHRAST. *conf.* L. III. c. 1.

(t) Apud CANNIGIRTER. p. 157.

(u) PLIN. L. XXV. n. 6.

(x) MARCELL. c. XI.

(y) K. Swenska *Wetenskaps. Acad. Handl.* 1755. I.(z) *Act. Upsal.* ann. 1743. p. 115. LINN. *conf. medic. offic.* p. 18.(a) *Mus. Med.* I. n. 1.

Ab Oxylapatho differt verticillis diffitis, imis sessilibus.

β. *Lapathum acutum minimum* LOBEL. ic. p. 284. C. B. II. p. 987.

*Lapathum minimum* TABERNÆMONT p. 437. C. B. Hist. Oxon.

In sylva Augustam versus C. B.

A priori non differt.

1591. LAPATHUM (b) petiolo latefcente, foliis longe lanceolatis, calyce ferrato.

*Oxylapathum* (c) FUCHS p. 461.

*Lapathum acutum* BLAKWELL. t. 491. MUNTING. t. 189. seu *Oxylapathum* LOBEL ic. p. 284.

*Rumex floribus hermaphroditis, valvulis dentatis graniferis, foliis cordato oblongis, acuminatis* LINN. p. 478.

In fossis, ad vias, &c.

Radix lignosa, crassa, fusca, intus flava. Caulis etiam tricubitalis; folia circa petiolum non emarginata, longa, lanceolata, per oras ferrata. Paniculæ spicatæ, nudæ, laxæ, diffitæ: feminum valvulæ interiores dentatæ; glandulæ nullæ.

Hæc species etiam in officinas recipitur. Olim ad hæmorrhagias laudabatur (d). Dalmatæ succo copiose utuntur adversus scrophulas (e). Ad decocta sanguinem, ut vocant, depurantia etiam adhibetur, & ad vitia cutanea (f). In elephantiasi ARETÆUS (g), in prophylaxi podagræ MUNTINGIUS (h), ad corrigendam putredinofam sanguinis indolem BOERHAAVIUS laudat; DIOSCORIDES potius adstringendi scopo. Dentes labantes confirmat. Copiosiori usu & alvum ducit, & sputum tingit (i). Unguentum ex Lapathi & Helenii radicibus cum sulfure componitur (k), ad scabiem utile.

Ad modum Rubiæ adhibitum flavum, denique olivaceum colorem præstat (l).

Veteres Lapathum, an nostrum? in cibum accipiebant. Mali succi vocat CELSUS (m) & addit, alvum ducere (n).

1592. LAPATHUM foliis ovatis, circa petiolum emarginatis, floribus dense paniculatis, dentatis, verrucosis.

*Lapathum* CAMERAR. Epit. p. 228.

*Lapathum folio minus acuto* LOBEL. ic. p. 284.

*Hippolapathum sylvestre* TABERNÆMONT. p. 436.

*Hippolapathum vulgare album, folio subrotundo* MUNTING. Brit. p. 68. Tabb. 187.

Broad Dock PETIVER. t. 2.

*Rumex floribus hermaphroditis, valvulis dentatis, graniferis, foliis cordato oblongis, obtusifusculis, crenulatis* LINN. p. 478.

In ruderosis, ad vias vulgo.

Folia circa petiolum emarginata, oblonge ovata, non acuminata, ora crispula. Paniculæ densæ, spicatæ, foliis non interruptæ. Valvulæ interiores dentatæ, pene spinosæ. Intercedunt flores mares & feminæ.

Omnia Lapatha pecori displicent. (o).

1593. LAPATHUM foliis radicalibus utrinque emarginatis, calycibus reticulatis, ciliatis, verrucosis Emend. J. n. 19.

*Lapathum pulchrum Bononiense sinuatum* J. B. II. p. 988.

*Lapathum ramis procumbentibus, seminis involucreo dentato foliis inferioribus fidium instar* MORISON. II. p. 580. S. V. t. 27. f. 13.

Fiddle Dock PETIVER. t. 2.

*Rumex floribus hermaphroditis, valvulis dentatis, subunica granifera, foliis radicalibus paniculiformibus* LINN. p. 477.

Ad

(b) Veteribus Lapathum dicebatur & Lapathum. Anaxidor. THEOPHRAST. caus. L. III. c. 1. RUFUS morb. vetic. Lapathum & Oxylapathum DIOSCORIDES. PLIN. L. XX. n. 85. Me lapathum levefque Malvæ HORATIUS. O Lapathe, ut jactare necesse est cognitus cui sis LUCILIUS L. IV. c. 7.

(c) Οξύλαπαθος ARETÆUS cur. acut. II. c. 7. Oxylapathum in acumen tendit, dura habens extrema. in palustribus nascens DIOSCORID. II. c. 108.

(d) ARETÆUS cur. acut. L. II. c. 2.

(e) RONCALL. Europ. medic. p. 212.

(f) SIMEN PAULLI.

(g) CECAT. Diuturn. II. c. 17.

(h) Et CHOMEL. plantes usuelles p. 247.

(i) PROV. med. Berol. p. 7.

(k) CHOMEL. p. 208.

(l) Schell. Occourum. T. I. n. 6.

(m) L. II. c. 25.

(n) c. 29.

(o) SCHREBER. III. p. 48.

Ad vias inter *Viviscum* & *Pully*, & abunde, qua versus *Glerolle* ascenditur ad *Chexbres*. *RAJUS* in fossis Helvetiæ.

Caules prostrati, angulosi, difformes. Folia nervis hirsutis, ima & imis proxima lanceolata quidem & crispula, sed foliorum longitudine media profunde emarginata. Ea proprietas in supremis evanescit, ut mere lanceolata sint & crispula. Flores verticillati, verticillis in summa planta in spicas continuatis, magni cæterum, valvulis feminalibus reticulatis, valde ferratis, longe denticulatis, verruca notatis, in extrema valvula majori, minori in reliquis.

In hortis feri ad usus culinarios (p).

β. *Cl. WILLICHIVS* semen *Lapathi arvensis subhirsuti*, folio retuso, caule longius brachiato, capsula seminis crenata *TILLI Hort. Pisan. t. 37. f. 2.* vidit primo quidem anno tolia edere non sinuata, altero vero panduriformia, ut hæc quæ plantæ non videantur differre. Is est *Rumex floribus hermaphroditis*, valvulis dentatis graniferis, foliis cordato oblongis, obtusis, pubescentibus *LINN. p. 478.*

*Lapathum anthoxanthum* *J. B.* in Germania, etiam *Gottinæ*, vulgare, in Helvetia nondum lectum est.

1594. *LAPATHUM* foliis sagittatis, cis mucronem latissimis, hamis rectis, divergentibus.

*Acetosa scutata repens* *C. B. Prodr. p. 55. TRIUMPHETTI observ. p. 26. icon. p. 68.*

*Acetosa Cambrobritannica montana* *SCHEUCHZER. It. II. p. 128.*

*Acetosa alpina serpeggiante* *ZANON. t. 87.*

β. *Acetosa rotundifolia horrensis* *MARISON. II. p. 583. S. 5. t. 28. f. 9. ZANONI p. II. t. 8.* Non differre editor *MONTIUS p. 241.*

*Acetosa Romana* *BLAKWELL. t. 306.*

α. β. *Rumex floribus hermaphroditis*, foliis cordato hastatis *LINN. p. 480.*

Abunde ad lapides deciduos in alpebus *Steinberg*, *Prapioz*, *Gemmi*, *Culand*, *Chapuisse*, ad scaturiginem fluvii *Noirague*; in montibus *Javernaz*, *Chaud*, *Ovanaz*, alp. *Bärenboden* & *Pragalliensibus*. In *Gottardo* in *M. Valle Lepontia*, ad *Luganum* & *Menir*. Etiam in montanis, ut supra *Balsall*, in monte *Thairi*, aux *Combes de Valancron*, & de *Beaufonds*. Etiam in rudiculis & in muris *Agami*, *Meloduni*, circa *Luganum*, *Chiavennam*.

Radix cubitalis, subrubra, ramosa. Caules cubitales, male erecti. Folia sagittata, mucronibus longis, ad angulos rectos divergentibus, media lanceolata, fere pentagona, angulo mucronali prægrandi, minus cæterum & rotunda, & glauca, quam in culta varietate. Spicæ raræ, ut in reliquis *Acetosis*, ramosæ, sexus uterque. Valvulæ feminales late, alatae, compressæ. Vaginæ lanceolatae.

Sapor acidus & gratus.

1595. *LAPATHUM* foliis antice emarginatis.

*Acetosa rotundifolia*, repens, Eboracensis, folio in medium deliquium patiente *HIST. OXON. II. p. 583.*

*Acetosa repens Westmorlandica*, Cochlearie folio, apicibus nonnihil sinuatis *PLUKNET. p. 8. t. 252.*

*Acetosa Britannica* *BLAIR. miscell. obs. p. 67. cum ic. Essays p. 36. Pharm. Botanic. p. 28. 29.*

*Rumex floribus hermaphroditis digynis* *LINN. p. 480.*

In alpebus editioribus passim, *Javernaz*, *Ormond*, *Prapioz*, *Furca* parte respiciente ad *Rhodanum*, *Liofon d'enhaut*, *Prapioz*, *Taveyannaz*, supra *Portvalley*, *St. Bernhard*, in monte *Pilato*, &c.

Radix lignosa, conica, semipedalis. Folia radicalia, juniora longe petiolata, integra, adultorum apex rotundatus, & leviter quasi emarginatus est. Calycis valvæ & externæ & internæ binæ, ovatæ. Semen compressum, hilo quasi in apice excisum, cum duabus tubis plumosis. Stamina tamen sex. Stipule albæ, retusæ.

Sapor acidus.

β. Junior planta, foliis non emarginatis, est

*Acetosa rotundifolia alpina* *C. B. Prodr. p. 55. RAJ. SCHEUCHZER. It. I. p. 29. It. II. p. 128.*

*Acetosa alpina*, *Ajari folio* *AMBROSIN phytograph. p. 9. nov. plant. hist. c. XI. RAJ. C. B.*

(p) *BROOKES* IV. p. 22. Mihi valde durum videtur.

Tom. 11.

Z. z z

C. B. in monte *St. Bernhard* prope diverforium. SCHEUCHZER in descensu montis *Speluge*, & in alpihus *Uriorum* & *Engelbergenſium*. In monte *Joeh*, auf *Egg*.

II. LAPATHA FLORIBUS MARIBUS  
A FEMININIS TOTA PLANTA REMOTIS.

2596. LAPATHUM sexubus separatis, foliis sagittatis, hamis acutis, recurvis.

*Oxalis*, seu *Acetosa minor* MATTHIOL. p. 448.

*Oxalis minor* CAMERAR. Epit. p. 231.

*Oxalis ovina* TABERNEMONT. p. 440.

*Acetosa arvensis* BLAKWELL. L. 307.

*Acetosa sagittata*, alpina ZANONI L. 5.

β. *Acetosa angustifolia lanceolata*, elatior HIST. OXON. II. p. 583. n. II.

γ. *Oxalis lanceolata*, angustifolia, repens C. B. Prodr. p. 55.

*Oxalis minima* I. TABERNEMONT. p. 441. MUNTING. T. 76.

δ. Semine vidua VAILLANT. planta mas.

ε. Foliis plerisque, etiam omnibus, non hamatis.

*Oxalis minima* II. TABERNEMONT. p. 441.

ζ. Eadem mas VAILLANT.

η. *Acetosa minor erecta*, foliis multifidis BOCCONE mus di piant. p. 164. t. 126.

α. *Rumex floribus dioicis*, foliis lanceolato hastatis LINN. p. 481.

In agris requietis, areis carbonatorum, &c. In alpes etiam summas ascendit; tunc quidem minima.

Radix lignosa, transversa. Caulis repens, aut erectus, dodrantalis. Folia longe petiolata, perangusta; hami sagittæ longi & recurvi; superiora folia lingulata, absque hamis, alias omnia simplicia, ovata & linearia. Spicæ confertæ, parum ramosæ, fructus penduli, sæpe, ut tota etiam planta, rubentes. Stipulæ siccæ lanceolatæ.

Sapor acidus.

2597. LAPATHUM (q) sexubus distinctis, foliis sagittatis, hamis retrorsum porrectis.

*Acetosa* BRUNFELS II. p. 72. BLAKWELL. t. 230.

*Oxalis* FUCHS p. 464. major CAMERAR. Epit. p. 230. hamis valde rectis.

β. Mas. Ic. ROBERT. 4.

*Acetosa moscovitica sterilis* RAJ.

γ. Crispa TABERNEMONT. p. 440.

δ. *Oxalis sylvatica maxima* J. B. II. p. 890.

*Acetosa montana maxima* C. B. SCHEUCHZER. It. II. p. 129.

ε. *Acetosa pumila Fagopyri folio* BOCCONE mus di piant. p. 165. t. 126.

*Rumex floribus dioicis*, foliis oblongis, sagittatis LINN. p. 481. SCHREBER III. Saml. p. 7.

Nihil in pratis vulgatus, hactenus non utilis, quod folia matura exarescant. Maxima in sylvis Hercynicis *um die Schlust*, in monte *Brustero*, & alibi, semper longis & angustioribus foliis a sequenti diversa.

Radices longissimæ (r), teretes fibras dejiciunt. Folia ima petiolata, ovata, caulina sagittata, hamis sagittæ brevibus & rectis, acuto angulo separatis, etiam nullis. Habitus idem. Spicæ raræ; flores penduli, masculi majores (s). Vaginæ aristatæ; valvulæ ovatæ.

Sapor acidus foliorum florumque, in radice adstringens. In utrisque natura acida (t). Plurima pars aquea, magna portio salis essentialis acidi, ad septem drachmas (u) ex libra, quem BOERHAAVIUS ad putrida ulcera laudabat. Edulis est, & Gallicis (x) familiaris, qui late per integros agros colunt; salubris cibus, quo restitutum nonnunquam scorbutus sanatus est (y). Acida enim vi putredini resistit, adstringente partes solidas confirmat. Etiam cum ovis cocta, mala tamen copula, scorbutum sustulit (z). In morbis acutis parciore in usu est, quam mereretur.

(q) Lappathum quartum, quod alii Oxalidem vocant. Folia exigua, Rumici similia. Caulis non magnus. Semen subacutum, rubens, lacte, in caule & adgnatis appendicibus emicat DIOSCORIDES L. II. c. 108. Lappathum sylvestre, alii Oxalis, foliis acutis, Betæ colore albæ, radice minimæ PLIN. L. XX. n. 85.

(r) Ad tres cubitos BACON. Sylv. p. 672.

(s) Semen PARSONS T. H. f. 4.

(t) GEOPHOS p. 25.

(u) LA GARAYE p. 182.

(x) LITTKER travels. p. 112.

(y) TAVERNIER. *Art. Habi.* ann. 1671. & It.

p. 601. *Add. GEOPHOS* p. 29. &c.

(z) *Hist. de l'Acad. des Scienc.* ann. 1708. p. 52.

reretur. Oxalidis syrupum ad febres pestilentes Arabes parabant (a). Decocta cum radice herba hepatis (b) obstructum liberavit; rubet ea, vini colore (b\*). Externo usu in cataplasmate ad ulcera pedum feliciter adhibetur (c). Dolorem erosæ Ranunculo Sardonio linguæ (d) acetosa contusa sola sustulit. Ex radicibus (e), ex semine solo, vel cum farina (f) misto, Succum panem coquunt. In cinere sal lixivus superest (g).

1598. LAPATHUM sexubus separatis, foliis sagittatis, hamis brevissimis, recta divergentibus *Emend. l. n. 18.* †

*Acetosa montana, latiori rotundo folio* BOCCONE *Mus di piant* p. 165. t. 125. RAJ.  
*Acetosa montana, folio undulato, flagellis non ramosis* BOCCONE l. p. 164. t. 126.

In monte *Chapuisæ*.

Radix lignosa, teres, crassa, capillata. Folia plana, non undulata, ima petiolata, obtuse sagittata, caulina sessilia, amplexicaulia, circa petiolum alias non excisa, sed recta porrecta, alias emarginata, non profunde tamen. Ora plana, neque rugosa, aut plicata, hamis brevibus. Vaginae truncatae, albæ. Rami florales, ut in prioribus, nudi, ramosi. In horto etiam auget staturam, & discrimen servat. Aut vera species, aut varietas notata digna. Semina etiam vivipara habet (h).

Alie etiam Rumicis acidæ species superant, & nobilis inter eas *Livas*, seu *Ribas Arabum* (i).

A P E T A L Æ.

I. S E X U B U S S E P A R A T I S

I N E A D E M P L A N T A

S E P A R A T I S,

A U T I N D I V E R S I S P L A N T I S.

I N E A D E M P L A N T A. I. P O L Y S T E M O N E S

C E R A T O P H Y L L U M L I N N. n. 1065.

D I C H O T O P H Y L L U M D I L L E N. *nov. gen. plant.* p. 91. t. 3.

H Y D R O C E R A T O P H Y L L U M

VAILLANT. *Mém. de l'Acad. des Sciences* ann. 1719. p. 16. 20.

Flores in eadem planta alii mares, ad foliorum alas sessiles, calyce sunt multifido, foliis subulatis, ad decem (a) usque, staminibus numerosis (b), ad sedecim & viginti (c), absque filamentis. Feminini flores etiam in foliorum alis positi, sunt foliolis similibus; capsula unica, monosperma (d), in nostra tribus aculeis armata (e), in altera specie levi (f). Semen ovatum (g).

1599. CERATOPHYLLUM foliis subspinosis, capsula tricorni.

Icon *en. GESNERI* 138.

*Millefolium aquaticum cornutum* J. B. III. p. 784. non vero icon. *TOURNEFORT*, *amour de Paris* p. 290. non vero in magno opere.

*Equisetum sub aqua repens, foliis bifurcatis* LOESEK. p. 67. ic. n. 12. bene.

*Dichotophyllum* DILLEN. *Catal. Gieß.* p. 149. t. 7.

*Hydroceratophyllum folio aspero, quatuor cornibus armato* VAILLANT. l. c. T. II. cum icon. RAJ. *Syn.* III. p. 115.

*Ceratophyllum foliis dichotomo bigeminis, fructibus trispinosis* LINN. p. 1409.

In fossis aqua plenis circa *Tigurum*, *Gampelen*, *Paterniacum*, *Basileam*, *vorm Steintore*; ut *Michelfelde*, *Genevam*, circa *Nosodochium*.

Caulis

(a) MESUR p. 130.

(b) LOESEK.

(b\*) LIBOTAUD. *precis mat. med.* p. 44.

(c) PARSONS l. c. p. 45.

(d) CRAPP. p. 31. 12.

(e) BODING. in *Disp.* malum quidem esse fitentur.

(f) KALM p. 191. in *Carolin.*

(g) *Enc. Mémoir.* T. I. p. 406.

(h) BOCCONE p. 165.

(i) CHARDIN. T. V. p. 37. *RHAZE* l. IX. c. 65.

(a) LINN.

(b) Coronatis corona quinque radiorum brevi

VAILLANT. G.

(c) LINN.

(d) VAILL. b. d. p. k. o.

(e) K. O. DILLEN. p. 93.

(f) VAILL. b. d. p.

(g) q.

Caulis teres, levis, longus, ramosissimus. Folia in summa planta in viridissimos glomeres collecta. Ea folia verticillata, multa ad eundem caulis circulum. Folia crassa, duriuscula, compressa, raris spinulis ferrata, ad angulum acutum, in duos ramos divisa. Eorum quisque simili sub angulo bifidus. In alis foliorum frequentes glomeruli, qui sunt primordia novorum ramorum.

? *Millefolium aquaticum cornutum, minus, nondum descriptum* C. B. *Pin.* p. 516. RAJ. *Sylloge* p. 184.

*Mickelsfeldæ* in fundo aquarum.

Quam ex SPOERLINI herbario possideo, minima & tenerrima planta. Conservam aliquam refert. Verticillus foliosus vix quatuor lineas latus est. Folia similiter verticillata, divisa, & subdivisa.

Quæ plantæ ab amicis, etiam Parisiis pro *Hydroceratophyllo*, folio *levi*, octo *cornibus armato* VAILLANTII l. c. l. c. missæ sunt, eæ vere & quadrifido folio fuerunt, & aspero, ut vix a priori separem. Sed etiam LINNÆUS dubitat. In fructu discrimen fuerit.

MERCURIALIS (a) TOURNEFORT. t. 308.

LINN. n. 1125.

Flores feminini a masculis tota planta separati, ut in *Acetosis* ultimis. Flores masculi plerique calyce trifido (b), etiam quadrifido (c), foliolis ex ovato acuminatis, cavis. Stamina longis, pergracilibus filamentis, portione pro numero divisionum calycis quadruplici, duodenis, sedenis: antheræ gemellæ. Hi flores in glomerulos diffitos. Flores feminae fiunt solitariis calycibus trifoliis (d), & quadrifoliis (e), deinde capsulis gemellis (f), exasperatis, rotundis, monospermis (g). Tubæ duæ, recurvæ, cornuum laticum similes (h). Addit LINNÆUS duo acumina, subulata, sulco germinis impressa. Ea nectaria CL. BOEHMERUS filamenta sterilia esse monet (i).

600. MERCURIALIS caule annuo, brachiato, foliis conjugatis, ovato lanceolatis, glabris.

a. Mas.

*Mercurialis femina* CAMERAR. *Epit.* p. 997. TABERNEMONT. p. 551.

*Mercurialis mas* BLAKWELL. t. 162.

β. Femina.

*Mercurialis mas* MATTHIOL. p. 1297. TABERNEMONT. l. c.

*Mercurialis* CAMERAR. *Epit.* p. 996. *Femina* BLAKWELL. t. 162.

α. β. *Mercurialis caule brachiato, foliis glabris, floribus spicatis* LINN. p. 1465.

Abunde in vineis, hortis neglectis, & ad vias.

Habitus tener & succi plenus. Caulis cubitalis, erectus, brachiatus. Folia conjugata, glabra, petiolata, ovata, lanceolata, ferrata, patula. Flores mares in raros julos ex alis foliorum erectos, in glomerulis diffitos, colore viridi. Feminini in alis foliorum sessiles, fere binati.

Aquosa, subsalsa planta alvum laxat (k), & in clysteres recipitur. Alvi laxandæ causa etiam decoctum vino admisto ebibebatur (l). Rustici etiam nostris temporibus Mercuriali sibi alvum aperiunt (m). Syrupum ex succo in Gallia parant (n), qui duarum unciarum pondere alvum ducit. Mel, quod sesqui alteram succi portionem recepit, Monspelii (n\*) plurimo ad clysteres & pessos in usu est.

(a) Linozostis, parthenion *ἰσχυρὸν ἑσπερον* foliis est Ocimi, helixiæ cognatis, minoribus, ramulis duplici geniculorum modo cinctis, alarum cavis multis, fructu feminae copioso, quamdam racemorum similitudinem præbente, mari e foliorum sinu dependente, parvo, rotundo, cum duobus testiculis una coherentibus, fructu dodrantali, majori DIOSCORIDES L. IV. c. 183. PETR. L. XXV. n. 18. Manifestum est sexus inverti. *Ἐδαυροσ & ἀφροσύνη* THEOPHAST. L. IX. c. 19.

(b) TOURNEFORT. B. E.

(c) A. D.

(d) E.

(e) F. D.

(f) G.

(g) K.

(h) F.

(i) *Nectar Flor.* p. 28.

(k) Olim DIOSCORIDES.

(l) ORIBAS. *Synops.* l. c. 17.

(m) BRASSAVOLA *Exam.* p. 201.

(n) TOURNEFORT. *plantes autour de Paris* Epb. *Nat. Cur.* Dec. III. ann. 8. obs. 10. nimis cum laudibus.

(n\*) Ad ventrem distentum *deser. des plant. usuell.* p. 230.



est. Veteres herbam in cibum recipiebant, quam vel folam, vel cum Malva (o)  
CÆLIUS in lumbagine laudat.

Mortem subitam ab illita Mercuriali alienæ causæ tribuit Cl. GALLI (p).

Monet Cl. ALSTONUS, Mercurialem, quæ in Scotia sponte non proveniat, loco  
ab omni mare remoto, fructum tulisse (q).

1601. MERCURIALIS caule perenni simplici, foliis ovato lanceolatis, hirsutis.

α. Mas.

*Cynocrambe femina* CAMERAR. *Epit.* p. 999.

β. Femina.

*Cynocrambe* FUCHS p. 444. *Mas* CAMERAR. *Epit.* p. 998.

*Mercurialis maxima sylvestris* CORD. p. III.

Androgynam pingit, non bene, DODONEUS p. 659, cui est *Cynocrambe*, *Mercurialis sylvestris*.

α. β. *Mercurialis caule simplicissimo, foliis scabris* LINN. p. 1465.

In sylvis abunde.

Annua prior, hæc perennis est, caule simplici, non ramoso, una cum foliis hirsuto. Folia majora, ovato lanceolata, ferrata, patula. Flores feminae longe petiolati, mares similibus in spicis raris, ex singulis alis.

GESNERUS etiam gratiori inter olera sapore esse scripserat. Sed nequitiam narcoticam & funestam ILL. HANS SLOANE (r) deprehendit, somnus enim inde profundus & mors supervenit: qui evaserunt, ii vomitu excitato servati sunt. Male ergo ad seiscuncem alvi ducendæ sine præscribitur (s).

L A U R U S TOURNEFORT. t. 367.

LINN. n. 503. TREW. *Eph. Nat. Cur. Vol. II.* p. 332. seq. T. VII.

Calycis communis segmenta ovata quatuor (a), five bis bina. Floris petala, seu divisiones, pariter quatuor, non deciduæ (b). Stamina septem, ad tredecim (c), antheris lateralibus (d), tribus in ordinibus. Exteriora filamenta nuda, in interioribus plerisque duæ glandulæ globosæ (d\*), breviter petiolatæ. In flore androgyno flos similis, stamina quatuor, ex summis antheris (e) cornuta, cæterum abortivis. Bacca ovata (f), unilocularis, in qua nux bilobata (g), ovata, & similis nucleus acuminatus. Tuba unica, emarginata (h). Nostra planta flores mares a feminis tota stirpe distinctos habet.

1602. LAURUS foliis ovato lanceolatis, ramis florigeris, folio brevioribus.

*Laurus* CAMERAR. *Epit.* p. 60.

*Laurus foliis venosis, lanceolatis, perennantibus, floribus quadrifidis, dioicis* LINN. p. 529.

Pulchram plantam inter cives refero, cum circa *Montru* in omnibus pomariis abundet, & in arbores Piris non humiliores convalescat (i).

Arbor nobis viginti & triginta pedum, sempervirens, foliis ovato lanceolatis, firmis & solidis, ora integra. Flores in muscaria, seu petiolos ramosos, foliis breviores, geminis stipulis. Bacca saturate cærulea. Flos decolor.

Calida & aromatica planta, semine potissimum, cujus vires a medicis nondum prodignitate per experimenta exploratæ sunt. Oleum expressum fit ex baccis cum aqua coctis, & supernat levitate sua (i\*). Ad pellendos menses, & in clysteribus carminativis oleum expressum fere in usu est. Aqua stillatitia Lauri, fecundum

(o) *Cronic.* L. V. c. 1.

(p) *Cantharidibus in opusc. med. pract.*

(q) *Ess. of a Secret at Edimb.* p. 228, 229.

(r) *Phil. Transf.* n. 203. R. S. J. *Synops.* III. p. 138.

(s) *PREVOST medic. pauper.* p. 500.

(a) TREW. f. 14, 15, 16, 17.

(b) f. 18, 22. *Conf. Enumerat. Plant. Gotting.* p. 15.

& TOURNEFORT. A. B. C. *Sena folia* LINNÆUS.

(c) p. 334. *Sex nos & octo*

(d) f. 23. & 24. *Catal. Gotting.* l. c.

(d\*) f. 25, 21, 32.

(e) f. 37. ad 46. *Hæc nectaria* LINNÆI.

(f) f. 57, 62. seqq.

(g) f. 60.

(h) f. 50.

(i) *Etiã in Zealandia* LEVIN. *LEMN. mirac. nat.*

L. IV. c. 4. *In Olympo abundare* PLIN. L. XVI.

c. 32.

(i\*) *De JEAN. Traité des odeurs* p. 374.

cundum Clar. CANTWELL, antidotus est aquæ stillatiæ Lauro cerafi (k). Lignum flexile, ad circulos doliorum utile est.

## II. DIPLOSTEMONES.

HIPPOPHAE (l) LINN. n. 1106.

RHAMNOIDES TOURNEFORT. t. 481.

Flores mares a femininis toto sexu distincti, Illis calycis foliola duo (m), transversim ovata, per apicem coherentia, a quo sensim solvuntur. Stamina quatuor breviter petiolata. In flore feminino calyx monophyllus, bivalvis, sacci modo contractus, circa baccam ovatam (m\*), monopryenam. Tuba unica simplex (n).

1603. HIPPOPHAE foliis linearibus, subtus rubiginosis.

*Oleaster Germanicus* CORD. *Hist.* III. c. 24. p. 186.*Rhamni species* CAMERAR. *Epiz.* p. 81. bene.*Rhamnus secunda* CLUS. *Hisp.* p. 66. *Hist.* p. 110.*Hippophae Dioscoridis forte* COLUMN. *Echraf.* I. p. 37.OEDERI *Icon.* 265.

β. Baccis aureis [nobis non nascitur alia].

II. Florifera J. R. H.

α. β. *Hippophae foliis lanceolatis* LINN. p. 1452.

Per totam Helvetiam in glareis fluviiorum Rheni (o), Rhodani, Arolæ, Ticini, Maræ, (p). Prope Bernam abunde in *der Hunzikerau*. Aquilejenses habent in insulis circa *Lavey*, & ad *Gryonam*, etiam ad torrentem, qui ab *Ivorna* descendit.

Frutex humilis, tripedalis & paulo ultra, virgis rectis, cortice rubiginoso; spinis rectis, ferocissimis. Folia linearia, hinc viridantia, inde alba, maculis rubiginosis adpersa. Et flores masculi, & calyces feminini, utriusque rubiginosi, ad alas foliorum, in fasciculis sessiles: Baccæ flavæ, sapore acidissimo & ingratiissimo, Lapponum (q) miserabile condimentum. Pro Omphacio LUGDUNENSES. Rhamnum dysentericam Levinus LEMNIUS (r) vocat, qui in Zealandia invenit. Aspalathum Cornelius PETRI (s). Non videtur Hippophae, cum radix succo lacteo (t) careat, & nostra planta adstringat (u). Citreo colore tingere lego, post detractum corticem (x).

## III. MEIOSTEMONES.

ZANICHELLIA MICHELI p. 70. t. 34.

LINN. n.

GRAMINIFOLIA DILLEN. *nov. gen.* p. 168.APONOGETON PONTEDEI. *antholog.* p. 117.

## ALGOIDES

VAILLANT. *Mém. de l'Acad. des Scienc.* ann. 1719. p. 12. t. 1. f. 1. (a).

Flores masculi a femininis distincti, in eadem tamen planta, & sibi vicinissimi. Feminini conspicui; capsulæ sunt spatulatæ, scabræ (b), clypeorum fimiles, lenticulares,

(k) *Inoculat.* p. 25.

(l) Hippophaes in sabulosis & maritimis, frutice furculoso, undique densa, foliis Oleæ longioribus, mollioribus, inter quæ spinæ candicantes emicant, siccæ, angulose, distantes: flores Hederae, Corymbi similes racematim coherent, minutissimi, molles, candidi, ex parte rufescentes. Radix crassa, mollis, amara, lacteo succo turget, qui Oboli condere bilem dejicit DIOSCORIDES p. 396. *Ἰπποφάει*; THEOPHRAST. L. VI. c. 3. folio carnoso, spinis incurvis. Valde purgat *Ἰπποφάει* ad tres succi obolis sumtis *Ἰπποφάει* mitius RUFUS p. 16. Pituitam purgat Hippophae MARCELLUS p. 212.

(m) TOURNEFORT. A. B. C.

(m\*) f. 9.

(n) e.

(o) *Key klein Hunningen Baier Merkwürd.* p. 713.(p) *Laguni.*

(q) LINN.

(r) *Herb. bibl.* p. 22. *miracul.* L. III. p. 357.(s) *In Dioscorid.* L. I.

(t) ANGUILLARA p. 144.

(u) CORN. PETRI.

(x) *K. Svenska Wetenka Acad. Handl.* 1761. *trin.* 4. adl. 1745. p. 252.

(a) Solum florem feminam describit.

(b) VAILLANT. c. d. d. MICHELI H. M.

lares, ex mucrone suo petiolatam tubam coloratam, planam, latam, lanceolatam (c) efferunt. Numerus capsularum incertus, ad quatuor (d) & ultra (e). Calyx communis campaniformis, bidentatus (f). Intus semen unicum (g). Malloculus flos ex ejusdem folii ala, crassa anthera est, longo in filamento (h).

1604. ZANICHELLIA LINN. p. 1375. *Skonska resa* p. 250.  
*Potamogeton capillaceum, capitulis ad alas trifidis* C. B. Prodr. p. 101.  
*Potamogetonii similis, graminifolia, ramosa, & ad genicula polyanthos* PLUKNET.  
 p. 305. t. 102. f. 7.  
*Horned Pondweed* PETIVER. herb. Britan. t. 6.  
*Graminifolia* DILLEN.  
*Zanichellia palustris major, foliis gramineis acutis, flore cum apice quadricapsulari, embryoni clypeolis integris, & vasculo non barbato, capsulis seminalibus ad costam dentatis* MICHELLI. II. f. 1.

In *Sila* fluv. Tiguri: supra *Curiam*: versus *Sax* in paludosis J. Caspar BAUHINUS.  
 In fonte pagi *Bubendorf*. Etiam *Basileæ* & *Gottingæ* in fontibus reperi.

Caulis ramosissimus, geniculatus, ex geniculis radículas & folia emittit conjugata, graminea, perangusta, linearia, sine lanceolato, Vagina lata orientem ramum excipit. Capsulæ quatuor, ad sex, subsperæ. Tuba subrotunda, curvula, cujus summa pars in latam & cordiformem bracteolam flectitur, quæ margine est integro.

EMPETRUM (a) TOURNEFORT. T. 421.

LINN. 1100.

Calyx tripartitus, segmentis subrotundis. Petalon, seu calyx interior, tribus fit foliolis ovatis, deciduis. Stamina tria, longis filamentis. Bacca enneapyrenos: femina cunei sunt sphaerici, in globum compacti. Tuba unica, stigmatibus novem (b). In plerisque floribus stamina, cum abortivo fructu conjuncta, in aliis cum vero & maturecente fructu; in aliis absque fructu (c); alias fructus absque staminibus.

1605. EMPETRUM procumbens, foliis ovato lanceolatis, obtusis.  
*Erica baccifera* CAMERAR. Epit. p. 77. CLUS. Pannon. p. 28. *procumbens nigra*  
 C. B. SCHEUCHZER. It. IV. p. 334.

*Eupetrum procumbens* LINN. p. 1450.

In altioribus alpibus ubique legi, *Gripfula*, *Gottardo*. In montis *d'Anses* gypsaceis rupibus, in montibus supra *Bagnes*, in mont. *Berthardo*, *Col de Ferry*, *Fouly*. In monte *Intrame*, circa *Engelberg*, &c.

Sola inter plantas fumum cupreum tolerat (d).

Fruticulus humilis, ramosissimus, virgis pedibus. Folia valde conferta, reclinata, crassa & firma, oris introtractis, obtuse ovato lanceolata, nervo divisa. In alis flores sessiles; calyx exterior viridis, internus rufus. Baccae nigrae.

Baccas noxias esse & vertiginem facere THALIVS, innoxias BORKICHIVS. Nostris negliguntur. Veteres (e) ex coctis foliis cataplasma deliccans faciebant. In *Kamtschatka* ad scorbutum adhibentur (f). Baccae coctæ cum lino vel lana, in aluminosa aqua macerata, colorem ex fusco nigrum dant (g). Olim vinum ex *Empetro* *Grönlandi* parabant, nostro ævo *Limonatæ* genus (h\*).

IV. ISO.

- (c) MICHELLI M M. E. C.  
 (d) LINN.  
 (e) Sex ad minimum VAILEANT. in ic. *Quinque*,  
 sex p. 17.  
 (f) MICHELLI F. F.  
 (g) VAILEANT. c. f. *Septem* MICHELLI. G.  
 (h) VAILEANT. b. MICHELLI B.  
 (a) *Emetropus* non floret THEOPHRAST. L. VII. c. 8.  
 GAZA legit *Emetropus*, HESYCHIUS recte *Emetropus*. Nam

ΑΡΥΤΑΙΟΝ semen τοῦ τοῦ ἀρυταίου λανδατ inter aromatica, ad cibi coctionem adjuvandum Cur. diut. II. c. 6.

(b) Emend. III. p. 104.

(c) LINN.

(d) *Tage* jordskötjel I. p. 14.

(e) THEOPHRAST. I. c.

(f) *Natur. Hist.* p. 87.

(g) LINDER. *Färgak* p. 74.

(h) TOURNEFORT. I. K.

(h\*) GUNNER. p. 11.

A a a a 2

## IV. ISOSTEMONES.

## AMARANTHUS LINNÆI n. 1060.

AMARANTHI TOURNEFORT. t. 118. *Spec.*

Genus difficile, & fere ex habitu constitutum. Flores mares a femineis diversi, sed in eadem planta. Plerisque calyx trifolius. Stamina tria. Tubæ tres (*b*). Semen unicum, intra capsulam (*i*) membranaceam, indivisam. Dantur tamen etiam Amaranthi calycibus quinquefoliis, staminibus quinis, tubis totidem. Proportio constans, non item numerus.

## 1606. AMARANTHUS procumbens, foliis ovatis, emarginatis.

*Blitum album minus* CAMERAR. *Epit.* p. 236. J. B. II. p. 967. bon. descript. non vero C. B. cui cum eo nomine fuit inter herbas siccas *Chenopodium Beta folio*.

*Amaranthus sylvestris* & *vulgaris* TOURNEFORT. *autour de Paris* p. 385.

*Small garden Blite* PETIVER. t. 7.

*Amaranthus glomerulis lateralibus trifidis, foliis ovatis, retusis, caule diffuso* LINN. p. 1405.

In rejectaneis hortorum, *Bernæ, Ebroduni, Basileæ, sic Tiguri, Genève.* Inelegantem plantam fativam esse vix putes, ut vera potius sit indigena. In arenosis etiam ad Rhenum, adque lacum Lemantum, prope *Villeneuve.*

Caules succulenti, debiles, prostrati, etiam subrecti. Folia albida, nervis albis, apice emarginato, amant rubore misceri. Ad caulem hinc inde in foliorum alis sessiles glomeres florum, qui juniores a foliis occultantur, adulti in summa planta spicam efficiunt. Segmenta calycis viridia, ovata. Semen nitidum in propria capsula, a femine diversa.

β. Non puto differre *Blitum rubrum minus* CAMERAR. *Epit.* p. 295. J. B. II. p. 967 C. B. & *majus* EJUDEM, ex fide horti sicci.

*Blitum rubrum supinum* LOBEL. *ic.* p. 250.

Erectam speciem LINNÆUS & TOURNEFORTIUS separant; iste etiam ob fructum transversim diffusilem (*k*). In Helveticis nullum discrimen reperio.

## FICUS TOURNEFORTII t. 420.

De la HIRE *Mém. de l'Acad.* ann. 1712. p. 278. seq. (1) LINNÆI n. 1168.

Fructus conicus, ex petiolo latefcens, apice depresso rotundo, carnosus (*m*), intus cavus. In ea cavea proxime verticem squamæ pectinatæ, lanceolatæ, triangulares, ferratæ (*n*). Deinde flores mares petiolati, calyce trifido (*o*), staminibus tribus (*p*), antheris bilocularibus (*q*) & fructu abortivo (*r*). Reliqua cavea Ficus ad usque pediculum plena est floribus femininis (*s*), calyce quadrifido (*t*), & quinquefido (*t\**), & pulpa (*u*) semen ovatum obvolvete (*x*), de quo tuba incurva bicornis exit (*y*). Dantur species, in quibus soli flores mares in sua stirpe habitant (*z*).

## 1607. FICUS foliis palmatis.

*Ficus* DODON. *pempt.* p. 812. BLAKWELL. t. 125.

In agro Vaudensi abunde reperitur, fativa, sed in aere libero, ut sub Ficu tua in umbra possis considerare. Etiam si gelu ramos destruit, novi renascuntur. Sed in valle *Tellina* passim in locis desertis, ad vias de rupibus Ficus prodeunt; tum circa *Valesiæ pagum Saillon.*

Arbor

(i) Ibid. K.

(k) *Opt. method.* p. 27.

(l) Jam anno 1691. eos flores se detexisse *anc. Mém. II.* p. 116.

(m) La HIRE f. 1.

(n) f. 1. X. & f. 7.

(o) f. 8. 9.

(p) Ibid.

(q) Ibid. f. 18.

(r) f. 9. G.

(s) f. 1. A.

(t) f. 5.

(t\*) f. 5.

(u) f. 2. B.

(x) f. 4. 3. c. TOURNEFORT. D. F.

(y) f. 3. B.

(z) *PONTEDERA arbol.* Caprificum vocit.

Arbor humilis, lacefcens, cortice hirsuto, foliis petiolatis, quinquelobatis, obtufis, hirsutis & asperis. Fructus secundum caules sessiles, per maturitatem subviolacei, mihi, dum recentes, fatui, ficci dulces & albo saccharo efflorescentes.

Veterum familiaris cibus fuit, Græcorum potissimum. Nostris temporibus ficcæ Ficus pro pectoralibus habentur, quarum infusum in tussi ficca & raucedine laudetur. Emolliendi scopo tritæ imponuntur. Lac causticum est.

In Græcia Ficus, præter Ficus domesticas, tria sunt genera Ficuum inutilium, autumnales, quæ delabuntur, *bibernæ* & *vernæ*, quæ mares, seu *Caprificus* LINNÆO, veræ tamen androgynæ (a). Cynipes circa mares caprificos obvolitantes, autumnales Ficus, exeunte autumno, compungunt, & ova sua in eas deponunt. Qui inde proveniunt fetus, hibernas Ficus vulnerant, & ipsi ova in his ficibus deponunt, ex quibus cynipes vere evolantes vernas Ficus fodiant. Quando nunc æstivis mensibus eæ vernæ Ficus maturefcunt, inutiles equidem, tunc eas Ficus, culicibus evoluturis graves, in Ficus domesticas transportant (b). Ii culices subeunt Ficus domesticas, & in eas vermes deponunt, ex quibus novi cynipes evolvunt. Eæ nunc Ficus quadruplo plures fructus ferunt, quam eæ, quibus caprificatio deficit. Adparet nullam (c) fecundationem hic ab insectis peragi, sed compunctionem ad maturationem (d) fructus conferre. In Provincia hac tota caprificatio abstinere (e).

L E M N A J U S S I E U *Mém. de l'Acad.* ann. 1740. p. 263.

Ficui utique adfinis character. Calyx clausus, globosus (f), hirsutus, continet flores (f\*) utriusque sexus. Feminini flores sunt femina in loculis calycis, per septa divisæ, 14 & 16. (g), nidulantia, ovata. Stamina brevissima, brevissimis filamentis, ad basin feminum (h) ponuntur.

## 1608. LEMNA.

*Lens palustris altera* MATTHIOL. p. 385. III. 6. CAMERAR. *Epit.* p. 854.

*Lens palustris quadrifolia* J. B. HIST. OXON. III. p. 619. S. XV. t. 4. EHRMAN ad MAPP. ic. p. 166.

*Stratiotes quadrifolia Lujule facie* PETIVER. *Gazophylac.* t. V. p. 17.

*Marsilea foliis quaternis* LINN. p. 1563.

Abunde in omnibus fossis & vicinis gramineis, *aux Grangettes*, ad lacum Lemanium.

In aquis circa *Hiltelingen* STEHELINUS.

Caulis longus, transversus, deorsum radicans, caules sursum emittens. Petioli florigeri & foliosi, primum spirales, deinde erecti, gerunt florigeros pedicillos cernuos duos, unumve, & altius producti folium unicum. Ejus quatuor constanter lobi sunt, ad petiolum divisi, coriacei, sectoris circuli similes.

*Marsilea* LINNÆI, *Salvinia* MICHELI character diversissimus est (i), a Clar. GUETTARD *Mém. de l'Acad.* ann. 1762. p. 543. descriptus. Eam in Germania reperi, in Helvetia nondum.

V I S C U M T O U R N E F O R T. t. 380.

L I N N. n. 1105.

Du HAMEL. *Mém. de l'Acad.* ann. 1740. & *Arbres & Arbustes II.* p. 353. MALPIGHI *anat. plant.* II. f. 103. S. T. T. V. X. X.

Flores mares & feminæ, partim in arboribus (i\*) pure maribus, aut pure femineis, partim & frequentius in eadem (k) arbore, ejusdemque arboris eodem glomere, reperiuntur.

(a) Du HAMEL. I. p. 142.

(b) SHAW *travels*, p. 224. Caprificus pro maribus habet KIRCHER. *magnet.* p. 164. in Apulia.

(c) GODFREY *mem. pres.* T. II.

(d) TOURNEFORT. *voyage au Levant.* II. p. 24. seqq. THEOPHRASTUS *Cons.* L. II. c. 12. SUIDAS III. p. 704. PLIN. L. XV. c. 19.

(e) GODFREY.

(f) JUSSIEU B.

(f\*) M.

(g) C. D. E. F. G.

(h) G. F. H. K.

(i) Racemum profert globulorum, quorum unicus habet intus petiolatas clavas, quas Vir Cl. pro tubis recipit: reliqui pleni sunt granis parvis, rotundis, seu staminibus.

(i\*) Du HAMEL p. 507. LINN. *Viscum* mas fertile, femina sterile PLIN. L. XVI. lin.

(k) Ibid.

Tom. I I.

B b b b

reperiuntur, ut mares feminis obversi sint. Mares majores, quadrifidi (1) etiam quinquefidi & sexfidi (m), tubo brevi, segmentis pulposis, intus lineis (n) latiusculis inscriptis, quæ antherarum loco sunt. Feminæ florum tubus campaniformis, in apice quinquedentatus, etiam numerosioribus dentibus (o), incisus, intra quem bacca rotunda (p), glutinosa, pellucens. Semina ovata (q), etiam triangularia (r), cordata (s). Tuba brevissima, sessilis.

1609. VISCUM foliis lanceolatis, obtusis, caule dichotomo, glomeribus (spicis) axillaribus LINNÆI p. 1451.

α. Mas.

*Le Gui male* du HAMEL t. 22.

In icône Visci polycocci figura interior CAMERAR. *Epit.* p. 556.

β. Femina Mistel CRAMER t. 46.

*Le Gui femelle* du HAMEL t. 23.

*Viscum* EJUSD. *arbores & arbuscules* p. 356\*. BLAKWELL. t. 184. CAMERAR. *Epit.* p. 555. TABERNEMONT p. 965.

*Viscum baccis albis* BLAIR. *botan. essay.* p. 337.

II. *Viscum πολυκοκκον* CAMERAR. *Epit.* p. 556. numerosis baccis, quæ vulgari binæ, ternæve, ad sex usque.

In arboribus omnis generis (t), etiam mortuis (u), miro modo semen glutine obductum, in rimas corticis (x) arborum alienarum radices exigit (y), quæ omni ductu se inter ipsas fibras arboris nutriticis (z) inferunt. Vulgo casu (a) eo deferuntur, potest tamen viscum etiam humano (b) artificio feri, neque unquam tamen in terra provenit, neque, nisi in arboribus (c). Germinationem in Asia TOURNEFORTIUS vidit (d), semenque ramo adhaerens & germinare incipiens, accuratissime vero du HAMEL.

Arbuscula est dichotoma, divaricata, foliis solidis, ficcis, crassulis, ellipticis, conjugatis, subluteis. Florum masculorum fasciculi, ad initia ramorum dorsis sibi obversi, femininis glomeribus paucifloris.

Odor subnauseosus, narcoticus, sapor adstringens; vis in cortice maxima, qui longe plus extracti dat (e); ad 18. drachmas ex libra, ut lignum potius adstringat, & terra abundet (f). Infusum visci querni subnauseosum, subamarum, iners; extractum falsum amarum: tinctura debilis, sapore austero balsamico; tinctura spirituosa paulum balsamica, extractum ingrato balsamico odore, amarum & adstringens (g); destillatum fundit amarorem (h); Betulini visci extractum resinofum subamarum, leniter balsamicum; aquosum simile odore visci (i); acidum spiritum dat pariori copia & aliquid olei essentialis (k).

Ob vim adstringentem in dysenteria exhibetur, ad arthritidem, ad languores, & ad vires per diuturna mala fractas restituendas (l); ad mala hysterica, paralytica (m) vitia nervosa oculorum (n), choream S. Viti (o), fascinum (p). Denique adversus epilepsiam multis cum laudibus commendatur a Roberto BOYLE (q), G. COLE (r), G. COLEBATCH (s), Cl. Wessel LINDEN (t); & semidrachma singulo trihorio data id malum superatum fuisse testis existat (u). Pulverem

- (1) Du HAMEL t. 21. d. d. E. F.  
 (m) d. d.  
 (n) E. f. g.  
 (o) t. 22. B. E.  
 (p) B. G. F. p. 485.  
 (q) H.  
 (r) I.  
 (s) CRAMER. t. 45.  
 (t) Du HAMEL 1740. p. 484. DIOSCORID.  
 (u) p. 487.  
 (v) BRADLEY *philos. oekonom.* p. 39. du HAMEL.  
 (y) Du HAMEL. p. 488.  
 (z) t. 24. f. 1.  
 (a) Non nasci, nisi a turdis devoratum per alvum transferit PLIN. Viscum egustum alvo germinat THEOPHRAST. *caus.* L. II. c. 24.  
 (b) BRADLEY *improven.* p. 22. *mat. medic.* p. 119. *Anonym.* *append. ad Epb. Nat. Cur. Dec. III. ann. 4.* CwoL. HOTTON apud MORTON. p. 379. in Populo.  
 (c) BRADLEY *Husbandry Garden.* II. p. 144. t. 24. E. Du HAMEL p. 486. 487.  
 (d) *Voyage au Levant.* III. p. 310.  
 (e) KOELDERER. EHRHART. *Pflanzbiff.* I. p. 149.  
 (f) EHRHART. *ibid.*  
 (g) CARTHUSER *mat. medic.* II. p. 479. 480. nov. edit. p. 525.  
 (h) *ibid.* p. 482.  
 (i) *Act. Mogunt.* II.  
 (k) LINDEN. p. 200. 201.  
 (l) WEISMAN *Epb. Nat. Cur. Vol. II.*  
 (m) BRADLEY *mat. medic.* p. 115.  
 (n) *Fabrik of the eyes* p. 52.  
 (o) KOELDERER *Diss. de Visco.*  
 (p) HEEB. *observ.*  
 (q) *Utilis. philosoph. experiental. Exerc. V.* p. 251.  
 (r) *Consult. pro Epileps.* p. 33.  
 (s) *Progr. Lib. dictum.*  
 (t) *Opusc.* p. 147. *Add. Oecon. Nachricht.* IV. p. 247. JACOBI apud VOGEL. p. 164.  
 (u) LOESECKE *Arzneymitt.* p. 417. KOELDERER.

rem

rem merito præfert Cl. LINDEN. Non mireris tamen, in tanto malo nonnunquam vim Visci non suffecisse (x). Vaccis pugillus ad lochia pellenda datur (y). Idem Viscum sternutationem movet, etiam vapore (z), dum teritur. Externo usu emollire, & in cataplasmate ad podagram valere CHOMEL (a), etiam vesicas trahere (b). Pus validissime etiam per cartilagineas adtrahere LOBELIUS (c).

Cum in varii generis arboribus proveniat, etiam resinosis (d) & in vite (e), quæsitum est, num nutrix arbor vires Visci mutet? Negarunt alii (f), vulgo tamen quernum Viscum præferunt (g), & aliqua id inter & betulinum (g\*) nuper per experimenta diversitas reperta est. Nobis in malis frequentissimum provenit, & arbori nutrici nocet (b).

Antiquitus gluten ex Visci baccis parabant (i), ad aves capiendas utile. Baccas in oleo coqui OLINA (k) jubet, & sub finem terebinthinam addere. Rustici corticem terunt, filamenta aqua eluunt (l). Aviculæ bene multæ, & Turdi, baccis Visci aluntur.

B U X U S (a) TOURNEFORT. t. 345.

LINN. n. 1053.

Flores mares & feminae in eadem planta, non in diversis. Fasciculi florum marium alii pure masculi, alii unam feminam admistam habet. Maribus glumæ parvæ, ovato lanceolatæ, subjectæ. Flos durus, quadrifidus, segmentis ovatis (b). Flores masculi inter folia congesti; calyx parvus quinquefidus. In medio corpusculum unicum fungosum (c), ex quo stamina quatuor erumpentia, antheris magnis, bilocularibus. Feminae, similes, sed loco staminum fructus prismaticus, trigonus, trilocularis (d). Valva quæque duo habet cornua lateralia, & linguam mediam incumbentem. In juniore fructu cornua sibi proxima sunt, in adulto discedunt. Inter duo cornua est vallecule scalena, cujus medium tuber viride occupat. Inter ea triangula fructus tribus lineis patet. Loculi cordiformes, cartilagineo involucre separabili tecti. In quoque semina duo, compressa, involucre rugoso. Addit RAJUS fructum elastica vi dissilire.

1610. BUXUS LINN. p. 1394.

Buxus CAMERAN. Epit. p. 101. TABERNEMONT. p. 1049. BLAKWELL. t. 184.

Varietates numerosissimæ (e): potissimum

β. Humilior, nunquam florens. neque (f) fructum ferens, tonsionis patientissima, qua hortorum areolas circumscribunt.

Chamaebuxus TABERNEMONT. p. 1050.

Circa Basileam in adscensu montis *Crenzach*. In colle prope *Friedlingen*. In alio colle prope *Höllstein* ad dextra. Circa Genevam, versus *Thuri*: in *Sabaudia* uberrime. *Scaphusii* in sylva *Enge*.

Nobis frutex tripedalis, in oriente arborefcit, unde lignum buxeum advehitur, etiam in Anglia (g), Neustria, Picardia (h), Campania (i), demum haud longe Geneva,

(x) DOUGLAS apud BLAIR. p. 343. LINDEN. p. 136. & du HAMEL. Parumci Dux. LUDOVICI tribuit.

(y) LISLE II. p. 104.

(z) EHREHARD. Epib. Nat. Cur. X. Vol. VIII. obs. 90.

(a) Expertus plantæ usuellæ p. 361. add. Dioscorides L III. c. 87.

(b) LUDOVICI p. 273.

(c) Advers. p. 283.

(d) Cl. DOBERL negat ibi nasci.

(e) BRASSAVOLA Exam. p. 705.

(f) FLOYER. pharmacobasur. p. 199.

(g) LINDEN p. 155.

(g\*) In *AH. Mogunt. II.* aquam Visci querni naucesolam esse; non ita betulini. In resinosis arboribus pinguis provenire lego.

(h) KUDERK propagat. p. 14.

(i) PLIN. L. XVI. fin.

(k) Ucellaria p. 76.

(l) Du HAMEL. arbret II. p. 355.

(a) Buxo materies honorata, tum topiario opere ad metas PLIN. L. XVI. c. 16.

(b) TOURNEFORT. A. C. tribus foliis minoribus, duobus majoribus LINN. du HAMEL.

(c) TOURNEFORT. D. E. Quatuor folia minora, tria majora LINN. tria minora du HAMEL.

(d) I.

(e) MUNTING. p. 35. 36.

(f) Subinde Mém. de l'Acad. de Berlin. XIV. p. 103.

(g) BRADLEY new. improv. p. 82.

(h) Trabes inde fieri des SERRES p. 670.

(i) Du HAMEL.

nevam, sex pedum ambitu (*k*). Folia conjugata, dense congesta, ovata, emarginata, sempervirentia, levia, firmula. Flores subfœtidi, in glomeres congestis in ultimam ramum terminante umbellati.

Folia amara, nauseosa, ut iis facile fidem adhibeam, qui ajunt alvum ducere, ad drachmæ pondus sumta. Capillorum copiam in calvis restituere (*l*), & nimiam supervenisse (*m*) lego, cum caput aqua cum Buxo decocta lavaretur. Sunt qui laudent ad mala venerea, ut ligna illa exotica pariter ponderosa, & ad caput ficandum (*n*). Infusum vinosum ad colicam frigidam (*o*), ad intermittentes (*p*) febres commendatur. Vix credo serio in usum recipi. Mel amarum in Cyra [Corfica] ex Buxi copia fieri (*q*) veteres.

Duritas, cum flexilitate minutissimas formas & recipiente & conservante, ligno pretium fecit, ad icones ligneas exculpandas, ad opera varia. Solum inter ligna Europea fundum aquæ petit.

## MORUS TOURNEFORTII t. 362.

LINN. n. 1055.

Flores mares a feminis alias tota stirpe divisi, alias in eadem planta, diversis locis. Mares flores in spicis sub foliis pendulis, absque communi calyce. Flores breviter petiolati, quadrifolii. Folia convexa, obtusa, quorum quodque filamentum sui staminis amplectitur. Quatuor ea (*r*), crasso filamento, calyce longiori, acuto, antheris bilocularibus. Medio in flore obtusum tuberculum, quasi abortivus fructus. Stamina suum pollinem vi elastica expellunt. Flores feminini dense spicati, sessiles, spicis ovatis. Germen compressum, a quatuor foliolis calycis accurate clausum, quæ perinde obtusa sunt, & concava. Duo foliola nucem amplectenda exteriora, ora distincta alba, & pilis albis villosa; duo interiora totum germen amplectuntur. Tubæ duæ breves, albæ, incurvæ, linea viridi distinctæ. Calyx cum embryo increfcit per ætatem, & succulentus factus, abijt in baccam, quæ cum sui similibus conglomerata ovata fit (*s*).

\* 1611. MORUS foliis scabris, semitrilobis & cordatis.

*Morus alba candida* LOBEL. ic. 11. p. 196.

Varietates varias habet TARGIONI T. IV. p. 232.

*Morus foliis oblique cordatis, levibus* LINN. p. 1358.

Exotica arbor nunc in glareosis sub *Ivorne*, & ad torrentem *grande Eau*, alibique abunde provenit, magisque & magis ad ferici proventum augendum colitur.

Arbor excelsa, Ceraso major. Folia hirsuta, alia semitrilobata, lobis lateralibus semibifidis, alia ab altera parte lobata, alia cordata, ora circumferrata. Spinæ de ramis solitariae. Flores virides, in spicas, ex alis foliorum. Fructus albus, insipidus.

Hæc arbor in universa Europa nostro ævo omnium creberrima colitur, quod ejus folia præcipuum, & pene unicum, alimentum ei speciei Eruce præsent, cujus tela sericum est. Inter multas varietates infita hincillior, spinisque minus ferocibus, præfertur; sed de ejus cultu libri innumeri existant. Ut ex *Urtica*, ita ex *Moro*, telæ fieri possunt, & ex *Chinensis* speciei cortice charta paratur.

## PARIETARIA (†) TOURNEFORT. t. 289.

LINN. n. 1152.

Flores mares & feminei in eodem unius plantæ racemo. Maribus calyx tubo brevi (*u*) profunde quadriidus, staminibus quatuor (*x*), quæ elastica vi distiliunt, & pol-

linem

(*k*) KEISLERI *Reif.* I. p. 234.

(*l*) HEUCHER. *Ojev.* p. 480.

(*m*) *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann. 2. obs. 55.*

(*n*) *All. Hafn.* Vol. IV. p. 57.

(*o*) *Zod. Med. Gall. ann. II. p. 15.*

(*p*) CHOMEL. *Suppl.* p. 96.

(*q*) DIODOR. *bibl. V. c. 14.* PLIN. I. 2.

(*r*) TOURNEFORT D.

(*s*) IDEM G.

(†) *Helxine* [*Perdicium parthenium* PLIN.] in maceris, foliis *Mercurialis*, hirsutis, cauliculis subrubentibus, & circa eos femina aspera, quæ vestibus adherent DIOSCORIDES L. IV. c. 51. PLIN. US missam similitudinem facit inter *Plantaginem* & *Marrubium* L. XXII. c. 17. Calyculatis, quem *Helxinen* nominant CELSIUS *teord.* L. II. c. 7. Inter *Carduos* asiaticos BORET PLIN. L. XXI. c. 16.

(*u*) TOURNEFORT. B.

(*x*) E. C.



linem explodunt, qui quidem motus etiam irritando potest (y) fuscitari. In medio tubulo calycis fructus imitamentum, ovatum, absque tuba. Femininus flos gracilior, & quatuor segmenta conglutinata, in (z) ovato conicum clausumque tubum. Stamina ei nulla, & in calyce capsula (a) feminis ovata, nitida (b). Tuba plumosa (c), multifida. Androgynis floribus & semen dicitur esse & stamina, ego spurios androgynos vidi, feminas, cum quatuor staminibus imperfectis, androgynos veros in ultimis exemplis nullos. Floribus omnibus generis duo (d) vel tria (e) foliola loco calycis subjiciuntur, veræ bractæ, hirsutæ, ovato lanceolatae.

1612. PARIETARIA foliis elliptico lanceolatis, hirsutis.

*Helxine* CAMERAR. *Epit.* p. 849.

*Parietaria Helxine* TABERNEMONT. p. 550. BLAKWELL. t. 156.

*Parietaria foliis lanceolato ovatis alternis* LINN. p. 1496.

In Helvetia passim, potissimum in Gubernio Aquilejensi, & vicina Valesia. Copiosissime in deserto pagulo *Ellé. Bienna* ad vias abunde. *Basilæa* sub muris D. *Margaret*, sic *Figuri*, &c.

Caulis erectus, hirsutus. Folia longe lanceolata, subhirsuta, siccando pellucida redduntur. Ad origines foliorum verticilli florum densissimi, sessiles, ramosi, in brevibus petiolis.

Succo, ut ruderosæ plantæ solent, nitroso plena est & aqua; refrigerans, adeo diuretica, ut succi tres (f) uncie potenter lotium ducant. Aqua falsa est. Etiam calculosis lotium (g) expedire creditur, quod nimium videtur. Legitur calculosi canis historia, qui ischuriam passus devorata *Parietaria* sæpius sibi subvenerit, denique, absumta *Parietaria*, perierit, & in calculo inæquali vestigia potentis medicamenti ostenderit (h). Inter elephantiasicos remedia CÆLIUS (i) *parietariæ* meminit. Carbonem ad dentium albedinem MARCELLUS commendat. Recte FLOYERUS (k) monet, non esse in *Parietaria* vim emollientem, etsi inter ea remedia numeratur. Ad curculationem a frumento arcendum folia laudat CL. HARRIS, acervo imposita (l).

\* 1613. PARIETARIA foliis ovato lanceolatis, subhirsutis.

*Parietaria Ocimi folio* TRAG. BOCCONE *Sicul.* p. 47.

*Parietaria minor, Ocimi folio* MUNTING. p. 227.

*Parietaria foliis ex adverso nascentibus, Urtica racemosa flore* SLOANE p. 144. t. 91. f. 1.

*Parietaria foliis ovatis, caulibus erectiusculis, calycibus trifloris, corollis hermaphroditis, desloratis, elongato cylindricis* LINN. p. 1492.

Gottingæ: sed etiam *Chiavenna*, *Mendrisii*.

Caulis humilior, decumbens, vel erectus ramus. Folia ovato lanceolata, breviora & latiora, subhirsuta. Florum racemi minores, minus multiflori, ad superiora caulis & ramorum positi; in summo caule ramisque pene continuati; masculi purpurei. Character idem, & tres in racemo sexus.

URTICA TOURNEFORT. t. 308.

LINN. n. 1054.

Proxima *Parietariæ*, ut tamen duo sexus in aliquibus speciebus in diversas plantas distributi, in aliis, in eadem planta, distinctis locis reperiantur. Flos masculus

(y) STÄHSELIN. *Spec. anat. botan.* ann. 1721.

(z) TOURNEFORT. A.

(a) D.

(b) F.

(c) F.

(d) Ad A.

(e) H.

(f) FLOYER. *pharmacopœia*. p. 161.

(g) IDEM.

(h) GIZZABELLI apud TENASSUM in *Diario* 1670. p. 63. S. BOCCONE *de cane Corsicano*.

(i) TORDAY. L. IV. c. I.

(k) C. 13.

(l) *Med. Chirurg.* p. 146. & BRADLEY *farm. diœt.* p. 122.

sculus (a) omnino, ut in Parietaria, rotatus, quadrifidus, quatuor (b), etiam quinque (c) staminibus elasticis, & sponte vel per irritationem diffidentibus (d) non sine imitamento fructus. Flos femininus fit duabus glumis (e) calycinis, ovatis, conniventibus, æqualibus: intus semen ovatum (f), acuminatum, nitens. Tuba plumosa.

614. URTICA (g) stirpibus sexu distinctis, foliis ferratis, ovato lanceolatis, productis.

Urtica BLAKWELL. t. 12. mas.

Urtica II. MATTHIOL. p. 862. CÆSALPIN. p. 156. qui sexus diversitatem adgnovit.

Urtica urens altera DODON. p. 151.

β. Urtica rubra TABERNÆMONT. p. 534.

γ. Non urens SLEVOGT. de Urtica p. 9.

δ. Conf. varietates VAILLANTII. Hort. Florent. p. 100.

γ. Androgyna J. R. CAMERAR. Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann. 6. obs. 2. BOERHAAVE

α-γ Urtica foliis oppositis cordatis, racemis geminis LINN. p. 1396.

Ad sepēs & maceries.

Caulis quadratus, erectus, ramosus, bicubitalis & ultra. Folia conjugata, petiolata, cordata, sed mucrone longiore, ora ferrata, aculeis urentibus, ut ipse caulis, adspersa, quorum basis quasi vesica (b) est. Flores mares & feminae in erectos ramosos petiolos, fere conjugatos.

Polychresta planta in nostro Orbe forte vulgatissima. Tota verno tempore (i) inter olera recipitur, salubremque victum cum spinachia præstat, qui etiam alvum (k) mollit, urinamque pellit (l), & pulmonem expedit (m).

Eadem planta tota, & ejus succus, & radix decocta, & imposita (n), ad compescendas hæmorrhagias valet, etiam ad hæmoptysin (o), etiam vulnerum cruentos fluxus (p), & naribus immissa ad earum hæmorrhagias (q). Sanguinis jaçturæ in feminis cedunt succo recentis Urticæ, paulum decocto, per colum cribrato, ad duas uncias ter de die sumto PEYROUX (r). Urinas pellere dicitur decocta, ut etiam quasi cruentum (s) lotium ab ejus usu decesserit; semen vero diabetem hæticum (t) moverit. Idem decoctum inter antiscorbutica censetur (u), ad corruptionem gingivarum inque variolis utile (x). Radix ad icterum laudatur (y). Semen Urticæ ab Antiquis inter venena recensum (z), motus vitales languentes excitat, venerem (a) stimulat, menses pellit, ut etiam a nimia copia febris & interna (b) quasi consumptio succederit. Inter purgantia valida a SERAPIONE habetur, non majori pondere, quam viginti & triginta granorum (c). Pinguinem nimiam sustulit, ad unam unciam sumtum (d). Oleum ex eo semine Ægyptii exprimebant (e). Externo usu Urtica cum aceto cocta, & contusa ad strumas discutiendas, aut aperiendas, si maturæ fuerint, MARCELLUS (f) laudat.

Porro

(a) TOURNEFORT. A.

(b) IDEM A.

(c) IDEM C.

(d) MALPIGHI f. 216. ALSTON. l. c. p. 263.

(e) TOURNEFORT. F. F. K. K.

(f) L.

(g) An Urtica sylvestrior, asperior, latioribus, nigrioribus foliis, semine Lini minore DIOSCORIDES L. IV. c. 89. ? Saepe duobus cubitis altior, acetabulis in flore purpureis. Sylvestris species, canina, acrior, foliis fimbriatis, femina mitior PLIN. L. XXI. n. 55.

(h) HOOKER micrograph. BONANN. micr. ic. 75.

(i) CELSUS L. II. c. 20.

(k) DIOSCORID. BARTHOLIN. medic. Dan. domestica. p. 22.

(l) DIOSCORID.

(m) IDEM.

(n) LA BROSSK natur. plant. p. 511. BORELL. Centur. I. obs. 95.

(o) Succu quatuor uncias AMATUS Cent. VI. Cur. 4.

Unciæ quatuor CHOMEL. Dimidium poculum DEIDIER Conjult. II. p. 106.

(p) MARTIN. Western. Island. p. 229. DIOSCORIDES. Manu retenta MARCELL. c. 10. SARTORIUS in Disp. de admiranda narium hæmorrhagia Altdorf. ann. 1683.

(q) Ibid.

(r) Observations de médecine p. 74.

(s) SPIESS. herb. austriacæ. CHOMEL. Supplem.

p. 170.

(t) TULP. L. II. c. 46.

(u) Comm. Lit. Noric. ann. 1741. h. 25.

(x) Ibid.

(y) BARTHOLIN. Medic. Dan. domestica. p. 22.

(z) RHAZE.

(a) DIOSCORIDES

(b) AMAT. Cent. VII. c. 57.

(c) SERAPIO p. 85

(d) Bresl. Saml. ann. 1718. m. Febr.

(e) PLIN. L. XXII. c. 13.

(f) p. 109.

Porro in Urticis utriusque Orbis aculei (g) sunt, pleni corrosivo liquore, qui tactu vesicas excitant, cum insigni pruritu, etsi in apice conspicuum foramen non adparet, neque ad oculum quidquam effluere videtur (h). Eas vesicas liquori tribuas, cum sicca (i) Urticæ non urant. His urticationibus languentem venerem veteres excitabant (k). In soporibus febrium malignarum a Clar. PISONI utiliter idem remedii genus adhibitum fuit (l); in paralyti a Cl. SCOPOLI (m). Sed etiam aliæ Urticæ sunt utilitates. Egregium pabulum armentis præbent, potillimum vaccis lactantibus, & nuper in Suecia ejus cultus (n) ad alendos boves utilis compertus est. Semen avenis additum, ad manipulum, bis in die, equos reddit luculentos (o). Denique in tanta cum Cannabi adfinitate pares habet ad opus textorium usus, & cortex se (p) in fila duci patitur, inque linteamina texti, tum in Europa, tum in Sibiria (q); denique in Kurilorum insulis (r). Sed etiam fatis bonæ chartæ ex tusa cortice parantur, Cl. SCHÆFFERI experimento. Porro radices coctæ cum alumine filum flavo colore tingunt. Et in succo Urticæ extinctus chalybs mollis & docilior (s) magis esse dicitur.

1615. URTICA sexibus fede disjunctis, foliis ovato lanceolatis, ferratis, julis oblongis.

*Urtica tertia* MATTHIOL. p. 1127.

*Urtica minor acrior* LOBEL. ic. p. 522.

*Urticoides urens* PONTEDER. antholog. p. 219.

*Foliis variis* RUDBEK, & aliæ varietates in Hort. Florent.

*Urtica foliis oppositis ovalibus* LINN. p. 1395.

Perinde frequens, locisque similibus.

Folia huic rotundiora, mucrone breviori, ferræ dentium profundæ, aculei frequentiores: Caulis humilior: flores mares in eadem (t) planta, diverso a femininis loco (u), utriusque in densis racemis fere sessiles.

Virtus eadem; extractum tamen gratius, subdulce, odore subviolaceo (x). Cum melle intrita (y) in principio phthiæcos utiliter fumitur; ulcera pulmonum maturat, etiam quando pus rejicitur; uberius sumta aqua cum Urtica decocta arthritidis (z) levata est: urinam denique (a) pellit, & solvit obstructa (b).

CANNABIS TOURNEFORT. du HAMEL de la Corderie.

LINNÆI N. 1115.

Affinis Urticæ, filis, asperitate, sexu, flore.

Exotica utique & spontanea America (c) septentrionalis, & ultimi Orientis (d) hospita, nobis colitur, non fatis magna copia, ut quidem expediret. Circa hortos tamen passim oberrat, & in ruderosis.

Aliæ plantæ mares, aliæ feminæ, ut tamen in maribus aliqui flores feminæ intercurant, in feminis aliqui masculi flores. Inde fieri potuit, ut Cannabis minime a masculo (e) polline imprægnata, tamen fructum tulerit; nam vacua grana fert, quæ absque mare colitur (f). Caterum maribus calyx quinquepartitus (f\*), foliolis cavis. Stamina quinque, crassis antheris, filamentis brevibus. Feminæ gluma unica

(g) HOOKE.  
 (h) BONANN. micrograph. p. 57. 76.  
 (i) Mém. de l'Acad. ann. 1751. p. 350. Cum aqua forti comparat VALISNERI Oper. T. III. p. 204.  
 (k) In PETRONII Satyrico.  
 (l) Spicileg. curat. Obs. I.  
 (m) p. 428.  
 (n) K. Svenska Wetensk. Handl. 1747. p. 79. & Cl. STRANGE in proprio libello om nâslori. planterande.  
 (o) Oecon. Patr. n. 35.  
 (p) Des SERRES p. 594. In Silesia & Hamburgi ROME phytobotol. p. 441.  
 (q) Journal d'Agriculture ann. 1766. mens. Jun. Leipz. Saml. II. p. 749. K. Svenska Wetenska Handl. ann. 1747. p. 59. Vela muscaria apud Ostiakos Relat. des voyages au Nord. VIII. p. 400. 401.

(r) Natur. Histor. of Kamtschatka p. 40.  
 (s) WRESC. Hecatoth. I. obs. 24.  
 (t) J. R. CAMERAR. l. c.  
 (u) SLEVOGT de Urtica.  
 (x) IDEM de Urtica.  
 (y) LANGE remed. Brunsvic. p. 237.  
 (z) p. 239. 240.  
 (a) p. 243.  
 (b) p. 238.  
 (c) Apud Hincenses HENNEPIN. p. 278.  
 (d) Apud Scythas HERODOTUS L. IV. p. 245. In Jedzo Voyag. au Nord. T. IV. p. 13.  
 (e) Ess. of a Societ. at Edinb. p. 228.  
 (f) GROFROI. Ergo homo verus.  
 (f\*) TOURNEFORT A. du HAMEL t. 1. R. L.

unica (g), altero latere hifcens, ut in graminibus, & semen continens (h).  
Tubæ duæ (i). Nux bivalvis, monosperma (k).

1616. CANNABIS (l) LINNÆI p. 1457.

α. Femina.

*Cannabis* LOBEL. p. 525. femina MILLER. t. 77. BLAKWELL. t. 322. a. du HAMEL. T. II.

β. Mas.

*Cannabis erratica paludosa sylvestris* LOBEL. ic.

*Cannabis mas* MILLER ibid. BLAKWELL. t. 322. b. du HAMEL. t. I.

Caulis humana etiam altitudine, ramofus, ut folia hirtus. Folia digitata, gracilia, ferrata, digitorum fere feptem, quorum extremi minimi. In feminis flore in foliorum alis folitarii. In masculis, in fpicas raras, de fummo caule ramifque, adfcendentes, penduli.

In Pedemontio altiffima, ad 18 pedes (m). Apud Ilinenfes præalta (n). Etiam in Sabinis arborefcibat (o), & in Italia primum in fylvis nata fylveftior erat & afperior (p).

Tota planta vehementer odorata, cum oleofo glutine, ut odor adhærefcat. Quare plurimum dat olei & falis volatilis (q). Semine aliquis vitam fuffentaffe dicitur, idque aviculis (r) bene multis gratiffimum alimentum eft, ex quo ad venerem calefcant, & multa ova ferunt, potiffimum gallinæ (s), ut etiam exhausto ovario sterilefcant (t); fed ad venerem idem valet (u), & ad icterum (x). Calidum eft alimenti genus, ut ex puro femine Cannabis alaudæ nigrefcant (y). Oleum ad colicam laudatur (z). Folia in pulverem trita cum melle Perſæ in paftillos fingunt, ovi columbini magnitudine, duofque, aut tres, ad venerem excitandam deglutiunt (a). Sed præcipuus ufus in Oriente eft, ad foporem cum gratis deliriis ciendum, ut Cannabis omnino Opii efficaciam imitetur; semen (b) etiam potentius. Olim AVICENNA (c) Bengi inter ftupefacientia numerabat, & Simeon SETHUS (c\*) farinam in eo femine eſſe, quæ pota ftuporem faciat & temulentiam, indeque Arabes aliquid inebrians exprimere addit. Summas partes ergo plantæ, cum melle, ad femuncem fumunt, ut lætitiã excitent (d). Inde vertigo (e).

Quare in *Palaftina* (f) eo fine Cannabis vulgaris colitur. Neque enim alia eſt Beng (g) AVICENNÆ, *Banguè* G. ab ORTA (h) & RUMPFII & CHARDIN; cujus effectus læta eſt ebrietas (i), & grata extaſis (k), ut ab eo præbio homines cantent, male coherentia effutiant, gefticulentur & denique obdormifcant (l). Ejus enim cortex, semen & folia, teruntur, infunduntur abſque papavere, & longo denique uſu, ut opium, etiam Cannabis, occidit, (m); semen etiam potiffimum (n). Denique foliorum, ad morem tabaci hauſtus; fumus familia facit (o).

*Maslach* dicitur compositum medicamentum, quod Cannabin recipit, quod idem alii *Aſſeral* (p) vocant (q), aut demum *Aſſis* (r). Eo & ipſo læta deliria Turcæ invocant, fomnumque.

Immen-

(g) G. A.

(h) E.

(i) E.

(k) PARSONS. t. 7. f. 3. 4. GERW. t. 78.

(l) Cannabis foliis Fraxini, gravi odore, caulibus proceris, inanibus, femine rotundo: Sylvestris Altheæ ſmilis virgas profert, nigriores, afperiores, cubitales, flore Lychmidis &c. DIOSCORIDES L. III. c. 148. Eſt ergo fativa.

(m) *Mém. de l'Acad.* ann. 1749. p. 469.

(n) HENNEPIN.

(o) PLIN. L. XIX. c. 9.

(p) *IBEM* L. XX. c. 97.

(q) DU HAMEL. *Hift. Acad.* p. 155.

(r) SLOANE *travels* I. Pref. p. XXII.

(s) DES SERRES. p. 350.

(t) THEOPHRAST. edit. BODÆI p. 949.

(u) BODÆUS ibid. p. 1170.

(x) LEWIS.

(y) *Hift. des animaux* T. III. p. 19.

(z) WELZCH. *miſchomir.* p. 58.

(a) OLEARIUS p. 196.

(b) HARDIN. IV. p. 208.

(c) *Oper.* p. 84.

(c\*) *De aliment.*

(d) LISTER. *aq. med.* II. p. 122.

(e) BIECH. *Hift. of the Reg. Societ.* III. p. 27.

(f) HASSELQUIST. p. 512.

(g) L. c.

(h) CHARDIN, RUMPFY, HOOKE p. 211. a COSTA.

(i) CHARDIN. IV. p. 208. RUMPFY L. VIII. c. 34.

FEYER. *trav.* p. 104. FLACOURT. p. 145.

(k) GARCAS ab ORTA II. c. 25.

(l) HOOKER *Exper.* p. 210.

(m) CHARDIN. IV. p. 207. 208.

(n) *IBEM* III. Potum dare inebriantem CHARDIN.

*ſubtilit.* L. VII.

(o) *Herb. amboin.* L. VIII. c. 34.

(p) RUMPFY. *Ipfam eſſe Cannabin* WEDER *Spici.* II. S. 4.

(q) HEUCHER. *prov. nov.* p. 973.

(r) P. ALPIN. I. p. 134.

Inmensus usus præterea Cannabis est, in validis telis, in velis navium, ad funes torquendos. Id vitii habet, potissimum in Italia, & Germania, quod aquas, in quibus maceratur, pessima putredine inficiat, & late sparso pædore rivos corrumpat (s), & denique intermittentes pernicaces febres circa *Urbem veterem* excitaverit (t).

Quæ omnino nullius ad fila torquenda usus sunt, ut stipites rejectitii, ea ad pulverem sclopetarium utilem carbonem suppeditant (u).

A T R I P L E X (a) TOURNEFORT. t. 286.

LINN. n. 1153.

In eadem planta invenio alias flores mares & feminas, alias androgynos (b) & feminas. Feminae semper majores, calyce fiunt magno, bivalvi (c), cujus valvulae sibi congruunt, & semen compressum (d) includunt. Tuba profundissime bifida. Androgynis calyx brevis, quinquefidus, foliolis alatis, recurvis, semen rotundum, compressum includentibus. Mares caetera similes, femine destituuntur. Intercurrunt flores quadrifidi, quatuor staminibus. Flores caeterum, ut in Chenopodio, sessiles, in arctos glomerulos congesti, totaque planta Chenopodio simillima, præter florem femininum.

1616. ATRIPLEX foliis imis hamatis, reliquis lingulatis, vasculis feminalibus dentatis.

*Atriplex sylvestris* I. MATTHIOL. p. 460. *angusto oblongo folio* C. B. MORISON. II. p. 607. S. V. t. 32. n. 15.

*Atriplex vulgaris, angustifolia, cum folliculis* J. B. II. p. 973.

*Spear Orrach* PETIVER. t. 7.

β. Humifusa VAILLANT.

α. β. *Atriplex caule herbaceo, patulo, foliis subdeltoidibus, lanceolatis, calycibus femininum disco* (dorso forte) *dentatis* LINN. p. 1494.

In hortis, sepibus & ruderosis.

Caulis sulcati, fere procumbentes, etiam erecti. Folia succulenta, glauca, ima sagittata, ut alter saepe hamus desit, hamo semper brevi: superiora constanter simplicia, longa, linearia, lanceolata. Spicae graciles, erectae, ex floribus maribus & femineis mixtae, femineis valvulae in convexo dorso asperae, & tuberculosae, tuberculis fere decem. Mares frequentius quadrifidi.

1617. ATRIPLEX foliis triangularibus, basi producta, valvulis triangularibus, subasperis.

*Atriplex sylvestris, annua, folio triangulari, sinuato & mucronato, basi cuspidi simili,* MORISON II. p. 607. *Scit. V. t. 32. f. 14.*

*Delt orrach.*

& *Delt sea orrach* PETIVER. t. 7.

*Atriplex caule herbaceo, valvulis femininum magnis, deltoidibus, sinuatis* LINN. p. 1494.

Circa *Mühlbuisiam*. In Germania septentrionali ad fossas frequentior.

Caulis erectus, brachiatus, angulosus. Folia Chenopodii, in universum triangularia, sed basi utrinque in appendicemeducta, lateribus convergentibus, rariter dentatis. Racemi erecti, ob flores femininos triangulares, paulum echinati. Valvulae triangulares, undique etiam exasperatae.

Valde, & nimium, prioris similis.

Sativam Atriplicem omitto, quæ edulis (e) est & mitis, & cujus semen vomitum movet (f), ad drachmam & ad duas drachmas sumtum. Nostræ olus perinde primo vere

(s) LANCIS. *non palma effus.* L. I. P. I. c. 2. Ep. II. obs. 2.

(t) LANCIS. *Epid. II.*

(u) Des LANDES I. p. 229.

(a) *Ατρίπληξ* oleris genus DIOSCORIDES L. II. c. 112. SUIDAS. p. 374.

(b) Ita LINNAEUS.

(c) TOURNEFORT. K. L.

(d) TOURNEFORT. M. PARSONS. *Semina foliacea Atriplicis* PLIN. L. XIX. c. 7.

(e) *Dianthabant* PYTHAGORAS & alii veterum PLIN. L. XX. n. 83.

(f) RHAZE. *simpl. antidot.* p. 396. PREVÔT. *med. simp.* p. 511.

vere edule, molle, aqueum, demulcens, alvum mollitarum, clysteribus etiam emollientibus aptum.

LUPULUS TOURNEFORT. t. 309.

HUMULUS LINN. n. 1116.

Antiquum nomen præfero.

Sexus tota planta distincti. Mares in pedicillis ramosis, calyce quinquefolio (*g*), staminibus quinque (*b*), antheris grandibus. In feminis petioli conjugati gerunt compressos (*i*) strobilos, factos bracteis peramplis, imbricatis, quarum qualibet duo femina, ex oblongo rotunda, suo in sinu continet. Eorum quodque cavo foliolo extus obvolvitur (*k*). Tubæ duæ longissimæ. Marem male destrui, & meliorem Lupulum obineri, quando uterque sexus mistus colitur Cl. DAHLMAN.

1618. LUPULUS.

α. Mas.

*Lupulus femina* CAMERAR. *Epit.* p. 933. DODON. *purgant.* p. 257. GLEICHEN. *Humulus* LINN. p. 1457.

Ubique ad fepes, vere spontanea planta, cum nusquam in Helvetia lupuleta alantur. Frutex volubilis, asper, etiam foliis. Ea acute ferrata, trilobata, conjugata, superiora cordata.

Nobis edulis est, primi veris non ingratum olus (*l*), acris equidem. Strobili amari; aromatici. Sanguinem depurare olim (*m*), dolores calidos sedare, bilem educere, icterum sanare (*n*). In lue venerea inque scabie, Sarsæ Parillæ loco exhiberi posse (*o*), recte Cl. FLOYER. Denique decoctum intra triduum durissimum calculum solvit, & est inter potentiora lithonriptica (*p*).

Præcipua tamen utilitas est, amaro aromate cerevisiam condire, ut minus facile acefcat, & præterea vires induat lithonripticas. In Italia (*q*) primum experimentum factum est, nunc lupuleta ingentia in Anglia, & in Cantio potissimum, in Bohemia, inque Suecia (*r*) coluntur. Fortiores cerevias omni vino ad vires restituendas PRÆCEPTOR noster præferebat, & TRONCHINUS nostro ævo commendat.

CELTIS TOURNEFORT. t. 383.

LINN. n. 1143.

Florentem non vidi, ut alienis oporteat uti divitiis. Flores in eadem arbore mares & androgyni. Maribus calyx sexpartitus (*a*). Stamina quinque, brevibus filamentis. Androgynis perianthium quinquepartitum, staminibus iisdem, tubis duabus hirsutis (*b*), fructu globofo (*c*), uniloculari, in quo nux subrotunda (*d*).

1619. CELTIS foliis scabris, ferratis, longissime lanceolatis.

*Lotus arbor* LOBEL. II. p. 186.

*Lotus, seu Celtis* CAMERAR. *Epit.*

*Celtis folio ovato lanceolato* LINN. p. 1478.

Circa Chiavennam olim TURNERO (*e*) teste proveniebat, & nunc provenit: etiam in valle Augusta proxime sub Gotthardo monte.

Arbor mediocris, ligno flexili (*f*). Folia hirsuta, & aspera, ex ovatis lanceolata, sed mucrone longo, ora circumferrata. Germina spicata, pleraque abortant. Fructus solitarii in longis petiolis.

In

(*g*) TOURNEFORT. H. GLEICHEN *Reich der Pflanz.* t. 4.

(*b*) GLEICHEN *ibid.*

(*i*) TOURNEFORT. F. LINNÆUS quatuor ejusmodi squamas enumerat p. 10.

(*k*) K. I.

(*l*) Lupus Salictarius inter edulia sponte nascentia PLIN. L. XXI. n. 15.

(*m*) SALADIN. p. 259.

(*n*) MESURE C. 14.

(*o*) D. 149.

(*p*) LOBEL. *Exp.* 147.

(*q*) ISIDORUS.

(*r*) DAHLMAN. p. 34.

(*a*) TOURNEF. a. b.

(*b*) c.

(*c*) f.

(*d*) g.

(*e*) L. I. ad vetustum castrum.

(*f*) Du HAMEL *explois.* I. p. 310.

In Languedocia furcis ligneis infervit, in quas arbor proprio artificio fingitur (*g*).  
Bacca avium cibus est.

T A M U S LINN. n. 119.

T A M N U S TOURNEFORT. t. 28.

Flores masculi a femininis tota planta distincti. Calyx utrinque sexfidus (*a*), exteriora tria folia lanceolata, interna obtusa. Stamina in masculino sex antheris subrotundis. Feminae fructus in baccam rotundam trilobularem & dispermam (*b*) abit, cum tubis tribus, coronatam calyce (*c*). Addit LINNÆUS, punctum oblongum, in facie exteriori cujusque folii calycini. Possit Rusco subjungi.

1520. TAMUS foliis cordatis indivisis LINN. n. 1458.

*Vitis nigra* (*d*) MATTHIOLI p. 1285. CAMERAR. *Epit.* p. 988.

*Vitis vel Bryonia sylvestris* LOBEL. *ic.* p. 625.

*Bryonia nigra* BLAKWELL. t. 457.

β. Femina sola.

*Bryonia sylvestris baccifera* C. B. *Prodr.* p. 135.

*Bryonia levis seu nigra baccifera* J. B. II. p. 149.

In Helvetia pene ubique ad sepēs & in dumetis. Circa *Mathod*, Basileæ, &c. Bernæ ad sepēs, & in sylvula supra villam *die Halle*.

Radix crassa, teres. Caulis volubilis, sepedalis. Folia petiolata, glabra, nitida, cordis forma, longo mucrone. Flores virides, mares solitarii, & in spicas: semina in petiolis ramolis, de alis prodeuntibus. Bacca rubens, aquosa.

Uva taminia veterum inter acria numerabatur, quæ etiam vulnera aperiret (*e*); & sylvestris vitis inter purgantia, & ad hydropem (*f*) utilia. Adversus pediculos taminiam uvam CELSUS (*g*) adhibet.

Tamnus contra inter edulia sponte nascentia numerabatur (*h*); uti quidem Turcæ etiam nostro ævo turiones cum aceto & oleo edunt (*i*). Radices sub cinere coctas præstans ad venerem ciendam remedium esse MATTHIOLUS (*k*) reliquit, a pharmacopola edoctus. Id verum esse negat LOBELIUS (*l*) & acrem esse monet. Nobis quidem nullo in usu est.

#### V. FLORE COMPOSITO.

X A N T H I U M (*m*) TOURNEFORT. t. 252.

LINN. n. 1056. PONTEDEDER. *antholog.* p. 205.

Flore suo ad plantas corymbiferas, & ad Syngenesiam accedit, fructu nimis dissentit.

In eadem ergo planta flos mas (*n*) habet plurimas sibi circumpositas squamas, quales etiam inter flosculos ponuntur, tot quot flosculi, ut in Bupthalmis, &c. Plurimi adeo, quasi in communem calycem, flosculi congregantur, tubulosi, quadrididi & quinquedidi, conniventes, non repandi, totidem staminibus, ex uno pedunculo, de quo maturi eminent. Fructus distincti, in uno calyce binati; calyce bipartito, foliis tripartitis, & nuce biloculari (*o*), echinata, bicorni, cornubus ad se invicem flexis, in qua duo semina (*p*) ovata, acuminata. Tubæ quatuor.

1631.

(*g*) ASTRUC *Mémoire pour servir à l'histoire naturelle du Languedoc* QUER. IV. p. 107.

(*a*) TOURNEFORT. A.

(*b*) G.

(*c*) B. C.

(*d*) *Vitis nigra* folia fert *Hederæ*, simlaccis proxima, majora, caules etiam cognatos. Capreolis suis arborea comprehendit. Fructus racematim coherent, qui post maturitatem nigrescunt. Radix foris nigra, intus buxæ DIOSCORID. L. IV. c. 187.

(*e*) CELSUS L. V. c. 4. L. VI. c. 10. Etiam inter rodentia V. c. 6.

(*f*) RUFUS p. 17.

(*g*) L. VI. c. 6.

(*b*) PLINIUS L. XXI. c. 15.

(*i*) BELLON. *Singular.* p. 465.

(*k*) p. 1287.

(*l*) *Alexf.* p. 257.

(*m*) *Xanthium* caule cubitali, anguloso, pingui, crebris alis: foliis triplicis, incis, odore Nasturtii, fructu grandi, olivæ modo rotundo, ut Platani pilule, spinoso, qui vestibus adhærescit DIOSCORID. L. IV. c. 133.

(*n*) TOURNEFORT. A.

(*o*) TOURNEFORT. I. K. M. N.

(*p*) O.

D d d d 2

## 1621. XANTHIUM foliis femitrilobatis, aculeis uncinatis.

*Xanthium* FUCHS p. 979. CAMERAR. *Epit.* p. 926. BLAKWELL. t. 444.*Xanthium* seu *Lappa minor* MATTHIOL. p. 1204. J. B.*Xanthium strumarium* HILL. T. V. t. 3.*Xanthium caule inermi, foliis cordatis, hinc ovatis* LINN. p. 1406.In Helvetia passim imprimis in agro Vaudensi, in pago *Roche*, prope *Noville*, *Aquila*, *Paterniacum*, *Aventicum*: etiam in pago *Goumoens*, cum Lappis. Basileæ *vorm Spalenthor*, *St. Johannis Thor*, *Eschener Thor* CHERLER Genevæ &c.

Caulis erectus, ramosus. Folia hirsuta, longe petiolata, obiter trilobata, circumferata; dentibus alterne majoribus, circa petiolum emarginata. In alis foliorum fasciculi florum mares pauci, unufve, feminae numerosi. Fructus aculei, uncinati.

Nobis in medicina ignota est; folia amara sunt &amp; adstringunt, adque depurandum sanguinem succi uncias sex in Gallia præscribunt; tum ad scrophulas (g).

DIOSCORIDES fructum reconditum tepida aqua maderi, eaque nitro ante perfrictum caput illini jubet; ita flavos reddi capillos, &amp; flavo lanas tingi, potissimum fructu.

## VI. JULIFERÆ.

## AMENTACEÆ LINN. n. 50. GMELINI I. p. 150.

Huic naturali classi flores mares &amp; feminae nunquam conjuncti, sed aut in eadem stirpe loco distincti, aut totis stirpibus separati nascuntur. Feminei variabiles: maribus commune est, provenire in spicis aliquando subrotundis, longis plerumque &amp; cylindricis, sæpe pendulis, imbricatis, in quibus ex alis foliolorum vario numero stamina prodeunt.

## FAGUS (a) TOURNEFORT. t. 351.

FAGI LINN. *Spec. n.* 1072.

Spicæ mares Fago subrotundæ, pendulæ, laxæ, paucifloræ. Calyces plumosi, campaniformes, quadrifidi, quinquefidi (b), sexfidi, ab altera parte minus longi. Intra eos stamina ex longis filamentis octo (c). Flores feminae duo, dorsis obversis, plurimis filamentis rubris in carnosum involucrem conjunctis obducti, conici, coronati foliis teneris, plumosis, ad sex (d); cæterum nuces nunc angulose, exterius rectæ &amp; planæ, qua se respiciunt, &amp; tubas emittunt fere tres, ex quoque fructu, longas, subplumosas. Maturus (e) fructus echinatus, quadrivalvis (f), duplici septo divisus, continet nuces duras (g), tres (h), quatuor, ex rotundis triquetras.

*f. Sylvatica L.*

## 1622. FAGUS foliis ovato lanceolatis, oris undulatis.

*Fagus* ALDROVAND. I. *tr.* 2. c. 2. du *CHESNE querc.* p. 64. CAMERAR. *Epit.*

p. 112. TABERNEMONTAN. p. 974. Du HAMEL. CRAMER.

t. 3. p. 12.

*Hêtre Spectacle de la Nature* II. p. 466.β. Varietas per totum annum rubris foliis conspicua *Buchenfis* WAGNER. *Helvet. curios.* p. 266. SCHEUCHZER. *Naturgeschichte*. I. P. 2. PLOT. *natural hist of Staffordshire* p. 207. 208.γ. Foliis candidis SCHEUCHZER. *It. Alp.* VI. p. 322. supra *les Fondemens*.α. γ. *Fagus foliis ovatis, obsolete serratis* LINN. p. 1416.

In Helvetia planiori, acclivis amat modica. Frigora metuit, neque alpium juga attingit, neque montium, neque provincias Sueciæ (i) septentrionales, neque Sibiriam (k).

Arbor

(g) TOURNEFORT.

(a) Fagi glans triangula cute includitur. Folium tenue, leve, Populo simile, sæpe gignit baccam aculeatam PLIN. L. XVI. c. 6. Fagus &amp; Ilex Quercus generi assignantur DIOSCORIDES. I. c. 121.

(b) TOURNEFORT. A. C.

(c) Conf. TOURNEFORT. A.

(d) Ad. E.

(e) TOURNEFORT. E. Stylus tripartitus LINN.

(f) TOURNEFORT. H. I. K.

(g) TOURNEFORT.

(h) GERICHEM. LINN.

(i) BODING. *Disp.* p. 12.(k) GMELIN. *Flor.*



Arbor procera, recta, albo cortice, foliis (l) petiolatis, nitidis, ex ovatis acuminatis, oris undulatis, non vere ferratis. Spicæ florales longe petiolatæ, petiolis hirsutis (m). Stipulæ fulvæ, nitentes, lanceolatæ, conspicuæ.

Semen oleo plenum, ad lampades (n) optimum, etiam edule (o), innoxium, quando vetustum (p); sed etiam cibo cefferunt femina (q), ut tamen passim reprobentur, iisque malæ febres (r) imputentur, etiam pleuritides (s), & demum hydrophobia (t). A gliribus amantur (u), etiam ab avibus cortalibus (x); demum suis pabulum præbent, ut tamen lardum ab oleoso femine mollescat.

Cortex interior Fagi intus in ligno latens ad febres adhibetur (y), Querni fere similis. Lignum ad alendum focum omnibus aliis præfertur, & ejus flamma habetur pro saluberrima (z). Ad materiem raro adhibetur, quod vermibus sit obnoxium, potest tamen corrigi, si vel in stagno per mensem unum alterumve maceretur, vel igne torreatur (a). Ad axes tamen, temones, aliasque curruum particulas adhibetur. In foliis frequentes gallæ rubræ, convexæ, subacidæ efflorescunt. Adnotatum est, fulmina Fago parcere (b).

CASTANEA (c) TOURNEFORT. t. 352.

FAGI Spec. LINN.

Adeo a Fagis aliena, ut altera in alteram insita non comprehendat.

Juli mares perælongi (d), ad eos glomeres disiti, sessiles, fere decemfiori. Calyx primus glutinosus, subhirsutus; alter foliis sit teneris, lanceolatis, quaternis (e), quinis (f), senis & ultra. Stamina quinque, sex (g), septem (h), octo, decem (i), & plura (k), ad octodecim, brevibus filamentis. Juli feminae in bacillis brevioribus ad marium basin ponuntur. Fructus conjuncti, fere tres, etiam duo. Eorum calyx univerticillatus sit plurimis foliis, primis ovatis, interioribus lanceolatis, repandis. Calyx peculiaris ex brevi tubulo habet quatuor (l) & sex segmenta ovato lanceolata, intus hirsuta, ciliata, frequentius sex. Nuces sunt, testa echinata (m) tectæ, coriaceæ, biloculares, triloculares, quadriloculares, tot tubis, quot sunt loculi, quatuor, ad sex usque & septem, sex frequentius, in basi plumosæ, totidem etiam nucleis, hinc convexis, inde planis. Memorabile est marium florum ad paucas feminas enormem rationem esse. Aglandularum defectu Castaneam GUETTARDUS separat (n), demum Franc. du HAMEL.

1623. CASTANEA foliis ovato lanceolatis, ferratis, dentibus aduncis.

Chataigner Spectacle de la Nature II. p. 464.

Castanea CAMERAR. Epit. p. 118. PASSERI t. 113. ALDROVAND. I. 2. c. 6. BLAKWELL. t. 330.

Icones veterum fere ad sativam factæ sunt, quæ a sylvestri non differt MILLER t. 84.

β. Insititia fructu majori, & aliæ varietates coluntur.

γ. Humilis montis PILATI du CHOUL de Querc. p. 65. LUGD. p. 33.

α. γ. Fagus foliis lanceolatis, acuminata serratis, subtus nudis LINN. p. 1416.

In

(l) Sceletos pingitur apud SERAP. I. t. 5. f. 1.

(m) TOURNEFORT. ic.

(n) Journal d'Agriculture T. V. p. 172. POET. mag. L. IV.

(o) Apud Gallos BRADLEY improv. p. 39. LAWRENCE p. 228. in acetariis.

(p) Du HAMEL II. p. 214.

(q) Ex his panis BARTHOLIN. medic. Dan. doct. p. 304.

(r) Act. Hafn. Vol. II. obs. 57.

(s) SCHMIEDEL de hydrophob. ex seminibus Fagi.

(t) SCHMIEDEL.

(u) MATTHIOL. p. 206.

(x) BRADLEY ibid.

(y) LANGE vened. domestic. p. 250.

(z) Inde Hafniæ nullas mali moris febres dari PLOT. natur. hist. of Oxfordshire p. 177.

Tom. II.

(a) Mus. med. II. p. 136.

(b) CRAMER p. 13.

(c) Καστανά αβσque διαφορ λεπτοκαρπια, aut Castanea, alii credunt poetis δις βλαστανος dictas esse POLLUX p. 119.

(d) A. A.

(e) Du HAMEL. BERGEN. p. 306.

(f) TOURNEFORT. B.

(g) B.

(h) BERGEN Flor. p. 306.

(i) Du HAMEL p. 113.

(k) MALPIGHI TREW ad BLAKWELL.

(l) Du HAMEL.

(m) TOURNEFORT. A.

(n) Planter d'Estamp. I. p. 215.

E e e e

Fagus castanea L.

In Helvetiæ submontanis. Integra aliquot leucarum sylva est in agro pagi *Bex* versus *Chietres*, tum in *Valesia inferiori* circa *Chouex*, & alibi; & in agro *Tugienfi* versus *Walkwil*. Trans alpes in *Helvetica* ditioe uberrimæ sunt; etiam locis desertis.

Arbor procera, foliis nitentibus, firmis, longe lanceolatis, ferratis, dentibus hamatis. Juli mares prælongi, odore spermatico, floribus in glomerulos remotos collectis, adque julum sessilibus. Fructus rugosi, farinosi, subdulces, quando ignem experti sunt. Allobrogibus, & Gallis, & Apenninicolis fere unicum cibum præstant, ut placentæ (o) etiam, & denique panes (p) ex castaneis coquantur. Flatus tamen generant, & difficulter a ventriculo subiguntur. Et tamen nonagenarii & seculares senes exstant in Italia, qui folis castaneis cum aqua vixerunt (q).

Multum dant spiritus acidi, ad uncias quatuor (r) ex libra una. In cineribus tartarus est vitriolatus, & parum salis lixivi (s), ut ad lavandum inutiles sint.

Vetula castaneæ tumorem putridum patiuntur, ex quo per fissuram aliquam atramentum defluit, quo (t) literæ duci possunt. Sic ex Julis castanearum in Apennino, cum aqua vitriolata, faciunt colorem nigrum (u). Gummi etiam coloris fusci ex iis stillat (x), quoad ficcum vitrum referat. Lignum ad opera scriniariorum, sed potissimum ad dolia facienda omnibus præstat. Est ex longævissimis arborum (y).

## JUGLANS TOURNEFORT. t. 346.

LINN. n. 1071.

Juli cylindrici, denfi (z), sub imis foliis. Flores masculi fiunt una squama prima (a) exteriori, firma, triangula, tunc calyce hexaphyllo (b), heptaphyllo, tenero, in transversum longo. Stamina fere 12. etiam 15. & 24. educuntur (c), filamentis valentibus, quadratis, quibus duæ antheræ laterales, cornutæ, adhærent. Inter antheras mucro exit. In alio loco plantæ superiori, ad petioli foliosi basin, duo flores feminini, calycis foliolis ovatis, hirsutis, quaternis (d), excepti, calyce quadrifido coronati. Nux hirsuta, duas tubas hirsutas, latas (e), semifoliaceas educit, & per maturitatem primum involucrem (f) carnosum acerbum habet, tunc testam osseam (g), rugosam, acuminatam, bipartibilem; & interius septum (h) membranaceum, imperfecte quadrifidum, & nucleum semiquadrifidum (i), farinosum, oleosum.

## 2624. JUGLANS foliis septenis, ovato lanceolatis, integerrimis.

*Nux juglans* DODON. p. 816. CAMERAR. *Epit.* p. 172. CRAMER. p. 34. t. 22. A. B. BLAKWELL. t. 247.

*Nux juglans foliolis ovalibus glabris, subseptratis, subæqualibus* LINN. p. 1415.

Varietates multæ (k), inter eas præcipua

*Nux juglans fructu serotino* C. B. J. B. *de plantis a Divis nomen habent.* p. 38. quæ nunc maxime passim commendatur & seritur, quia a frigore minus adurit.

Vasta arbor, alta, frondosa, Quercui suppar, magnis & late repentibus radicibus, per compita regnat, adque vias. Frondes odoratæ, gravi neque ingrato odore, qui idem in ligno est, pinnatæ, extrema pinna impare majori, nitentes cæterum ovato lanceolatæ, ora æquabili, folia quina, septena, novena.

Magni pretii arbor. Lignum pulchre venosum, maxime in nodosis radicibus, ponderosum, odoratum, ad scriniaria opera inter Europea ligna fere pulcherrimum.

Cum

(o) RAJ. *topograph. obs.* p. 405.  
(p) Apud Lemovicos vid. QUERCETAN. *diætet.* p. 389 b. In Apennino BARTHOLIN. *Cent. IV. hist.* 26 In Cemanis BRUYERINUS L. II. c. 3.  
(q) PINELLI p. 72.  
(r) IDEM. *ibid.*  
(s) *Mémoire de l'Acad.* ann. 1762. p. 653.  
(t) *ibid.* p. 652.  
(u) In *Garfagnana* VALIENR. II. p. 285. 286.  
(x) BOCCONE *mus di Fistic.* p. 143. TARGIONI *It.* VI. p. 217.  
(y) Mille annorum BRADLEY *philos. aconunt.* p. 177.

(z) TOURNEFORT. A.  
(a) LINN.  
(b) IDEM. Unum folium pinnatum TOURNEFORT. B. recte.  
(c) D.  
(d) Calyx quadrifidos & corolla quadripartita LINN.  
(e) TOURNEF. F. G.  
(f) L. L.  
(g) H.  
(h) L.  
(i) M.  
(k) SWITZER. Juli p. 102. DU HAMEL.

Cum foliis decocta aqua, addito saccharo, BELLOSTII (1) ad ulcera erat medicamentum, in plumaceolis inposita. Cortex nucis, radices, folia, in tinctoria arte ad colorem (m) nigrum aliis preferuntur, & ex recenti molli cortice pulcher color luteo fuscus (n) obtinetur, ut ipsi radici cortex præstet (o). Idem vomitum movet (p), etiam cruentum (q). Putamina contusa, & in linimentum redacta, ad hæmorrhagias valent (r). Noces ipsæ in cibum cedunt, faucibus equidem inimicum, neque salubrem, ob olei rancescentis abundantiam. Ex nucibus rob ad ulcera oris SERAPIO laudat (s). Aqua nucum æstate cum spiritu vini stillans carminativa est: Syrupus etiam aqua vitæ miscetur & ad delicias bibitur (s\*). Oleum expressum lampades alit, equidem fumo suo incommodum, pictoribus utile: idem a nullo frigore congelatur (t), & in cibum recipitur, salubrius rancido & acri olivarum oleo. Idem ad vermes utilissimum (u) habetur. Juli ficcati, ad unum scrupulum, ad strangulationem (x) uteri exhibentur. Ex incisa arbore liquor stillat, cujus usum aliqui ad longævitatem (y) commendarunt, idemque in America in saccharum Acerno suavius (z) cogitur. Ex foliis per æstivos ardores mel exsudat, cujus copia arbori nocet, & in Delphinatu funesta est. Vasta cum sit arbor, vicinas plantas necat, nisi solum & locus frigus desideraverint. Odore & umbra nocere putatur, & capitis dolorem inferre.

CORYLUS (a) TOURNEFORT t. 347. PONTEDER anthol. p. 199.

LINN. n. 1074. MALPIGHI. fig. 220. 221. 224.

Juli mares longi (b), cylindrici. Flores mares fiunt tribus foliis, uno superiori majori (c), & duobus dimidio minoribus, hirsutis, intus quatuor & quinque loculos habentibus: antherisque sex ad decem, ad basin inter antheras pilorum sunt fasciculi. Fructus ad basin juli, in glomeres decem & ultra florum congesti, quorum plerique abortant. Duas quisque tubas edit, ut totus fasciculus viginti tubas (d) educat. Calyx foliaceus (e), bifolius, lacer, cum fructu increfcit, & testam osseam (f) continet, levem, monospermam, subrotundam, nucleo simili, ovato (g).

1625. CORYLUS sepium.

*Corylus sylvestris* LOBEL. Ic. II. p. 192. *Speçacle de la Nature* II. p. 453. 462. PASSEI c. 9. GRAMER t. 30. *Sativa* BLAKWELL. t. 293. BASSEI 70.

Varietates habet BRADLEY. *Husb. and Garden*. II. p. 117. LANGLEY *Pomon.* t. 57. Dividunt imprimis in corylos fructu calyce obducto, inter quos est spontanea, & Corylos fructu nudo. Putamina mollia radice media relecta parantur *Oeconom Nachricht*. V. p. 696.

Est *Corylus stipulis ovatis obtusis* LINN. p. 1417.

In sepibus & in sylvis vulgo.

Arbuseula decempedalis, & aliquando altior (h). Rami lanuginosi. Stipulae lanceolatae. Folia circa petiolum emarginata, subrotunda, nervosa, mucronata, ferrata, dentibus alterne majoribus. Nucleus mitissimus, farinosus, oleosus, grati saporis, quo solo alimento aliquando Prænestini vitam sustentarunt. Potus inde chocolatae similis paratur (i), & nonnunquam panis (k). Oleum (l) inde exprimitur,

(1) BELLOSTE *médecin de l'Hôpital*. p. 240. SLARE *Sugar*. p. 43. GUIARD. II. p. 203.

(m) *Färber Unterricht*. p. 300. (n) KALM. *Norr America. Färgörter*. SWITZER *Jul* p. 204. HELLOF p. 408. 411. 412.

(o) HELLOF. (p) *Dem. de Botan.* II. p. 522. BROOKES IV. p. 217.

(q) *Bresl. Saml.* ann. 1721. m. Aug. (r) WEESCH *milchomim.* p. 44. *Eph. Nat. Cur.*

*Dec. I. ann. 4. 5. obs.* 80. (s) *Aeg. c. II. c. 18.*

(s\*) DEJEAN. *de still.* p. 401. 402. (t) De la HIER *de la glace* p. 499.

(u) *Gott. Arzweig.* 1751. n. 109. BELLOSTE II. p. 189.

(x) MOUFET. apud CRAYON. *Epist.* III. p. 242.

(y) *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann. 5. obs.* 202.

(z) LAVITEAU *mœurs des Sauvages* II. p. 155.

(a) Noces avellanæ λεπτοκορυμη DIOSCORIDES. I. c. 142. Abellas mollis barba protegit; nucleus rotundus est, tum putamen PLIN. L. XV. c. 22.

(b) TOURNEFORT A. GLEICHEN. t. 5.

(c) B. GLEICHEN.

(d) G. G. GLEICHEN. f. 5.

(e) TOURNEF. M. N.

(f) I.

(g) K.

(h) *Comm. Lit. Nor.* ann. 1741. n. 12. Ad 57. pedes Francofurti, add. WAGNER p. 261.

(i) *Hamburger Magaz.* T. XVI.

(k) BARTHOLIN. *Medic. Dan. Domest.* p. 304.

(l) PORTA *Mag. natur.* L. IV.

mitur, bonæ notæ amygdalini æmulum (*m*), & feminis (*n*) dimidium pondus æquat, ad picturam, ad recipiendos odores (*n*<sup>\*</sup>) & colorem album utile. Oleum per descensum lumbricos necat, ad tres quatuorve guttas (*o*) sumtum. Dicitur etiam avellanas nuces ad calculum (*p*) valere. Ramenta ligni recentis vinum turbidum restitunt (*q*). Cortex radice adversus febres intermittentes valere dicitur, ut tamen infusi sapor vix ferri possit (*r*). Corylus carbones optimos suppeditat; tum carbones delineatoribus utiles. Ad opera minora corbium adhibetur. Fabulam virgæ divinatoriæ omitto.

QUERCUS LINN. n. 1078.

QUERCUS TOURNEFORT. t. 349.

& ILEX TOURNEFORT. t. 350.

& SUBER TOURNEFORT.

Juli mares ex gemmis lateralibus prædeunt, & sunt floribus imis diffitis (*a*), supremis congestis. Calyx unifolius, in quinque (*b*), sex (*c*), septem & ultra ad novem usque, gracilia, tenera folia, aut filamenta divisus. Stamina sex, ad novem (*d*). Flores feminini ex alis foliorum superiorum, fiunt calyce (*e*) hemisphærico, foliis constante imbricatis, numerosis, exterius majoribus, intus minoribus, qui in cavam cupulam mutatur, de qua major pars glandis (*f*) ovato cylindricæ eminet. Conicæ tubæ nitentes cornua tria (*g*), quatuor earum, aut quinque, recurva, obtusa. Intra tenax glandis corium nucleus ovatus (*h*).

1626. QUERCUS (*i*) foliis glabris femipinnatis, pinnis obtusis, superioribus majoribus.

*Quercus* MATTHIOL. p. 204. BLAKWELL t. 487. PASSERI ic. 99. *Spéctacle de la Nature* II. p. 449.

*Quercus foliis deciduis oblongis, superne latioribus, sinibus acutioribus, angulis obtusis* LINN. p. 1416.

α. Major (*k*) Glande ex longis pediculis unifloris & bifloris pendula, foliis magis divisis, ligno pallido J. B. P. II. p. 10. C. B. *phytopin.* ic. 8. *Oeconom. Nachricht.* p. 240. 241. du HAMEL. p. 291.

Ἡμερίς RENEULME p. 2.

*Sommereiche* CRAMER p. 8. t. 2. f. 1. 4. MUNCHHAUS. *Hanov. Anzeig.* 1753. n. 62.

β. Glandibus sex, septem & ultra (*l*), in brevibus pediculis fessilibus, minoribus, folio præterea duriori, magis laurino, minus diviso, humilior tota, & durior, ligno valde colorato.

*Quercus cum brevibus pediculis* J. B. C. B. LINN. *Wäsgöta resa.* p. 214. du HAMEL *Exploit.* I. p. 291.

Πλάτυφυλλος *mas* RENEULME l. c.

*Winterreiche* CRAMER p. 8. t. 2. f. 3. *Dürreiche* MUNCHHAUSEN l. c.

Conjungit utramque CARLOWIZ p. 188. & LINNEUS & alii.

δ. Foliis variegatis SWITZER. *August.* p. 101.

ε. Aliæ varietates HELWING *Flor.* p. 42.

Arbor altissima (*m*), longævissima, lenti incrementi (*n*), nobis & in humidis inque planitie provenit, & in collibus; frigora majora tamen (*o*) fugit, alpesque & septentrionem vitat. Late radicibus repit, plurimumque solum occupat sūrpesque subiectas

(*m*) In officinis jam MRSURS tempore p. 182.

(*n*) SPIELMAN *Instit. Chem.* p. 75.

(*n*<sup>\*</sup>) DEJEAN *des odeurs* p. 357. *destill.* p. 434.

(*o*) STORKE empiricus.

(*p*) AMAT. *Centur. VII. cur.* 78.

(*q*) PISANELLI p. 23.

(*r*) GROSSE ad GAL. p. 287.

(*a*) TOURNEFORT. A. GLEICHEN. t. 29. f. 1.

(*b*) LINN.

(*c*) GLEICHEN f. 3.

(*d*) Decem LINN.

(*e*) GLEICHEN f. 2. TOURNEFORT. E. E.

(*f*) TOURNEFORT. D. D.

(*g*) GLEICHEN f. 5.

(*h*) TOURNEFORT K. K.

(*i*) *Quercus* Arcadicæ primæ Platyphyllæ, altera species Fagi, tertia phellos PAUSAN. L. VIII. p. 435. Nulla earum nostra est.

(*k*) DORREL III. p. 5.

(*l*) Ad octo *Hamburg. Magazin.* T. XV. p. 69.

(*m*) PLOT *Natur hist of Oxfordshire* p. 161. ambitu 45. pedum. IDEM *Staffordshire* p. 20.

(*n*) Ad 6 & 14. unciarum crassitiem in 80. annis. CRAMER ad 10. intra seculum uncias Ad ambitum 7. 8. pedum intra 70. annos SWITZER l. c. p. 127.

(*o*) Nulla in Angermannia BODING. p. 11.

subjectas suffocat, ut querceta, cum Castaneis, nitidissimas sylvas efficiant. Folia laurina firma, in arbore contabescunt, ut nova alterius veris folia (p) expectent, in universon ovata, sed semipinnata, pinnis subrotundis, ulterioribus majoribus. Gemmæ glumis fiunt fuscis, dense imbricatis, in quinque ordines congestis, superne laxatis, & in bifida folia abeuntibus. Ex una gemma duo, tres, quatuor juli penduli.

Præiosa arbor, ligno duro, oculis non ingrato, ob crassitiem suam ad opera navalia, ad ædificia utilis, potissimum (q), si retusis (r) malleo germinibus trunci restitudo conservetur.

Adstringente (s), succo tota Quercus turget, in ligno, foliis, cortice & fructu; succo suo succum Heliotropii rubefacit, pezizas viridi colore tingit, adeo enim vitriolo similis succus est, ut cum alcali tartarum vitriolicum det (t). In cinere sal est pure lixivus (u). Corticis præcipuus usus est ad induranda coria & acore penetranda, & ad nigrum colorem (x) parandum. Nuper compertum est, ligni scobem, perinde, ut corticem, ad coria præparanda valere, denique etiam folia. Aqua ejus corticis pulveri adfusa marmor & duriores lapides penetrat (y). Liquorem ex Quercu stillantem ad podagram (z) laudant. Folia, & aqua ex foliis ad ignem destillans (a), pro adstringentibus medicamentis habentur; ad hæmorrhagias reprimendas, ad diarrhoeas & dysenterias (b) compescendas, ad ulcerationes suppressas (b\*), & ad vulnera sicca. Et tamen mictum a quernis foliis in pecore sanguineum, quem ruricolæ brassicæ foliis compescant, lego dari (c). Gallæ, quas aliquæ muscæ compungendo excitant, succo acido adstringente plenissimæ sunt. Ex Asia (d) potissimum minori advehuntur, que in tinctoria arte, ad nigrum cum ferro efficiendum colorem, præcipuum elementum suppeditant. Europæ, etiam Italicæ deteriores sunt. Et tamen etiam nostræ (e) eo fine, & ad atramentum utiles sunt, plerumque tamen non durefcunt (f). Ex succo gallarum nostratum expresso (g), cum vitriolo & gummi, atramentum parari potest. Etiam flores mares in gallas abeunt, uvarum (h) similes, basin racemorum pilula gossypina ambeunte. Sæpe Quercus mel sudat (i), & ab insectis diversi generis varie vexatur, ut non alia arbor majorem concrementorum morbosorum varietatem generet. Apes id mel quærunt. Denique glandes nostratum acerbæ sunt, magnum ruricolarum ad alendas sues præsidium, quod tamen & ob frigoris inclementiam, & ob insectorum injurias sæpe nos destituit. Homines ultima famis necessitate adacti subinde farinam glandium (k), miserimum cibum, in miseræ solamen verterunt. Galli ipsi, post severam anni 1709. (l) hiemem, glandibus usi sunt, ut denique pani admiscerent. Vehementer certe alvum constriungunt (m): & earum usum nocere (n), & ab eo cibo morbum *le Troussé galant*, funestam choleram, nasci, Gallici (o) medici reliquerunt. Hæc de nostris glandibus, nam in callidis regionibus aliæ species Quercuum nascuntur, quarum glandes coctæ castanearum saporem habent, & in cibum etiam absque necessitatis jussu admittuntur, ut in Hispania (p), Græcia (q), America (r). Ea glande Cossenses (s) vivebant, & eam fuisse glandem puto, quam

(p) Scaleton folii SEBA T. V. f. 1.  
 (q) Reche per 35. pedes SCALIGER 166. exerc.  
 (r) WHEELER modern. Dryid.  
 (s) Destillata ex raso ligno aqua BRADLEY mater. medic. p. 102.  
 (t) NEUMAN Chem. p. 189. ZIMMERMAN de succo rasi ligni.  
 (u) GMEIN. Comm. Petrop. V. p. 285.  
 (x) LINDER Färgkonst. p. 72.  
 (y) WEDEL de liq. non corrosiv. &c.  
 (z) Epb. Nat. Cur. Dec. II. ann. 5. obs. 91.  
 (a) WELSER millonin. p. 38.  
 (b) DIOSCORIDES.  
 (b\*) GUISARD. l. p. 329. de jusculis, cum iis foliis paratis.  
 (c) Oeconom. Saml. 1764. 2.  
 (d) Du HAMEL II. p. 209.

(e) ROHR von Bäumen p. 144.  
 (f) TURNER II. p. 107.  
 (g) LEWIS Farben p. 111.  
 (h) MONTALBAN. dendrol. p. 109. CAMERAR. ex Ed. BURKHART. p. 86.  
 (i) PORT. med. militar. p. 114.  
 (k) HIAERNE II. p. 194.  
 (l) Du HAMEL II. t. 209.  
 (m) BATHOLIN. med. Danorum domestic. p. 304.  
 (n) In Ungaria COBER II. p. 97.  
 (o) GAILLARD Hist. de Franc. I. T. III. p. 193.  
 (p) ARMSTRONG. Minorc. p. 199. ANGUILLARA p. 68. du CHOUL. querc. p. 10.  
 (q) BELLON voyag. p. 331.  
 (r) Du HAMEL. n. 16. p. 209. 210.  
 (s) DIODORUS L. XIV. c. 19.

quant PELAGUS Græcos docuit edere, cum prius malis herbis alerentur (t). Sed etiam nostram, brevi pediculo, Quercum in Africa edules glandes ferre T. SHAW (u).

Rasuram glandis aliqui in colica, inque pleuritide, propinant (x), quod mihi absurdum videtur. Ad dysenteriam pulveris glandium omni trihorio drachmam, etiam ad febres intermittentes Cl. SCOPOLI exhibet (y): oleum facilius tolere (z). Glandis maxima species in Asia minori nascitur, ad tincturas utilis, quæ vetusto nomine servato *Velani* dicitur (a).

CARPINUS (b) TOURNEFORT. t. 348.

LINN. n. 1073.

Juli mares (c) habent squamam amplam (d), ciliatam, ovato lanceolatam, cavam. Stamina numerosa, octo, decem (e), duodecim, quatuordecim (f), ex apice bina, pedunculis connata, ad basin villosa, villo etiam de summa anthera exeunte. Julus femineus (g) longus, laxis. Glumæ maximæ, trifidæ, medio segmento maximo, per oras obiter dentatæ. In cujusque principio, qua tres lobi folii uniuntur, nux (b) subhirsuta, ovata, compressa, lineata, apice coronato calyce sexfido (i), uno segmento maximo, opposito minimo. Tubæ duæ (k) prælongæ. Semen unicum (l).

1627. CARPINUS MATTHIOL. p. 145. CAMERAR. *Epit.* p. 71. TABERNEMONT. p. 974.

*Fagus sepium vulgo* J. B. I. P. 2. p. 146.

*Carpinus squamis strobilorum planis* LINN. p. 1416.

*Charme Spectacle de la Nature II.* p. 456.

Circa Genevam, Bernam, Roche, Basileam, Zoffingam, Sursee, Meltingen, Môtier grand Val, Orvin, St. Aubin, Bevaix, inter Olten & Arau, circa Lenzburg in dumetis.

Arbor modica, decempedalis, cortice albedo, ligno duro, albo, foliis rugosis, nervosis, dentatis, ovato lanceolatis. Dentes peracuti, dentati. Rami ad foliorum ortum ductum mutant.

Præcipuus usus est ad sepes ambulacrorum, cum densos efficiat quasi muros, & tensionis sit patientissima. Materies dura, ad rotarum opera, & temones. Ex vetustis carpinis gummi resinofum Laccæ pene simile stillat (m). Cortex interior luteo tingit (n).

BETULA TOURNEFORTII t. 360. *Plant. autour de Paris.*

& BETULÆ LINNÆI *Spec.*

Squama Juli masculi (o) unica videtur. Sed una extima ovata est, duæ in eodem ordine sequentes angustiores, quarta media, fornicatæ omnes, duæ laterales etiam teneriores introrsum versæ, ovato lanceolatæ. Antheræ duodecim in brevibus filamentis sub squama media pendulæ. Tres corollulas quadripartitas, tetrastemones LINNÆUS habet (q), sed ita describo, ut coram video.

(t) Ex Fago repetit PAUSANIAS L. VIII. p. 417. Sed ~~quæ~~ Græcorum quercus est glande eduli.

(u) Travels.

(x) FLOYER. *Gerocem.* p. 114.

(y) p. 415.

(z) Ibid.

(a) THEVENOT. *voyag.* L. II. p. 18.

(b) *Charme* est *Ostrya* non *Carpinus* BELON. *Virg. cult. neglig. probl.* 2.

Atra *Carpinus* CATONIS est *Ostrya* Ulmo similis PONTEDER. *antiq.* p. 46.

*Ostrya*, *Ostrya*, solitaria circa saxa, similis *Fraxino* [feminibus], cortice, ramis, folio piri, tamen crassiori, longiori, rugoso, femine hordeo simili, materie dura PLIN. L. XIII. c. 21.

(c) CAMERAR. t. 1. r. 2. a. TOURNEFORT. A.

(d) B.

(e) LINN. *Stonka refa.* p. 46.

(f) Sedecim SCOPOLI p. 413.

(g) TOURNEFORT. E.

(h) TOURNEFORT. T. KRAMER f. 4. r. 2.

(i) Sexfido SCOPOLI.

(k) Tres SCOPOLI.

(l) KRAMER. b.

(m) *Ant. Mém.* T. X. p. 558.

(n) K. SWENKA *Acad. Handl.* 1742. p. 26.

(o) TOURNEFORT. E. conf. BLAKWELL.

(p) TOURNEFORT. B.

(q) Etiam Cl. SCOPOLI.

video. Coni feminini strobilorum similes; squamæ bifloræ, retuse lanceolatæ (r), femitrilobatæ (s), medio segmento lanceolato. Semina duo, magnis alis foliaceis aucta (t). Cuique femini tubæ duæ prælongæ, simplices & teneræ. In maturescente julo squamæ femininæ revolvuntur, ut juli toti asperi reddantur, & femina tubæque nudentur. Eadem versus apicem juli cavæ fiunt, ad initium convexæ, & ad limæ modum asperæ.

## 1628. BETULA foliis cordato lanceolatis, ferratis.

Betula MATTHIOL. p. 142. CAMERAR. Epit. p. 69. PONTEDEIRA p. 200.

BLAKWELL. t. 240. CRAMER. t. 10. Spectacle de la Nature II. p. 461.

Betula foliis ovatis acuminatis, serratis LINN. p. 1393.

β. Junior ramis erectis, alba CRAMER. p. 23.

γ. Adultior ramis pendulis, rubra CRAMER. LEOPOLD. p. 667. Oecon, Saml. p. 314.

δ. Parvula, mera varietas ZANONI p. 242.

ε. Foliis obscure novemlobis QUER. III. t. 55.

Alias varietates habet Cl. KALM. p. 45.

In sylvis montanis copiosissime, ut in montosis supra Cheires & Ivonans. In palustribus passim, non tamen frequenter: frigoris patiens, & ultimi septentrionis (a) arbor.

Arbor recta, mediocris, albo cortice, foliis longe petiolatis, pendulis, cordiformibus, absque vero hilo, mucrone producto, ora dentata, dentibus ferratis; juniora hirsuta, adulta levia. Juli masculi longi, penduli, feminini breves, ovati, imbricati.

Hujus arboris multa est oeconomica utilitas. Virgæ ramis subnodosis, flexiles, ad pœnas servantur, adque munditiem ædium. Rami ad circulos doliorum. Lignum durum, in borealibus etiam durius (b), ad rotas utile, & ad torneatorum opera, carbonesque (c) optimos. Idem lignum pulcherrime sæpe venis ornatur. Junior arbor multos ramos, totidem ergo nodos edit, eorumque ramorum inferiores perierunt, superni foliis supersunt, dum arbor increfcit, & ligni novi albi strata nascuntur, dum fuscæ venæ interiores remanent (d). Ex cortice in America integras naviculas fabrefaciunt (e). Ex julis Betulæ cum aqua ebulliente cera habetur, vulgari similis (f).

Folia amara, glutinosa, cum lanis cocta flavo tingunt (g), & fundamentum præstant rubri coloris, qui a Rubia pratensi quadrifolia superadditur (g\*). Ex iisdem foliis cum aqua coctis & alumine, sedimentum saturate croceum Schuttgelb paratur (h). Lignum perforatum per calamus aquam verno tempore fundit, ad terram fatuum, in summa arbore acidum (i). Eam succum variis in malis medici, ad potum (k) sanguinem depurantem, ad calculum (l), etiam cerevisiæ mistum (m), ad urinam ciendam (n), ad scabiem retrogressam expellendam (o), ad obesitatem tollendam (p), ad phthifios initia, earumque & vesicæ morbos (p\*) commendant, Russis familiarem (p\*\*). Vino admixtus succus spumam agit (q). Ex eodem succo saccharum parari potest (r), & ex eo cum uvis ficis & saccharo, cocto & fermentato vinum (s). Etiam cum Grossularia (t). Demum ad cerevisiam idem utiliter adhibetur (u). Ex cortice adusto oleum fit.

(r) TOURNEFORT. G.

(s) Trifida TOURNEFORT. F.

(t) BLAKWELL. 7. TOURNEFORT. K. L. M. CRAMER. b.

(a) In Islandia cum Salice & Junipero superest Act. Hafn. IV. n. 7. In Grönlandia KALM. biork.

(b) CRAMER. du HAMEL. exploit. I. p. 309.

(c) GMSLIN. Reif. I. p. 449.

(d) du HAMEL. exploit. I. p. 307. de Acere.

(e) KALM. om Nijfwerbozar.

(f) CARTHEUSER. plant. princip. p. 41.

(g) LINN. Olantska resa p. 224. LINDER. Färgak. p. 90. RUDENSCHIOLD Skogarnes nyttjande. Cum Serratula GMSLIN.

(g\*) GUNNER. p. 49.

(h) ROHR. Bitume p. 110. LINDER. p. 81.

(i) BUCHODZ Plant. Lotbar. T. VI. p. 85.

(k) HAWKBOYE. I. p. 323. in Russia.

(l) RZASCYNSKI p. 191. HELMONT. Nibiat. c. 8. n. 24. 25. BOYLE utilit experient. Exerc. IV.

(m) CHARLETON. lithias. p. 179.

(n) SPIESS. herb antinephrit.

(o) HUNDERTMARK Scab. artif.

(p) HELMONT.

(p\*) CÆC. hist. nat. p. 449.

(p\*\*) Ibid.

(q) MALOUIN. Chym. med. Ed. 1755. I. p. 368.

(r) Mém. de Berlin. ann. 1747. p. 89.

(s) BRADLEY lad direct. p. 39. BLAIR. pharm. botan. p. 160. De hydromelite EVELYN. fylo p. 84.

85. Alio modo vinum ex eo succo parare docet Clar.

KALM p. 27.

(t) Bresl. Saml. ann. 1725. m. Novembr.

(u) LUDOVICI Epb. Nat. Cur. Dec. I. ann. 4. obs.

21. Act. Hafn. I. obs. 19. Phil. Transf. n. 63.

fit, quod PURMANNUS ad hæmorrhoides cæcas (x), ipsumque cancrum valde laudat (y); idem ad rem coriariam (z) adhibetur, & ab eo Russica coria *Juchten* odorem habent (a). Sed etiam meris Betulæ foliis bonum corium paratur.

Cortex etiam cum alumine filum rubro fusco colore tingit (b). Moxam ex tumoribus de cortice Betulæ luxuriantibus Lappones parant (c).

Fuliginem ad prelorum typographicorum usum optimam dat (d).

Folia ad pascenda animalia salutaria (e) sunt.

- \* 1629. BETULA foliis orbiculatis, crenatis LINN. *Flor. Lapon.* n. 342. t. 6. t. 4. & *Diss. de Betul. nana & Specier.* 11. p. 1394. GAGNEBIN. *Act. Helvet.* 1. p. 60. *Betula palustris nana* RUDBECK. *Act. Suec.* ann. 1720. p. 96. *Betula pumila, foliis subrotundis* AMMAN. *plant. ruten.* n. 259. p. 180. *Comm. Petrop.* T. IX. p. 314. t. 14.

Icon OEDERI. t. 91.

Passim in paludosis montosis Juræ. *A la Chetelaz. A la Chaux d'Abelle, aux marais des Pontins, de l'Echelette, des Croissetes, des Esplatures, des ponts de Martel, de la Varode.* In paludosis circa Schweitz.

Fruticulus tripedalis, rectus, cortice nigro, subhirsuto, purpureo, foliis levibus, circumscriptioe orbiculari, undique rotundis & concinne crenatis, firmulis, subtus nervosis. Juli mares & Juli feminae crassi, ovati, ex alis foliorum erecti. Character similis, sed folia ima floribus minus conspicua. Stamina fere seca. Feminino flori. glumæ ovatae, bifloræ; cuique semini duæ tubæ purpureæ recurvæ. Semina plana, pene rotunda. Folia luteo colere tingunt, etiam pulchriori (f), quam vulgaris speciei frondes.

ALNUS (g) TOURNEFORT. t. 359.

BETULÆ Spec. LINNÆI.

Hujus character respondet LINNÆANÆ Betulæ.

Juli mares (h) fiunt glumis acute imbricatis, quæ tamquam scuta petiolata stamina floresque subjecta habent (i). Scutum princeps cordiforme, cui tria minora scutula adplicantur, & sunt quasi appendices, ea sunt grandiora folia trium florum quadriflorum, rotatorum, qui intus sedent, tetrastrémones (k), antheris bilocularibus. Strobili feminini juniores pineorum similes sunt (l). Squamæ in apice crassescentes, carnosæ, acuminatæ, pene quadratæ, in juniore cono imbricatæ (m), per maturitatem exstantes, patulæ (n), dissitæ, quatuor fulcis, & quatuor appendicibus auctæ, præterea bifloræ. Semen compressum (o), fere ovatum. Tubæ binæ (p) purpureæ.

1630. ALNUS foliis glabris, rotundis, rotunde crenatis, spongiolis ad nervorum angulos.

*Alnus* MATTHIOL. p. 140. CAMERAR. *Epit.* p. 60. LOESEL. *ic. I. CRAMER.* t. XII.

*Alnus rotundifolia, glutinosa, viridis* C. B. PONTEDER. p. 200.

*Betula pedunculis ramosis* LINN. p. 1394.

Frequens in aquosis.

Arbor mediocris, in universum recta, sed flexuosa, ligno rubro, fragili, cortice subnigro. Folia glutinosa, glabra, dentata, dentibus subrotundis, circumscriptioe rotunda,

(x) An hoc bitumen, quod Galli ex Betula coquebant PLIN. l. c?

(y) PURMAN. H. p. 477.

(z) RSASZYNSKI p. 191.

(a) BELON. *Voyag.* III. p. 25.

(b) CHYDENIUS *gamle Carleby.* p. 43.

(c) MONTIN. *medic. Lapon. Lut.* p. 21.

(d) RUDENSCHIOLE. KALM. p. 16.

(e) BOER STENOK. *husball.*

(f) LINN. *plant. tindl.* p. 25.

(g) Alni nullum semen PLIN. L. XVI. c. 26.

(h) TOURNEFORT. A

(i) Non habet flores quadrifidos SCOPOLI. p. 413.

(k) TOURNEFORT. D. E.

(l) M.

(m) F.

(n) L. Tres vocat LINNÆUS.

(o) N.

(p) G.



rotunda, etiam emarginata. Ad nervorum divisiones spongiolæ hirsutæ, ut in Tilia. Nervi conspicui, paralleli, obliqui. Viror in foliis subater. Petioli floriferi, ramosi, divaricati.

Lignum putredini obnoxium, nodosum tamen, nodis etiam crispis venis ornatis. Nigrescit, ut Ebenus (g), sub aqua duraturum. Cortex lanae fuscum dat colorem (r); cum limatura vero chalybis, aut cum polline, qui coti adhæret, nigrum (s), eamque in tingendo vim AUCTOR ILL. defendit (t), contra prohibitiones a LINDERO repetitas (u). Artificium KALMIUS describit; corticem cum aqua coquunt, lanam intinguunt, eximunt, in aqua fabrorum macerant, coquunt (x). Folia ad coriariam artem inserviunt. Solus KRAMERUS medicæ vis Alni meminit, foliaque ait ulcera corrosiva sanare (y). Ad alenda animalia fervire Cl. BOIE (z).

1631. ALNUS foliis mucronatis, acute serratis, subtus lanuginosis.

Vera mihi planta videtur, & si omnino non differt, memorabilis certe varietas.

*Alnus incana* & *hirsuta* J. B. L. P. II. p. 154.

*Alnus* 2. CLUS p. 12. cum ic.

*Alnus folio incano* C. B.

II. *Folio laciniato* J. B. du HAMEL.

β. *Alnus flore roseo* BUCHNER *miscell. ann. 1730. p. 1290. cum icone, bracteis ex julo petalodeis productis, quales nuper vidi.*

Pro varietate LINNÆUS (a) habet.

In alpinis & subalpinis, circa *Kersaz*, in valle montis *Gurten*, e regione arcis *Reichenbach*. Inter *Lauterbrunn* & *Zweilätschenen* C. B. *im Huninger Walde*. J. B. inter *Muttenz* & *Münchenstein*. Inter *Cliben* & *klein Huningen*. In valle *Delemont*, in *Motier Grandval*, aux *Allées de Colombier*, &c.

Folia neque viscida, neque rotunda, sed in acumen educta, dentibus majoribus, folium in loborum initia dividendum, serratis, superne tota hirsutie incana, inferne cana lanugine obducta. Nullæ ad nervorum divisionem spongiolæ. Juli mares densissime cylindrici, quales descripti. In iis varietatem β vidi. Juli feminini valde compacti, in aqua laxati, habent squamas imbricatas, de quarum quaque duæ reclives tubæ eminent.

γ. *Alnus alpina minor* C. B. J. R. H.

*Alnus montana, pallido, glabro, sinuato folio* BOCCONE *Mus. di piant. p. 139. SCHEUCHZER. II. II. p. 129. RAJ.*

& *Alnus montana crispis, viridis, nana, glutinosa, serrato folio* EJUSDEM BOCCONE *ibid. p. 80.*

*Alnus montana, Ulmi folio* BOCCONE *l. c. t. 96.*

*Alnus alpina, folio eleganter serrato, plano, neque glutinosa* PONTEDEA *compend. p. 145.*

*Drosseln* nostratibus, acclivia aspera passim occupat, ut in adscensu montis *Gurten*, etiam in alpinis. En *Chapotane* supra *Cully*.

Humilis, tripedalis, folia acute circumferrata, cætera glabra profert, & summa pars plantæ verno tempore glutinosissima est.

Hæc planta posset videri *Alnos* 1630. 1631. conjungere. Nam glutinosa est, ut 1630. & acutifolia & absque spongiolis.

δ. *Alnus folio oblongo* C. B. in MATTHIOL. p. 139.

*Alnus folio oblongo, viridi* J. R. H. *Cortice albo, & cortice pallidiori* PONTEDEA *compend. p. 146.*

Inter *Muttenz* & *Münchenstein* C. B. quam sedem plantæ γ. Frater JOHANNES fecerat, ut eadem esse videatur.

*Alnus* spreta nobis ob lignum fragile, & ignem levem suppeditans, in aliis regionibus colitur, ut in *Hannonia* (b). Carbones dat egregios. Oves folia amant.

POPU.

(g) Du HAMEL *Exploit. I. p. 108.*

(r) K. *Svenska Wetensk. Acad. ann. 1745. p. 246.*

LINDER. *Färg. p. 71.*

(s) *Ibid. p. 248.*

(t) STAHLIUS *Editor der Färbereunterrichts*

*p. 128. 188.*

(u) *Färgkonst.*

(z) *Resa. p. 186.*

(y) *Medic. milit. p. 21.*

(z) *Svenska husboll.*

(a) *Oelanska resa. p. 18.*

(b) K. *Svenska Wetensk. Acad. Handl. 1764.*

*Trim. III. SWITZER. June. p. 88.*

## POPULUS TOURNEFORT. t. 365.

LINNÆI N. 1123.

Julus masculus cylindricus (c): ejus glumæ multifidæ (d), earum quæque octo stamina (e) edit, in brevissimis petiolis. Femininus Julus (f) tota stirpe divisus, fit glumis fericeis, plumosis, semipinnatis (g), laceris. Intra eas calyx est infundibuliformis, latefcens (h), bilabiatus, extus latiori ovato, intus minori labio, quasi truncato (h\*). Capsulæ bivalves incurvæ, cornutæ, in duo cornua revolutæ, in quibus multa femina (i), limbo ovali (k) gossypio obducta (l), quo velantur. Tubæ quatuor.

*nigra*

1632. POPULUS foliis glabris, cordato rhomboideis, ferratis.

*Populus nigra* PLIN. L. XVI. c. 23. MATTHIOL. p. 137. CAMERAR. *Epi.* p. 66. BLAKWELL. t. 248. CRAMER. t. XI.

*Populus foliis deltoidibus acuminatis, ferratis* LINN. p. 1469.

Passim in ripis fluviorum & humidis. Quæ in palustribus colitur, cylindricam rectam, ramisque destitutam formam induit, & a nostris peculiare nomen accepit *Felbaum*.

Italica varietas altior, ab œconomis nuper laudata, non distinguitur a Clar. SEGUIER (m).

Arbor procera, etiam ex putrido trunco ramosa, gemmis verno tempore balsamo validi odoris obductis, ligno levi, molli, cortice albo cinereo. Folia longe petiolata, cordiformia absque hilo, pene rhomboidea, mucronata, obiter circumferata, glabra, nervis & petiolis flavis (n).

Ex radicibus infinitis furculis repullulat.

Gemmarum odoratam flavamque refinam (o), cum aqua coquendo, deinde exprimendo (p) obtinemus. Ipsæ gemmæ in aqua maceratæ dant aquam lacteam, odoratam, cui oleum æthereum innatat, neque eo minus refinam pressæ largiuntur. Si cum vini spiritu gemmas igni inponas, spiritus prodit odoratus, deinde lactea aqua, cum oleo æthereo, & de residuo resina balsamica exprimitur. Idem oculi fundamentum præstant unguento populeo, quod demulcendi & emolliendi sine adhibetur, denique ad somnum ciendum (q). Oleum stillatitium ischiadem superavit (r). Tinctura gemmarum ad dysenterias & diurnas alvi laxitates (s), ad semi drachmam data profuit; tum in aneurysmate scopo vulnerario (t) bis de die sumta. Eadem gemmæ apibus propolin suppeditant (u). Denique cortex Populi in ultima Asia, ad septentriones vergente, pro pane (x) adhibetur. Lignum ad torneatorum & scriuariorum molliora opera infervit, & crispis venis radicem placet.

Cum celerrimi incrementi sit, Italica potissimum varietas, ex Phaetontia dum ad Eridanum lacrumis nata, colitur lignandi sine, & a Gen. Viro (y) nuper enixe eo sine laudata fuit. Optimam chartam ex lana populi industria Cl. SCHEFFERI paratam vidi. Radices Populi nigre in osteocollam abeunt, in gelatinosam (z) naturam mutatæ. In Conservam spuriam tubulorum eadem producitur. Denique ex ligno & inflammabilem gummi (a) refinam, & filamentosum gummi (b) sudasse Cl. MONTIUS auctor est.

1633.

- (c) A.  
(d) C.  
(e) Ibid.  
(f) B.  
(g) D. E. F.  
(h) K. L. N.  
(h\*) Vesicula LINN.  
(i) Semina non habere PLINIUS L. XVI. c. 26.  
(k) Habet alam LINNAUS.  
(l) M.  
(m) H. p. 267.  
(n) Sceleton SERA I. t. 4. f. 5.  
(o) Conf. DIOSCORIDES l. c. 93.  
(p) A. WEISMAN *Ep. Nat. Cur.* Vol. III. obs. 92.

- (q) In NICOLAUM p. 190. b.  
(r) ERHARD. *Oecon. Plantar. lib. IV.* p. 79.  
(s) TOURNEFORT.  
(t) ILL. SOER. TSCHMEYER. *de aneurysm.*  
(u) GLEDITSCH. *Abhandl. II.* p. 136.  
(x) *Natur hist. of Kamtschatka* p. 47.  
(y) MEYER de KRONAU *Entwurf wie der Stadt Zurich* &c.  
(z) BRUNN olim noster amicus *Phil. Transf.* n. 576. p. 376. NEUMAN ex edit ZIMMERM. p. 1594. GLEDITSCH *Abhandl. II.*  
(a) *Comm. Acad. Bonon.* T. II. P. II. p. 182.  
(b) *Ibid.* p. 183.

1633. POPULUS foliis glabris orbiculatis, acuminatis, laxe ferratis. *tremula*  
*Populus Libyca* PLIN. L. XVI. c. 23. MATTHIOL. p. 136. CAMERAR. Epit. p. 67.  
*Espe* CRAMER. t. 13.  
*Populus foliis subrotundis, dentato angulatis, utrinque glabris* LINN. p. 1964.  
 Nihil frequentius in adclivibus, dumetis, & sylvis.  
 Prima folia (c) superne hirsuta sunt, inferne tomentosa, ut aliam plantam esse putes: eadem cordata, acuminata; matura glabra, longe petiolata, rariter circumferrata, orbiculata, cum mucrone; eadem vento agitante tremunt. Arbuscula quam prior humilior, decempedalis & paulo ultra. Cortex viridis, levis.  
 Lignum molle, album, ad opera robur non requirentia, a torneatoribus adhibetur; ad ignem alendum parum utile.  
 Folia animalibus in cibum cedunt.

1634. POPULUS foliis angulosis, subtus tomentosis, subrotundis, dentato angulatis LINN. p. 1463. *alba*  
*Populus alba* (d) MATTHIOL. p. 136. CAMERAR. Epit. p. 61. *majoribus foliis* SCHEUCHZER. It. V. p. 339.  
 β. Minoribus foliis LOBEL.  
 In Valesia ad Rhodanum dumeta efficit, Basileæ ad *Birsam um die neue Welt*, etiam circa novam domum & *Michelfeldæ*, & porro ubique per Rheni insulas.  
 Juniori folia circinata, in adulta trilobata hederacea, alias non trilobata, & unice ferrata, semper firma, hinc nigricantia, hirsuta, inde in prona parte tomento niveo obducta. Citissime crescit, ut anno 20mo plenum incrementum adepta sit (e). Ob pulchritudinem etiam ad ambulacra ornanda feritur.

SALIX (f) TOURNEFORT. t. 364.

LINN. 1098.

Vastissimo generi inter arbores nostrates commune est „flores mares (g) in aliis (h) stirpibus ferre, feminas in aliis. „ Juli mares subrotundi, ovati, cylindrici, denique pauciflori sunt, ut vix juli nomen mereantur. Flos unica gluma fit fere lanceolata (i), deinde staminibus incerti numeri, uno (k), duobus (l), tribus (m), quatuor (n), quinque (o), & particula, quam LINNÆUS nectarium vocat, plana, vel cylindrica, inter axin posita & stamina. Circa filamenta alias pappus est, alias nullus. Juli feminini similes (p), gluma pariter simplici, lanceolata (q), & fructu oblongo, cornu simili (r), tubis duabus bifidis, bivalvi, in duo cornua se revolvente, in quo semina pappo (s) obvoluta, minima, ut veteres nulla dixerint.

I. FOLIIS LANCEOLATIS.

1635. SALIX arborea, foliis ellipticis, lanceolatis, subtus sericeis, dentibus crafcescentibus. *alba*  
*Salix* LOBEL. ic. II. p. 136. BLAKWELL. t. 327. bene.  
*Salix maxima* (t) *alba*, *fragilis*, *hirsuta* J. B. L. P. II. p. 212.  
*Salix folis lanceolatis acuminatis, serratis, utrinque pubescentibus, serraturis infimis glandulosis* LINN. p. 1449.

Plurima

- (c) LA CHENAL. Diff. inaug. p. 3.  
 (d) *Populus alba bicolor*, inferne viridis, junior rotunda folia habet, adultior angulosa, lanuginosa. Folia circa solstitium circumaguntur PLIN. L. XVI. c. 23. Semen non habet ibid. c. 26. *Acorn* SUIDAS. II. p. 132.  
 (e) BRADLEY *Husbandry and garden*. p. 424.  
 (f) *Salix Frugiperda* PLIN. L. XVI. c. 26. quod arbor ocysissime immaturum semen deiciat ibid. Sed etiam ex seminibus propagari potest BRADLEY *improv.* p. 47. & melior ex femine nascitur CRAMER.  
 (g) TOURNEFORT. A. B. F.  
 (h) Datur unica hermaphroditica species LINN. c. 37. p. 1442.  
 (i) TOURNEFORT. D.  
 (k) *Salix monantha*.  
 (l) TOURN. C. Duo LINNÆUS.  
 (m) TOURN. D. *Triantha*.  
 (n) LINN. n. 638.  
 (o) *Salix laurina* GMELIN. I. t. 34.  
 (p) TOURN. E.  
 (q) Ad G.  
 (r) G. H.  
 (s) I. K.  
 (t) *Salix procera ad perticas* PLINIVS L. XVI.

G g g g 2

Plurima, aut sponte in fylvis, aut ad vias sativa, summa frigora Islandiæ (u) tolerat. non fert nimis humectam sedem, & in ficcis egregie viget, ut in vineis.

Arbor erecta, etiam viginti & triginta pedum, vidi & Quercui parem. Cortice est peraspero, brevis ævi, putredini obnoxia, potissimum quando decapitatur. Rami fusci & subvirides. Folia longa, angusta, ex ellipticis lanceolata, pene cartilaginea, denticulis crassis, cum tumore subrubro, superne viridia, cum brevi & appresso collo, inferne sericea, glauco etiam polline adspersa. Ad petioli insertionem duo paria punctorum nigrorum subhirsutorum, in altero latere unum, tria, quatuor puncta nigra, aut nullum (x). Stamina duo. Juli cylindrici, graciles, glumis hirsutis.

Lignum & rami juniores flexiles, adulti fragiles; julus odoratus.

Huic Salici præcipuus usus in re œconomica, ad focum alendum, ad circulos doliolorum, ad perticas (y), ad doliola (z) solida & monoxyla.

In tam molli ligno venas crispas reperiri non sperassem (a).

Gallas subinde fert, & est tunc Salix *ΦυλλοφαρισθινοΦόρος* RICHER.

Ad pascendos greges servire potest (b).

Cortex cinnamomeo colore tingit (c): tinctura lixivio extrahitur ex incocto cortice, cupreo in vase, ita color fere sanguineus obtinetur, qui lanam, & sericum tingit. Deinde cum alumine ficcata tinctura cinnamei coloris *Laccam*, ut vocant, dat (d).

Corticem in panem (e) recipere dura jussit necessitas.

Tota arbor vi austera & adstringente cæterum eminent, veteribus non ignorata. Extractum foliorum ad refrigerandi finem, nymphæ Daniel LUDOVICI (f) præfert. Eodem extracto G. H. WELSCH (g) jubet ad pulmonum ulcera uti. Mirum ergo fuerit, si semen in feminis (h) abortum civerit, aut decoctum menses pulerit (i). Corticem ipsum nuper in febribus intermittentibus, vel corticis peruviani loco, ad scrupuli pondus utiliter dederunt, vel cum quinta parte ejus corticis mistum (k). Colchi in maximis febribus ægros foliis salignis contegunt (l). Ego balneo decocti corticis in debilitate crurum infantili feliciter usus sum. In oriente ex julis variarum Salicum (m) odoratam aquam parant; in febribus acutis salubrem, qualem etiam nostra species & aliæ fundunt, cui juli odorati sunt. Majo mense plurimam aquam hæc Salix stillat, Rupe potissimum, & aliquando mannam sudavit (n).

β. Salix . . .

*Salicis alterum genus* FUCHS p. 335.

*Salix lutea* (o) tenuior, sativa, viminea J. B. I. P. 2. p. 214.

*Salix tenuifolia dentata* MÜNTING ic. 12.

*Salix foliis serratis, ovatis, acutis, glabris, serraturæ cartilagineæ, petioli calloso punctatis* LINN. p. 1442.

An *Salix Græca rubens* PLINII *vinimalis purpurea* J. B.

*Salix Gallica obsoleta purpureo vimine* COLUM. l. c.

Num sponte proveniat? ignoro. Plurima seritur & plantatur ad rivulorum & fossarum oras.

Multo priori humilior, viminibus flavis, aurantiis, purpureis, flexilibus, lanuginosis. Folia figuram quidem prioris tenent, minus tomentosa, nisi quæ prima prodeant, albo polline subtus adspersa, superne viridia, glabra, etiam hirsuta, puncta nigra similia, & dentium tumores. Quare etiam, post J. BAUBINI suspicionem (p), cum alba conjungo. Stamina bina, juli odorati. Capsulæ pariter spadiceæ.

Flexilior, ad ligamina rusticorum, ad corbes faciendos (q) servit.

Fructus collecti perinde pappum præbent, & intra quatuor horas aperiuntur (r).

Hic

(u) *As. Hafn. IV. c. 7.* Circa Ochotzk vix aliud æquis pæbulum nascitur. G. M. ELIM.

(x) *Emend. V. n. 12.*

(y) *Salix perticalis* COLUMELLA L. IV. c. 31.

(z) DU HAMEL. *exploit. II. p. 546.*

(a) SCHAEER p. 109. 110.

(b) BOIR l. c. p. 29.

(c) ARDUINI *Mémoire. p. 64.*

(d) p. 65.

(e) *Natur hist of Kamtschatka. p. 81.*

(f) *Oper. p. 315.*

(g) *Mémoires. p. 12.*

(h) PLIN. l. c.

(i) WELSCH *ibid.*

(k) STONE *philos. transf. Vol. LIII. p. 195.*

(l) LAMBERTI p. 163.

(m) P. ALPIN. l. p. 191. CHARDIN. L. IV. p. 197. TAVERNIER.

(n) *Mém. des Savants étrangers. III. p. 501.*

(o) *Salix græca* sive COLUMELLA L. IV. c. 31. *Salix vitellina* CLUS. L. XVI. c. 37.

(p) *Emend. V. n. 12.*

(q) OBER JUNE DU HAMEL p. 248.

(r) WESTERIK *Svensk bonull. p. 9.*

Hic incipimus experiri, quam difficilis Salicum sit historia. Variabiles sunt foliorum figura auriculis, pilis; julorum figura, densitate, situ inter brevia folia in juniore ramo, inter longa in ramo autumnali; colore ramorum & viminum; statura; flexilitate. Quare plurima omnis ætatis exempla ad meas descriptiones adhibui, & paucas propono species, qui malim pauper videri, ut nihil scribam, nisi certum. De Synonymis, etiam LINNÆANIS, omnino despero.

1636. SALIX stipulis ferratis, foliis lanceolatis, ferratis, glabris. *Amygdalinæ*  
*Salix* MATTHIOLI p. 199. CAMERAR. *Epit.* p. 107. ob auriculas.  
 An *Oser rouge* du HAMEL?  
*Salix spontanea fragilis. amygdalino folio, auriculata* J. B. I. P. 2. p. 214.  
*Salix folio lato, splendente, fragilis* RAJ. & DILLEN. *Syn.* III. p. 448. ex fide exempli  
 a DILLENIO missi LINN. *It. Scan.* 200\*.  
*Salix foliis ferratis, glabris, lanceolatis, stipulis trapeziformibus* LINN. p. 1443. *Flor.*  
*Lapon.* n. 349. t. 8. f. 7. *Iter. Scan.* p. 200.  
 Videtur esse *Salix rubro vimine* *Obs. de la Societè de Rennes II.* p. 250.  
 Ad ripas lacus Lemani cis *Lutry*. In vineis passim, etiam Basileæ.  
 Pulchra arbor paulo priori humilior. Vimen & petiolus purpureus, glabrum illud & flexile.  
 Folia permagna, nitida, glaberrima, majora, quam albæ, aliquanto latiora,  
 longe lanceolata, purpurea, glandula in quoque dente. Stipulæ binatæ, quæ  
 imis foliis defunt, sursum semper majores, semiamplexicaules, lanceolatæ, ser-  
 ratæ. Florentem non vidi. Ad vimina feritur, ut non sit fragilis.

1637. SALIX foliis glabris, elliptico lanceolatis, ferratis, stipulis dentatis, julis gra- *triandra*  
 cilibus, triandris *Emend. III.* n. 89. *Fl.* n. 10.  
*Salix* LINN. p. 1442. *Flor. Ing.* p. 156. add. SCOPOLI p. 409.  
*Salix foliis elliptico lanceolatis, utrinque glabris, serratis, appendiculatis* GMELIN. n. 9.  
 t. 34. f. 3. bene.  
 Non rara ad fossas, in sabulosis Rhodani ripis, in dimetis. Etiam Gottingæ. Ad  
 Birsam.  
 Arbor modica. Folia juniore breviora, ovato lanceolata, subtus polline tenui, &  
 glauco adpersa: adultæ longiora, firma, laurina, glabra, subtus pallida, fere  
 incana, acute ferrata, dentibus cartilagineis, qui in juniore non adparent: sti-  
 pulis inferne nullis, superius brevibus, latiusculis, ferratis. Juli pergraciles, pa-  
 rum de foliis eminent. Glumæ petiolatæ, elatæ, cavæ, pene cordatæ. Glumæ  
 florales valde pilosæ. Stamina frequentius terna, etiam bina. Capsulæ glabræ. Vi-  
 men e flavo fuscum, flexile.  
 Duritate habitus; foliis minoribus, subtus incanis, a priori differt.

1638. SALIX stipulis dentatis, foliis glabris, ovato lanceolatis, glumis ovatis *fragilis? h.*  
 pilosis.  
*Salix fragilis* C. B. *Prodr.* p. 159. secundum LINNÆUM, certe non fragilis  
 Anglorum.  
 An *Salix foliis ferratis glabris, subovatis, acutis, sessilibus, stipulis subcordatis* LINN.  
 p. 1443. *Flor. Lapon.* t. 8. G. ? satis accedit.  
*Salix folio auriculato splendente, flexilis* RAJ. *Syn.* III. p. 448. *hist.* p. 1420. ex fide  
 exempli HUDSONIANI.  
 Vimen fuscum: juli foliis breviores, capsulis fuscis, longe eminentibus; stipulis  
 exiguis, subrotundis, crenatis, foliorum robusto & brevi petiolo, absque glan-  
 dula, ipsis foliis ovatis & ovato lanceolatis, acute ferratis, dentibus robustis, utrin-  
 que glabris, nervo flavescente, inferne pallidis. Juli densi, lati, squamis intus  
 egregie pilosis, peculiariter ovatis, obtusis, ex qua nota adgnoscas. Stamina  
 fere quatuor.  
 A præcedente differt foliis & habitu majoribus, istis subtus non glaucis; non satis  
 certa civis, cum loci natalis oblitus sim.

1639.

*pentandra*

1639. SALIX foliis glabris ovato lanceolatis, petiolis glandulosis, floribus hexandris.  
*Salix spontanea folio amygdalino, fragilis, non auriculata* J. B.  
*Salix folio laureo, seu lato, glabro, odorato* RAJ. Syn. III. p. 449. *hif.* p. 1420.  
*Salix floribus pentandris* LINN. Flor. Lapon. p. 370. t. 8. f. 3. Z.  
*Salix foliis serratis glabris, flosculis pentandris* LINN. p. 1447. GMELIN. I. t. 34.  
 f. 1. foliis anguste ellipticis.

In Helvetia non vulgarem, Basileæ legi.

Arbor erecta, virgæ coloris ex luteo sanguinei. Folia dura, laurina, splendentia, utrinque glabra, ovato lanceolata, argute ferrata, dentibus cartilagineis, petiolo lato, glandulis adperso, uno pluribusve, sæpe numerosis. Eadem adulta longiora fiunt. Juli gluma pilosa, fusca, ovato lanceolata; staminibus quinis, septenis, frequentius senis, longe eminentibus. Auriculas plerumque nullas habet, & ea nota a præcedente differt, coram tamen in exemplo (s) pentandro stipulas video. Etiam sapore & odore ad Laurum accedere FLOVER (t).

Porro pappum Cl. WESTBEK (y) gossypii vices docuit explere. Fructus in lata lintea expanduntur, ita intra unum, alterumve diem pappum suum fundunt, rastro colliguntur, invertuntur, intra aliquot horas iterato pappum fundunt (z). Semina, etsi non nocent, proprio artificio separari possunt (a).

Recens pappus optima est *Watte*, qua culcitæ, aliave replentur, quæ debent cum mollitie crassa esse. Si recens non habeatur, oportet dipfati sativi ope pecti, vel in proprio vase bacillo conquassari. Rem in ipso opere constitit firmam esse, cum operarum director *Sarvesfield* ad usus publicos hoc pappo usus sit, melius si tertia pars Gossypii admisceretur (b). Necesse tamen est in vestibus, aut in culcitris, hunc pappum filis distinguere, alias in unum acervum se collecturum (c). Cum gossypio bona dat ellychnia (d).

*helix n.*

1640. SALIX monandra, foliis glabris, lineari lanceolatis, ferratis, superne conjugatis, julis tomentosis *Emend.* III. n. 93.

*Salix helice* THEOPHRASTI LUGDUN. p. 277.

*Salix humilior foliis angustis, subcinereis, ut plurimum sibi invicem oppositis* RAJ. *Plant. Cantabr.* p. 144.

*Salix foliis serratis glabris, lanceolato linearibus, superioribus oppositis, obliquis* LINN. p. 1444.

*Salix monandra* ARDUINI *Mém.* p. 67. *ic.*

An *Salix* Cl. la CHENAL. n. 23? Sed auriculatam dicit.

β. *Salix humilis, capite squamoso* C. B. & forte EJUŒDEM *Salix rubens*.

Vulgo in oris fluviorum, & in pascuis.

Inter minores est Salices, decempedalis, etiam humilior, ramis lentis, faturate purpureis, quando maturi. Folia inferiora alterna, superiora sibi vicina, & pene opposita, firmula, inferne glauca, superne livida, ora ultima dentata, ad petiolum integra, lineari lanceolata, & cis finem latiora. Juli mares graciles, toti pappo efflorescunt, glumis ovatis, rubris, deinde nigris. Stamina ad quamque glumam solitaria. Capsulæ serico lanuginosæ.

Hæc est *Ouarfe* Aqûilejensium, quæ ad continendos & firmandos glareosos aggeres, adque ripas fluviorum feritur.

Frequentius ista, quam aliæ Salices glomeres (e) foliosos adnatos habet, quas rosas vocant.

Ex gallis quibusdam ad folia Salicis nascentibus contracta gula (f).

An

(s) *Emend.* III. n. 88.

(t) *Pharmacopœia*. p. 178.

(y) In proprio libello. *Om Svenska bomull* LINN. *Wästgötha resa* p. 3.

(z) p. 10.

(a) p. 12.

(b) *Id.*

(c) *Id.*

(d) *Id.*

(e) *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. 6. 7. obs. 17. ann. 3. append. ad 162. Bresl. Saml. ann. 1721. m. Maj. ann. 1723. m. Septembr. ann. 1726. m. August.*

(f) *Oecon. Pflanzbist. X. p. 127.*

An datur planta vere ab ista diversa, quam LINNÆUS dixit *Salicem foliis serratis glabris, lanceolatis, inferioribus oppositis* p. 1444. It. Scam. 252. quam vocat vulgarem nigricantem, folio serrato C. B. Inter meas certe nulla est.  
Ex Anglia habui varietatem folio lato, ovato, crenato, ceterum simillimo julo.

1641. SALIX foliis prælongis, obscure dentatis, subtus tomentosis & albicantibus *vinivalis*  
Emend. III. n. 103.

*Salix fragilis* C. B. Prodr. p. 159.

*Salix longissimo folio* RAJ. Cent. p. 146. &c.

*Salix foliis angustis & longissimis crispis, subtus albicantibus* J. B. I. p. 212.

*Salix foliis subintegerrimis, lanceolato linearibus, longissimis, acutis, subtus sericeis, ramis virgatis* LINN. p. 1448.

In torrentum alveis, adque sepes.

Arbuscula decempedalis. Rami longi, recti, fragiles. Folia plerumque prælonga, trium unciarum & ultra, linearia, angusta, nervis divergentibus, parallelis, superne hirsuta vel glabra, subtus constanter tomentosa & alba, oris tenuiter dentatis, ut tamen margo contractus dentes sæpe abscondat. Juli inter folia sessiles, foliis breviores, graciles, cylindrici. Glumæ ovato lanceolatae, fuscae. Capsulae juniores sericeae.

β. *Salix foliis ex ellipsi lanceolatis integerrimis, subtus sericeis amentis brevibus* GMELIN. Flor. I. p. 162. n. 18. Emend. III. n. 94.

*Salix folio oblongo incano* C. B.

Passim repeti, etiam *Aquilejae*.

Arborem vidi, non exiguam, foliis pene ovatis, subtus incanis, oris integerrimis. Juli breves, ovati, sessiles; capsula albo tomento obducta.

1642. SALIX foliis integerrimis, ovato lanceolatis, subtus sericeis, julis tomentosis *armonia R*  
Emend. IV. n. 19.

*Salix foliis integris, utrinque hirsutis, lanceolatis* LINN. Flor. Lapon. n. 367. t. VIII. p. 8. t. 7. f. 5. Enum. Ed. I. n. 21. t. 14. LINN. Spec. p. 1447. qui meam iconem bis citat.

*Salix pumila, foliis utrinque candicantibus & lanuginosis* GMELIN. p. 164. t. 36. f. 1. bene.

Passim in Alpibus. In *Albula Rhetica* HUBERUS. In *Boulaire* monte, supra mont. *Enzeinda*, in mont. *Richard*, *Dansax*, *aux Martinets*, in mont. *Zinkengletscher*, *Stafelberg*, *Sempronio*, *Pennino*, *Salanfe*, *Fouly*.

Frutex humilis, diffusus, bipedalis; virgæ angulosæ, sature purpureæ, aurantiæ. Foliis etiam in gemma pars supina viridis, fere glabra, & in adulta levis: pars supina inferne sericea, tota nitida, nervo potissimum: id sericum matura folia amittunt. Ora rarissime ferrata. Juli ericei, glumis fuscis, longe lanceolatis capsulae totæ serico nitentes, mares ovati, papposissimi. Foliis longiores, femininis breviores.

- \* 1643. SALIX foliis crassis, elliptico lanceolatis integerrimis, utrinque sericeis. *lapponum R*

An hæc fuerint ob vim vocis *Salix pumila, foliis utrinque candicantibus & lanuginosis* RAJ. Syn. III. p. 447. t. 19. f. 3. Figura ad priorem accedit. Planta tamen a Cl. HUDSONO missa brevior quam nostra est, & ovato folio.

Icon OEDERI t. 197. folia ejusdem figuræ cum nostra habet, sed viridia.

Alpina planta, in monte *la Boulaire*, *sex rouge*, *au rocher du tremble*, *la Varas*, &c.

Fruticulus tripedalis, diffusus. Virgæ fragiles, nitentes, lividæ, angulosæ. Folia, quale nomen exprimit, utrinque tomentosa, tomento adpresso. Juli petiolati, cylindrici, foliis breviores. Gluma distemon, pilosa, fusca, lanceolata. Capsulae albæ, sericeæ.

Proxima priori, diversa, quod utrinque tomentosa, & folio sit multo crassiori.

1644. SALIX procumbens, foliis lanceolatis, subtus sericeis Emend. III. n. 94. *rosmarinifolia R*

*Hort. Gotting.*

*Salix humilis repens* LOBEL. II. p. 137. J. B. I. p. 209.

*Salix*

H h h h 2

*Salix pumila angustifolia, inferne lanuginosa* J. B. I. p. 212. RAJ. fide exempli HUDSONIANI.

*Salix foliis lanceolato linearibus, subtus villosis splendidibus* KRASCHENINNIKOF Flor. ingr. p. 158.

*Salix pumila, linifolia, incana* BLAKSTONE p. 87.

*Salix αλπινολευκορρορης* RICHER.

*Salix foliis integerrimis, lanceolato linearibus, striatis, sessilibus, subtus tomentosis* LINN. p. 1448.

Abunde in torfaceis, inque glareis torrentium Grande Eau, Baye de Clarens, sur Chasseral, à la Chaux d'Abelle.

Ex humillioribus, omnium Salicum minima, cum Serpyllifolia, & Ulmifolia; prostrata, virgis angulosis, nigris. Folia ima rotundiora, superiora acutiora, lanceolata, superne glabra, inferne sericeo nitentia; ora quidem serrata, ut tamen sæpe contracta dentes abscondat. Juli per caulem sessiles, breves, ovati. Glumæ fuscæ, pilosæ. Capsulæ raræ, ut nullus pappus intercedat, maturæ longe mucronatæ, leves, & fuscæ.

*myrsinita*

1645. SALIX foliis ovato lanceolatis, venosis, ferratis, julis tomentosis Emend. III. n. 96. IV. n. 17.

*Salix foliis serratis, glabris, ovatis* LINN. Flor. Lapon. t. 7. f. 6. t. 8. f. venosis Spec. p. 1445.

*Salix alpina foliis angustioribus, splendidibus, serratis* SCHEUCHZER. It. IV. p. 340.

*Salix pumila alpina myrsinites* PONTEDEK. Compend. tab. p. 149.

In montibus Albula, Gemmo, Fouly, Audon, Pané Rossa, St. Bernhard, Sylvio, altiorum alpium filia.

Ex humillimis, pedalis, cortice scabro, rubente. Folia nitida, firma, juniora inferne subsericea, superiora etiam utrinque, inde glabra, per oram subtiliter serrata, ex ellipticis lanceolata, exigua, utrinque venosa. Juli extra folia in suis petiolis se efferunt. Glumæ ciliatæ. Stamina prælonga. Julus femininus pro portione maximus, pappo densissimo, glumis nigris, ciliatis, capsulis sericeis.

Vicina sequenti 1647. differt tota statura, & foliis constanter multo minoribus, etiam cum maturissimo pappo.

*myrtilloidea R.*

1646. SALIX foliis ovato lanceolatis glabris, obscure ferratis, venosis.

*Salix pumila, folio utrinque glabro* J. B. I. p. 217.

*Salix latifolia, folio utrinque glabro, superne splendente* RAJ. hist. p. 1422. Ita SCHEUCHZER.

An *Salix foliis integris glabris, ovatis, acutis* LINN. Flor. Lapon. p. 357. t. 8. f. i. k? Si ora dentes non vidit.

Inter SCHEUCHZERIANAS.

Planta a nostris omnibus diversa, vimine atro purpureo, foliis petiolatis, ovato lanceolatis, glabris, reticulo duro, & insigni notatis, nervis etiam subrubellis, ora tenuiter dentata, ut tamen ora replicata dentes abscondat. Juli ovati magni, foliis longiores capsulis cinnameis, glabris.

A Myrsinite longissime differt.

*arbuscula*

\* 1647. SALIX foliis ovato lanceolatis, teneris, ferratis, stipulis lanceolatis Enum. III. n. 95.

*Salix latifolia, folio utrinque glabro, superne splendente* SCHEUCHZER It. I. p. 17.

*Salix foliis serratis, glabris, obovatis* LINN. Flor. Lapon. p. 352. t. 8. E. c.

*Salix foliis integris glabris, ovatis, confertis, pellucidis* EJUSDEM. ibid. n. 356.

*Salix foliis serratis, glabris, lanceolatis, utrinque acutis* EJUSDEM n. 360. t. 8. m. Ita LINNÆUS, nam folia valde parva sunt.

*Salix foliis subserratis glabris, subdiaphanis, subtus glaucis, caule suffruticoso* GMELIN. Flor. Sibir. I. p. 166. LINN. Spec. p. 1445.

In alpinis frequens Boulaire, Lavaraz, Richard, Martinets, Combanivaz, Essuyere, Javernaz, Prapioz, Aquilejensium. In monte a' Avignon, & supra Portvaley, & in montibus du Val de Lie Valesiæ. Ad pedem montis Titliaci SCHEUCHZERUS, si recte divinavi.

Frutex humilis, tripedalis, frondosus, vimine fragili, cortice fusco & nigro. Folia congesta, glabra, tenera, circumserata, inferne glauca, nonnunquam subhirsuta, ovato

ovato



ovato lanceolata, non acuminata, dentibus sæpe absconsis. In longioribus ramis accedunt stipulæ circumferratæ, fursum in ramo de more majores. Juli in brevibus pedunculis longi, de foliis eminentes. Glumæ sericeo villo in utroque sexu nitent. Capsulæ glabræ, purpureæ, longo collo. Stamina bina. Folia ex gemma prodeuntia juniora sericeum nitorem habent.

## II. FOLIIS ROTUNDIS.

1648. SALIX foliis glabris, ovatis, nitentibus, julis paucifloris *Emend. III. n. 97.* — *Natura*

*It. Helvet. II. n. 80.*

*Salix pusilla, humilis CAMERAR. Epit. p. 108.*

*Salix alpina angustifolia, repens, non incana C. B. Prodr. p. 159.*

*Salix alpina pusilla, repens, retuso Serpylli folio lucido BOCCONE Mus di piant. p. 18.*

*cum icone t. I. SCHEUCHZER. It. I. p. 48. It. V. p. 427.*

*Salix foliis subserratis glabris, obovatis, obtusissimis. LINN. Spec. p. 1445.*

Frequens in summis montium jugis, ut in *Chasseral*, tum in omnibus alpinis petrosis. Fruticulus humilis, pedalis, tamen frondosus. Folia nitida, glaberrima, elliptica, juniora & inferiora perfecte rotunda, in ramis longioribus vero lanceolata, serrata. Juli constanter glabri, glumis magnis ovatis, obtusis, glabris, staminibus longis, geminis, adeo cæterum pauciflori, ut in summis alpibus etiam unifloros repererim.

*Bombace di vedreto*, ad vulnera sananda celebrata, est pappus hujus Salicis.

*Salix fusca* huic proxima, foliis utriusque villosis est. LINN. p. 1447. n. 26.

β. *Salix foliis integris glabris, ovatis, alternis LINN. Flor. Lapon. t. 8. n. 357.*

*Salix foliis integris glabris, ovatis, acutis LINN. Spec. p. 1436.*

In mont. *Tête de rang, Chasseral, &c.*

Penitus aliam plantam esse putes, quam alpium illam serpyllifoliam. Caulis cubitalis, aurantio & rugoso cortice. Folia dura, glabra, nitida, nervosa, ovata, obtusa, plerumque tamen acuta, petiolo perbrevis. Ora secundum naturam integra, frequenter undulata & ferrata.

1649. SALIX foliis orbiculatis ferratis, glabris, julis paucifloris *Emend. III. n. 98.* *herbacea*

*Salix saxatilis minima C. B. Prodr. p. 159.*

*Herba facie Pyrole MARTENS Reise nach Spizbergen p. 47. t. 5. ad B.*

*Salix alpina minima, lucida, repens, Alni rotundo folio BOCCONE Mus di piant. p. 29.*

*& Salix alpina Alni rotundo folio, repens BOCCONE ibid. t. I. SCHEUCHZER.*

*It. II. p. 140.*

*Salix foliis serratis, glabris, orbiculatis LINN. Flor. Lapon. n. 355. t. 7. f. 3 4. t. 8.*

*f. h. Spec. p. 1445.*

In altioribus alpibus, *Furca, Septimo, Col de Ferry, Jeman, Prapioz, Arbignoz, Grandvire, Enzeinda, Martinets*, circa *Scaturigines Rhodani*. In *Krajalp Abbatibus cellanorum, Speluga, &c.*

Non herbacea quidem, sed durus fruticulus, brevissimis vero ramis, biuncialibus, nigris, vix unquam dodrantalibus, procumbentibus. Folia petiolata, orbiculata, non acuminata, etiam emarginata, circumferrata, glaberrima, venosa. Juli pauciflori, duorum, ad quinque florum. Glumæ flavæ, ciliatæ. Capsulæ glabræ, in humillima planta ex maximis.

1650. SALIX foliis rotundis integerrimis, subtus tomentosis, julis gracilibus, longe petiolatis *Emend. III. n. 102.* *reticulata*

*Salix pumila, folio rotundo J. B. I. P. 2. p. 217. SCHEUCHZER. It. I. p. 47. IV.*

*p. 340. ZANONI Edit. Nov. p. 194. t. 117.*

*Salix foliis integris, glabris, subtus reticulatis LINN. Flor. Lapon. n. 359. t. 7. f. 1. 2.*

Nostræ tamen plantæ neque crassi juli conveniunt, neque folia glabra.

*Icon OEDERI t. 212.*

In omnibus alpibus vulgatissima: etiam in montanis Juræ.

Frutex humilis, vix pedali major, prostratus, diffusus, ramis nodosis, cinereis. Folia petiolata ovata, non serrata, superne glabra, inferne alias pure sericea, filis adpressis, alias lanuginosa, rugosa, nervis eminentibus. Juli feminini longi, in unciali

Tom. II.

IIII

unciali petiolo, ut super folia se efferant, gracillimi ceterum & pauciflori, glumis fuscis, ovatis, capsulis lanuginosis, quæ per ætatem calvefcunt, & fuscæ fiunt. Juli mares similes, longi.

Ludit etiam figura foliorum oblonga: tomento etiam superne crasso, qualis in monte *Rosboden* lecta est. Sed petioli longitudo perpetua est.

*Lanata R.*

1651. SALIX foliis integerrimis, ovato lanceolatis, subtus sericeis, julis ovatis. Plantæ incredibiliter variæ, ab omnibus scriptoribus, etiam a LINNÆO, in plures species disceptæ, secundum præcipuas varietates & ego nomina imponam, etsi manifesto video, omnes in præcipuis notis consentire, fungosa natura folii, stipularum per ætatem incremento, julis brevibus ovatis, glumis fuscis, papposis, capsulis sericeis.

Prima ergo erit vicina proxime priori 1650, cujus nomen præfixi, in omnibus dumetis verno tempore florens, decempedalis, ligno fragili, folio ovato, breviter lanceolato, juniore toto villoso, maturo superne calvo, inferne toto perpetuo sericeo villo, nitente, obfite, absque dentibus in ora & stipulis. Juli ovati crassissimi; mares glumis hirsutis, fuscis, nectariis bifidis, pappo plurimo, staminibus longis, odore grato. Femininæ capsulæ sericæ, in adulta planta pene leves, & ex viridi flaventes. Hæc est

*Salix latifolia rotunda* C. B. RAJ. *Syn. III.* p. 449. &c.

Hujus exigua & aquatica varietas est

*Salix foliis utrinque lanatis, subrotundis, acutis* LINN. p. 1446. *Flor. Lapon.* t. 8. f. 7. bene.

& *Salix foliis integris subtus villosis, lanceolato ovatis, utrinque acutis* LINN. *Flor. Lapon.* n. 361. t. 8. n. hæc ex acutioribus.

*aurita*

1652. SALIX foliis rugosis, reticulatis, integerrimis, inferne tomentosis, julis ovatis. Ad hanc pertinent proxime.

*Salix caprea pumila, folio subrotundo, subtus incano* RAJ. *Syn. III.* p. 450. n. 18. ex fide plantæ HUDSONIANÆ & DILLENIANÆ olim ad me missæ.

*Salix folio rotundo minore* DILLEN. *Syn. III.* p. 17. ex fide exempli sicci.

*Salix foliis integerrimis, utrinque villosis, obovatis, appendiculatis* LINN. *Flor. Lapon.* n. 365. t. 8. z. quod exemplum ex minimis est *Spec.* p. 1446.

Huic foliorum figura eadem, etiam rotundior, mucrone minus acuminato, juli iidem, sed habitus humilior, folia, ut in adultiori planta, magis crassula, superne obscure viridia, subhirsuta, inferne venosa, tomentosa. Vimen inferne glabrum, superne villosum. In superioribus foliis grandes amplexicaules stipulæ.

*caprea*

1653. SALIX foliis ovatis rugosis, subtus reticulatis, tomentosis, julis ovatis, stipulis amplexicaulibus, ferratis.

*Salix caprea latifolia* TABERNÆMONT. p. 1038.

*Salix latifolia inferne hirsuta* J. B. I. p. 215.

*Salix folio ex rotunditate acuminato* C. B. *Basil.* &c.

*Marceau du HAMEL.*

*Sohlweide* CRAMER. t. 14. f. 2.

*Salix foliis ovatis rugosis, subtus tomentosis, undatis, superne denticulatis* LINN. p. 1448.

GMELIN. *Flor. Sibir. I.* p. 157.

& *Salix foliis elliptico lanceolatis, subtus sericeis, appendiculatis* GMELIN. *Flor. I.* p. 169.

*Salix foliis oblongis subtus villosis, inferioribus crenatis, superioribus integris* LINN. *Flor.*

*Lapon.* n. 967. t. 8. f. u. angustifolium specimen.

*Icon OEDERI* t. 245.

Hæc omnium in dumetis vulgatissima, altior, decempedalis. Folia ei magis ovata, plerumque acuminata, ut in n. 1652. rugosa, & subtus reticulata, sed oris evidentius ferratis. Vidi longa, superne lucida, familia amygdalinæ, subtus tamen reticulata & villosa. Stipulæ ad folia superiora circumferratæ. Flores, ut in n. 1651. & gallæ in foliis frequentes. Nectarium cordiforme. Stamina sæpe femibifida (†). Vimen flexile.

Nigro colore tingit (u). Cortex ad opera coriaria valet.

In

(†) LA CHENAL, SCOPOLI. p. 406.

(u) K. Swensk. *Wetensk. Acad. Handl.* 1761. trim. 4.

In humili varietate *Bructeri* montis gallas reperi.

Salicis istius quamdam spongiam nuper vidi, rosaceæ non dissimilem, in univcrsum reniformem, in lobulos divisam, quorum basis ex innumeris stipatis parallelis foliolis constat; extremi fines iisdem foliis laciniatis, & in breves lanceolatos lobulos spinulasque divisim stipantur.

1654. SALIX foliis glabris ovatis, ferratis, stipulis latissimis *Enum. I. n. 1. GME-* *hastata*  
LIN. p. 156. n. 10.

*Salix latifolia non hirsuta* J. B. I. P. 2. p. 216.

*Salix foliis serratis glabris, subovatis, acutis, sessilibus, stipulis subcordatis* LINN. p. 1443.

*Salix foliis serratis, glabris, subovatis, sessilibus, appendiculatis* LINN. *Flor. Lapon.*  
n. 354. t. 8.

Bernæ in sylvis, & ad fluviorum ripas. GAGNEBIN in *Combe de Valanvron*.

Nihil potest a n. 1651. alienius cogitari, nisi gradus adessent intermedii.

Frutex mediocris, decempedalis, rami juniores tomentosi, flexiles. Stipulæ amplissimæ, amplexicaules, dentatæ. Folium peramplum, in meis ex ovato paulum lanceolatum, glabrum, tamen venosum, margine ferrato: in planta Cl. GAGNEBINI longius lanceolatum.

Simillimas vero plantas habeo, pertinentes ad n. 1653. folio & auribus amplissimis, sed subtus tomentosis.

1655. SALIX foliis ovato lanceolatis, ferratis, subtus albidissimis *Emend. III. n. 90.*

*Salix alpina pumila, rotundifolia, repens, inferne subcinerea* C. B. SCHEUCHZER. IV.  
p. 340. TITA It. I.

An *Salix pumila, foliis ovalibus, obscure serratis, utrinque levibus, inferne glaucis* GME-  
LIN. n. 15. t. 35. f. 1? foliis nimis integris & nimis ovatis.

Una Seelhofen, in insulis Rhodani, in valle Ursaria, circa Wallenburg (x), prope  
Hinterlachen. Circa Chaud d'Abelle, Burgdorf.

β. Foliis superne hirsutis, inferne tomentosis, reticulatis.

Videtur *Salix pumila, foliis utrinque candicantibus & lanuginosis* SCHEUCHZER.  
It. V. p. 417.

Circa rupes glaciales vallis Grindelwald.

Frutex non supra decem pedes altus, vimine nigro, flexili: julis maribus gracilibus, qua nota a prioribus differt, quibus juli ovati sunt, petiolis argutis; glumis fuscis pilosis; capsulis junioribus fericeis, adultis glabris, inter longiores. Folia prima rotunda, in adulta planta lanceolata, denique ovalia, ferrata, superne glabra, petiolo & nervo fericeis, inferne perfecte glauca. Stipulæ circumferratæ.

A triandra differt folio tamen magis ovato, & aliquid de natura fungosa retinente.

Vidi tamen penitus laurina folia, ramis atro purpureis, foliis ovatis, mucronatis, venosis, nitidis, subnigris, ferratis, diversissimo habitu, quam tamen non separo.

In varietate β. villus qui in α. superne in solo nervo est, hic per totum folium dispersitur, & infernus pollen glaucus in tomentum abit.

Non differre certum est, cum in eodem caule & glauca subtus folia habeam, & villosa.

## VI. C O N I F E R Æ.

LINN. n. 51.

Classis naturalis. Ei flores duorum sexuum, mares quidem constanter in conos congesti, feminæ plerumque: iidem perpetuo separati, alias in eadem planta, alias in diversis. Antheræ pulverulentæ, plerumque sessiles, inter glumas collectæ. Folia in omnibus simplicia, linearia: in plerisque sempervirentia. Natura pene omnibus resinosa, inflammabili succo plena; omnibus etiam commune est, ex depactis ramis non renasci, neque nisi ex femine pullulare (a).

PINUS

(x) Ibid. *Basler Merkwürd.* p. 1527.

(a) THEOPHRAST. *Caus.* L. I. c. 2. BELLON. *conifer.* c. 1.

P I N U S LINN. n. 1077.

A B I E S TOURNEFORT. t. 353. 354.

P I N U S EJUSD. t. 355. 356.

&amp; L A R I X IDEM. t. 357.

Commune est his plantis utriusque sexus julos in eodem stipite, sed diversis locis ferre, conos nempe masculos (*b*), & conos femininos (*c*). Omnibus etiam commune est antheras binas petiolo innatas habere; in feminino vero cono flores quasi biglumes, duas nempe sui dissimiles glumas sibi adplicatas, exteriorem minorem mucronatam, interiori (*d*) & femina bina alata (*e*) in propriis nidis gerit. Hæ glumæ, circa axin communem densissimæ, in junioribus imbricata, per ætatem laxantur, & femina decidua avolant (*f*). Ala membranacea, oblique truncata. Strobili maris glumæ in lato petiolo duas antheras membranaceas gerunt, inde scutum rotundum circumferratum in transversum reflectant. Abieti albæ character paulum differt.

1656. PINUS foliis solitariis, tetragonis, mucronatis

*Picea* (*g*) MATTHIOLI p. 97. bene, CAMERAR. *Epit.* p. 37. BLAKWELL. t. 198. SCALIGER *Exerc.* p. 149. BESLER *Mus.* T. II. fructus.

*Picea Latinorum*, seu ελατη αρρη. J. B. L. P. 2. p. 238.

*Abies tenuiori folio*, fructu deorsum inflexo J. R. H. GARIDEL. t. I.

*Sapin spectac.* de la Natur. II. p. 92.

Icon OEDERT t. 193.

*Sapinu* BELLON. *conifer.* p. 27. cum mala icone

*Suisse* BELLON. *negl. cult.* p. 229.

*Picea* BLAKWELL. t. 198.

*Abies fructu inflexo catal. arbor.* t. 2.

*Roburanne* CRAMER. t. 24.

*Pinus foliis solitariis. subulatis, mucronatis, levibus, bifariam versis* LINN. p. 1421,

*Fichte Germanis* CARLOWIZ. LENGEFELD. t. 3. 4. DOEBEL. III. p. 22.

Nihil in Helvetia frequentius. Alpium (*b*) radices paulo supra terram cultam perpetuo sylvarum Abiegnarum cingulo teguntur, quæ adclivia tenent, quoad rigidior nunc aer Abietes cogat Pinastris cedere, aliisque fruticibus. Juræ fere eadem ratio est. Rupestria loca vestit, etiam asperrima. In planitiem denique passim descendit, frigoris comes & causa.

Arborum Europearum altissima, ad 125. 130. (*i*), & 141. (*k*), & 150. pedes adfurgit, rectissima, pyramidalis, ramis patulis. Folia conferta (*l*), inordinata, minus pectinata, quam sequenti, ex squama corticali oblonga nata, tetragonia, in acutum mucronem extenuata, crassula, viridia, plerumque curvula (*m*). Cortex squamosus, rufus. Coni mares ovati, per foliorum alas sparsi, purpurei. Coni feminae juniores purpurei, maturi penduli, squama exteriore non incremente, hinc minima, ovato lanceolata, interiori ovali, tenui, cordata, cujus pars nuda quadrangularis est & rhomboidea. In gluma interna nidi parvi, femina duo alata parva. Squamæ utramque conorum speciem involventes obtusæ, ovales. Squamæ mares petiolo rugoso, clypeolo subrotundo, ferrato. Materies alba, levis, mollis, in squamas & fibras solubilis, vitiose rubra. Passim tamen etiam durissima, lignæ partes in Abiete subnascuntur a vento depressa (*n*).

Lignum ob rectitudinem, ad trabes ædium, ad malos, ad asseres utilissimum, quo solo fere in Helvetia utimur; tum ad infinita vasa, instrumenta navesque. Carbones, etfi

(*b*) TOURNEFORT. A.

(*c*) P.

(*d*) TREW. *Nov. Epb. Nat. Cur.* V. II. t. 9.

In Abiete f. 26. & TOURNEFORT. Q.

(*e*) In Larice f. 216. LEDERMULLER *Belustig.* II.

t. 54.

(*f*) TREW f. 26. b. f. 29. in Abiete. In Larice

f. 21. a. & f. 22. TOURNEFORT. ad Q.

(*g*) *Piceæ*; Abieti breves crassiores setæ. *Picea ton-*

silis, plurimam dat resinam, ei rami ab ima radice PLIN.

L. XVI. c. 9. Abies femina etiam prolixior, folio

pinnato, denso, ex ea nucamenta pendent *Idem* ibid.

(*b*) In Olympo *Piceæ* BELLON. *Singul.* p. 448.

(*i*) Zohngæ CARDAN. *subtil.* L. VIII. p. 136.

(*k*) PLOW. *Natur. hist. of Staffordshire.* p. 212.

(*l*) CAMERAR. p. 49.

(*m*) *Ibid.*

(*n*) GUNNER *Fior. Norveg.* p. 25.

etli non durissimi, ad metalla fundenda præcipui usus sunt. Sponte resinam in lacrimas se colligentem fundit, quam vocant *Tbus*. Ex incisa arbores (o), vel decorticata (p), resina alba (q) fudat, interque lignum & corticem colligitur, ad 40. libras in annum (r). Ea pix cum aqua cocta, in dolia recepta venit, minimo calore fusilis, & *pix Burgundica* dicitur: eadem ad multos usus servit, adque navium rimas obturandas, & cum asphalto in pulverem redacto egregia est, ad confirmanda vasa lignea. Color ruber ligno communicatur, lavando cum infuso stercore equini, cui urina admista fuerit (r\*).

Cocta siccescit, si diutius cocta fuerit (s), & cum adfuso aceto in colophonium abit (t). Stillatitium dat oleum, ab oleo terebinthinæ diversum, & Colophonio (u) similem materiem relinquit. Ex eo oleo, cum mastiche vernix paratur (x). Ex rejectaneis incensis fumus in conum cannabinum (y), vel in cameras obscuras (z) receptus fuliginem dat, ad varia pigmenta, librorumque impressionem utilem, quæ sola verum atrorem continet. Purior resina, cum oleo suo destillato digesta, dat liquorem venetæ terebinthinæ similem (a).

In medicina parci usus est, negatque ad scorbutum valere HAENIUS (b). In America tamen Abietis species a nostra non diversissima, cum avena coquitur (c), adjicitur depurato liquori deterius saccharum, inque dolio, quod vinum continuerit, aliqua cum vini portione fermentationi permittitur. Ita potus fit subacidus, æstivos per menses non ingratus, quem Angli cum cerevisia parant, vino substituta, vocantque *Sprucebeer*, eoque in freto Hudsoni (d), inclemente sub celo, scorbutum arcent, & in *Terra nova* (e). Succus vermes pellit, fatis vehementer (f). Lactæ capræ, his turionibus pastæ, superata phthisis (f\*).

Etiã sola decocta cum apicibus Pinastris & allio aqua scorbutus (g) in ultimo septentrione sanatur, & similis est abjegnorum conorum efficacia (h), etiã in *invalidorum Parisinorum nosodochio confirmata* (h\*), ut una alvum apertam fervet (i), ulcera pedum liccet (i\*).

Dicitur cerevisiæ vis inebrians a conis Abiegnis augeri (k). Tota arbor diuretica est (l), ut in univèrsam resina & terebinthina urinam ciet. Idem decoctum cum melle & Glycyrrhiza olim CELSIUS (m) adversus phthisin præscripsit, & polline conorum REINESIUS tussim puerorum ferinam sustulit. Ex foliis etiã aqua fatis similis aquæ Regiæ Hungariæ cum spiritu (n) frumenti (n\*) stillat. Oleum templinum verum, ex viridibus conis abietis, subjecto (o) igne obtinetur, & salubris, si placet, spiritus (p). Ex ligno oleum, & acerrimi spiritus magna portio stillat, ad 15. drachmas ex drachmis triginta duabus (q).

Lappones subtilem pelliculam, quæ sub Abietis cortice est, deradunt, & cum farina pinsunt (r). Corticis polline coriario in balneo adhibito scabies sanata (r\*).

Cæterum, pretiosa arbor nostro tempore plurima colitur (s). Nobis ea felicitas est, ut sponte renascatur ex seminibus a vicinia per ventorum ministerium adlatis, & intra sexagesimum annum sylva cæsa fere restituitur, ut certo experimento de valle *les Efferts* supra *Roche* mihi constat. Plenum tamen incrementum secularis demum attingit.

β. Picea

- |  |  |
|--|--|
| (o) DU HAMEL.  | (b) BURGGRAB <i>lesic.</i> p. 26. add. HOFMAN. <i>purgant. Salus. minus cognit.</i> S. PAULI.  |
| (p) AXTIUS <i>conifer.</i>   | (b*) BUCHODZ <i>Plant. Lotharing. VI</i> p. 400. Conf. imprimis CLESC <i>hist. nat. de l'homme.</i> II. p. 140. ad 144. in corpore ulceroso. |
| (q) Etiã in Asia ex Picea pix alba paratur PLIN. L. XIV. c. 20.  | (i) HOFMAN <i>ibid.</i>  |
| (r) DUSHAMME <i>Tantum 4. c. libras ROBERG. pic.</i> p. 10.  | (i*) CLERC II. p. 127.   |
| (r*) BUCHODZ <i>Plant. Lothar. T. VI.</i> p. 401.  | (k) GOTTSCHED. <i>Sen. &amp;c.</i>   |
| (s) AXTIUS, DU HAMEL.  | (l) Resina pura ad dysuriam HÖGSTRÖM. p. 139.  |
| (t) DU HAMEL.  | (m) <i>Tardar. L. II</i> c. 14.  |
| (u) Etiã ROBERG. p. 11.  | (n) <i>Epist. XI.</i>  |
| (x) BELLON. <i>conifer.</i> p. 32.   | (n*) LINN. <i>Skouska resa.</i> p. 387.  |
| (y) AXTIUS, DU HAMEL.  | (o) NEUMAN edit. ZIMMERM. p. 287.  |
| (z) ROBERG. p. 16.   | (p) ROHL. <i>phytotheol.</i> p. 418.   |
| (a) IDEM.  | (q) BARCHUSSEN post <i>Acroam Exp. IV.</i>   |
| (b) IV. p. 234.  | (r) <i>Mémoire. sur les Samojedes</i> p. 51. Etiã in Kamtschatka, Norwegia, Suecia. BARTHOLIN. <i>med. Dan. domest.</i> p. 304.              |
| (c) <i>Voyage for the discov. of the North. West passage</i> p. 170. Addunt etiã Sassafras BOLZ. <i>Berichte I</i> p. 107. | (r*) RIEDLIN <i>millen. n.</i> 117.  |
| (d) ELLIS p. 200.  | (s) CARLOWITZ p. 178. BRADL. <i>phys. acc.</i> p. 177. CRAMER. DU HAMEL.   |
| (e) SMITH <i>Natur. hist. of Corke.</i> p. 350.  |  |
| (f) HÖGSTRÖM. <i>Jämtland.</i> p. 139.   |  |
| (f*) CLERC II. p. 40. 41. 42.  |  |
| (g) <i>Natural hist. of Kamtschatka,</i><br>Tom II.  |  |

K k k k

- β. *Picea pumila* CLUS Pannon. p. 21. J. B. I. p. 241. foliis paulo solidioribus.  
*Abies minor, longioribus fetis, ramulorum ex omni parte prorumpentibus, Pinastrum referens*  
 PLUKNET p. 1. t. 1. f. 1.  
 Non differre RAJUS.  
 γ. ABIES (Sapin) foliis minoribus, minus duris, fructu pendulo mont. Pilati du Lac  
 Lionnois L. p. 354.  
 δ. Quid est *Abies tenuiori folio, fructu sursum spectante* circa Embrius du MAMEL exploit. I.  
 p. 303. Semis. p. 36. addit. p. 1. 2. Nobis non provenit.

1657. PINUS foliis folitariis, planis, pectinatis, emarginatis.  
*Abies* (u) MATTHIOL. p. 102. BELLON. *conifer.* p. 28. b. CAMERAR. *Epit.*  
 p. 48. 49. AXT. *conifer.* c. 1. LINGENFELD t. 1. 2. 3. CARLOWIZ.  
*Sapin* (x) BELLON. *Singular.* p. 370.  
*Abies femina seu ελωτη θηλεια* J. B. I. P. 2. p. 231.  
*Abies ma* BLAKWELL. t. 203.  
*Weistanne* CRAMER. t. 25.  
*Abies Taxi folio, fructu sursum spectante.* Mas J. R. H. &c.  
*Pinus foliis solitariis emarginatis* LINN. p. 1420.

Aliquanto infrequentior, tamen circa Bernam, *Aquilejam*, non rara, & in *Jura* monte.  
 Arbor priori suppar, humilior, cortice albo, ligno molliori, leviori, nisi tectum sit  
 vix duraturo. Rami quasi conjugati, folia pinnata videntur, et si solitaria omnino,  
 & inordinata proveniunt: plana eadem, apice retuso, bifido, etiam acuto, parte  
 inferiori tribus lineis viridibus & duabus albis fossulis divisa. Juli mares  
 fiunt scutis purpureis, reflexis, inque petiolo duabus antheris pulveriferis.  
 Coni (y) feminae sessiles, ex nido squamarum erecti (z), juniores melius fa-  
 bricam ostendunt. Arcuissime adplicatae sunt glumae & imbricatae. Major interior  
 cordiformis, simplex, arcu majore & obtuso terminatur. Haec femina duo in  
 suis nidis habet. Gluma exterior gracilis, tenuior, medio interioris dorso adplicata,  
 media educit replicatum semicirculum fuscum (a), siccum, ferratum, de quo  
 acutus & lanceolatus mucro descendit, quo mucrone a rubra 1656. longe differt.  
 Semina longe ovata (b); ala sicca & foliacea, acuta.

In hac arbore sponte per corticem efflorescunt vesicae, plenae resina (c) liquida, lim-  
 pida, terebinthinarum optima (d): eam alpicolae incisa vesica colligunt. Ejus  
 essentia obtinetur, si cum multa aqua coegeris super ignem de terebinthina nativa  
 stillare. Plurimus utique usus est, vis amara, & odora.

Essentia, quando resinas concretas dissolvit, vernicem praestat. Caput mortuum, quod  
 superest, *Colophonia* dicitur (e).

Vires medicae notae sunt. Balsamis orientalibus lacrumam Abietum KRAMERUS  
 aequat (f). Urinam terebinthina urget, & violae odore tingit. Ejus usu, ad  
 unciam sumtae, rheumatismum & arthritidem superari HARRIS. In chirurgicis  
 celeberrima, composita, est usitatus *digestivum*, cum putredinem acida vi abi-  
 gat. Saepe expertus sum, cadavera, quibus oleo terebinthina injecto repleta vasa  
 erant, potius glutine quodam fedari, quam putrescere. Calidum sanguinem co-  
 git, & haemorrhagias supprimit. Nucleos edules esse lego (g): sed tentavi,  
 amari sunt, & intolerabiles. Infusum summorum apicum plantae scorbuto adver-  
 fari, facilius crediderim (h).

1658. PINUS foliis fasciculatis deciduis.  
*Larix* MATTHIOL. p. 105. CAMERAR. *Epit.* p. 45. BELLON *Singular.* p. 449.  
 CLUS. Pannon. p. 21. BLAKWELL. t. 477.

*Larix*

(u) Abietes arbores rectissimae, altissimae PLIN. L.  
 XVI c. 39. Rami in caelum tendunt, non in latera  
 proni c. 40.  
 In Olympo altissimae Abietes Albae BELLON. p. 448.  
 (x) Sapinus non arbor est, sed materies PLIN. L.  
 XV c. 12. Abieti quae pars a terra fuit enodis, haec  
 decorticatur, dicitur Sapinus PLIN. L. XVI c. 39.  
 (y) *Emend.* III. n. 85.  
 (z) LOBEL *advers.* p. 450. BELLON. *neglect.* p. 229.  
 (a) TREW L. C. f. 28. 29. & CAMERAR. p. 29.

(b) TARW p. 30.  
 (c) Lacruma ex Abiete SGALIGEN. *Emend.* 149.  
 (d) Melior quam Larigna MATTHIOL. p. 107. 334.  
 Ubique pro terebinthina habetur, qua caremus BELLON.  
*conifer.* p. 306. Haec est terebinthina veneta IDZEM. p. 37.  
 (e) WILHELMII *terebinth.* p. 12.  
 (f) *Med. veritas*, p. 67.  
 (g) *Bresl. Saml.* ann. 1723. m. Jul.  
 (h) *Ibid.*

*Larix folio deciduo, conifera* J. B. I. P. 2. p. 265. *Catal. arbor. frut. t. II.*

*Pinus sylvestris minor, Laricis probilo* BARRELLIER. ic 500.

*Lerchenbaum* CRAMER. t. 28.

*Pinus foliis fasciculatis obtusis* LINN. p. 1420.

In alpium mediocri altitudine, supra Abietes, per herbosa & prata superiora amant succrescere, & in humiliora passim descendunt, ut circa *Panex*, *Bevioux*, supra *Ivorne*, in planitiem denique circa *Aganum*.

Arbor recta (i), Abiete humilior (k), ramis brevioribus, ligno rubro (i), multo densiori, & firmiori. Folia mollia, tamen acuta, pedicillos (m) ex nodis de latere ramorum faciunt, & sola inter coniferas nostras hieme delabuntur. Eos pedicillos filamenta transversa, in speciem vaginæ ambiunt. Coni feminini (n) rotundiores, breviores, ovati. Sic glumæ florales.

In tenero cono gluma exterior squalida, oblonga, tricuspidata, medio de hilo spiculum longius edit (o). Interior squama carnosâ, in juniore planta perparva est, subrotunda, matura simplex & viridis: sed externa parum increfcit, dum interna maxima (p) capit incrementa, cumque ea semina increfcunt. Per intervalla vero squamarum interiorum mucrones exteriorum glumarum exeunt, & conum reddunt hispidum. Semina in squama interna (q) duo, ovata, alata, hirsuta, septo separantur, & multa abortant. Juli mares minimi, purpurei (r), sessiles (s), ovati. Scutula umbonata, petiolo biloculari, duas antheras gerente; sub utroque genere conorum glumæ involventes, subulatæ.

Tota planta boni odoris est, & resinosa. Lignum limpida lacruma undique turget, quam continuo per aliquot annos fadat, hinc ad domuum interiora vestimenta inutilis. Ea resina perterebrato (t) ligno obtinetur, frequente in Rætia & a Brigantibus vallium Valdensium artificio, & vulgo in medicas officinas (u), inque artium usum recipitur, nomenque Laricis in Helvetico idiomate tueretur, & a gnaro vito Cypriæ (x) præfertur (y). In adultioribus arboribus resina in ligno confluit & receptacula quædam replet, & ejus una arbor quotannis ad quinque libras fundit (z). De ea terebratione aliquanto deterius oleum stillat, & colophonium in fundo residet (a).

Vires terebinthinæ in Abietis historia diximus: Larigna acrior est (b). Ea sola Brigantes sua vulnera curant (c). Interno usu perinde urinam movet, & balsama indica æmulatur; vertiginem tamen, etiam ebrietatem (d) facit.

Porro, uti ex aliis plantis resiniferis (e), Cedro (f) etiam & Junipero (g), per fervidiorem ætatem melleus succus exsudat, ita ex Larice. Eam Brigantes (h) a sole densatum, in alba grana colligunt, neque pharmacopœe alia fere manna in universa Gallia utuntur (i): etsi alii duplo ajunt debiliorem esse (k). Nostris aut nulla provenit, aut certe negligitur, ut vix debuerit inter Helvetiæ proven-tus (l) recenserî. Negat etiam a suis colligi du HAMEL (m). Ex succoso interiori cortice Russi cum farina secalis fermentum faciunt (n).

Lignum compactum, non inelegantis coloris rubri, nunquam albi; aquis fere incorruptum, hinc ad naves fabricandas, ad tubulos, qui fontes adducunt, ad alia opera

(i) Larices rectissimæ, altissimæ PLIN. L. XV c. 39.

(k) Trabem tamen 120. pedum PEINIUS Romæ vi-sam esse ibid.

(l) PLIN. L. XVI. c. 39.

(m) TOURNEFORT. t. 157. m. N. TREW. t. 9.

(n) G. CONUS Laricis BESLER. *musf.* T. H.

(o) TREW. t. 9. f. 21. a. TOURNEFORT. H.

(p) TREW. *ibid.* b. TOURNEFORT. E.

(q) TOURNEFORT. K. K.

(r) SCALIGER *Exerc.* 149. MATTHIOL.

(s) TOURNEFORT. A.

(t) TURNER. II. p. 27. MATTHIOL. p. 106. du HAMEL I. p. 315.

(u) MATTHIOL. BELLON. *conifer.* p. 31.

(x) Eam etiam ex Larice esse BEASSAVOLA p. 662.

(y) FALLOP. *Vuln.* p. 286.

(z) DU HAMEL.

(a) IDEM.

(b) DU HAMEL.

(c) BELLOSTE. *Chirurg.* de l'hospital p. 221.

(d) TURNER II. p. 27.

(e) In Stiria superiori, ad folia THONER. *Epist.* 16. L. VI.

(f) Sodat melleum quid PLIN. L. XVI. c. 9. Cur ergo esset melleus ut SCALIGER? aut vitæ? PLIN. p. 257. aut tetragonon Hippocratis ut SIEGEBERK *Diff.* esse Cedrum magnam Græcorum P. HESSUS *problem.* p. 67. Cum nulla in Græcia proveniat BELLON. *Singul.* p. 449.

(g) COSTÆUS ad MESUEN p. 126. non satis certo.

(h) *Mémoire de l'Académie des belles lettres* BELLON. Male ex Picea COSTÆUS.

(i) LOEHL. *advers.* p. 26. STROBELBERGER *de-script. Gallia* p. 255.

(k) SAURIN. *Supplém. aux plantes usuelles de* CHOMEL. p. 19.

(l) CONSTANT. *Medic. Helvet.* p. 13. *Essays de pharmacie.* p. 215.

(m) I. p. 319.

(n) GMELIN I. p. 276.

opera aquis obnoxia optimum. Ad ædificia id vitii labet, quod se contorqueat & findatur. In Italia pictores fabulas suas in ligno larigno depingunt, quod putredinem (o) non sentiat, eoque sine *Raphael* SANCTIUS (p) utebatur, ut denuo Laricem veterum ædificas. Nam etiam PLINIUS Aegidem (q) larignam citat, immortalis pictorum tabellis. Scriptorum ob duritatem minus placet (r).

Denique etiam focum alit, bonosque carbones (s) præstat, neque aliter a copia resinæ expectes, qua abundat. Ob densitatem fieri potuit, ut aliquando difficilius flammæ (t) cedat; unde veterum (u) opinio, incendiis resistere. In nuperis certe experimentis (x) ardet utique, & apud Tridentinos suo carbone (y) fornaces alit. In aquis non natere (z) fabulosum est: nullum enim lignum ab accolis Lemani lacus Larigno, ad naves construendas præfertur.

Agaricum in Laricibus abunde apud Tridentinos, Rhetosque, & Tirolinos natum, medicina recipit; etiam in Valesia non rarum (a).

Nuper passim colitur, quod celeriter in magnam arborem crederetur convalescere. Id mihi ex densitate ligni, & ex circulis exiguo spatio distitis, incredibile videtur.

1659. PINUS foliis quinis triquetris.

*Pinaster Alevo quinque foliis, nucleo fragili* BELLON. *conifer.* p. 20. b. 21.

*Pinus sylvestris Cembro* (d) CAMERAR. *Epit.* p. 42.

*Pinaster* C. GESNER *Hort. Germ.* p. 272. b. MICHELI *nov. gen. plant.* p. 223. t. 15. HART. *Essays* l. 1. 2.

*Pinus sylvestris montana tertia* C. B. SCHEUCHZER *It. VI.* p. 460.

*Pinus Cembro* LOBEL. *Advers.* p. 449. MATTHIOL. p. 103. &c.

*Larix sempervirens, foliis quinis, nucleis edulibus* BREYNE *Eph. Nat. Cur. Cent. VII. obs. 2.*

*Arbor Limbove Drewo* RZASZCZYNSKI II. p. 278. BRUKMAN in propria *Disput. & Epist.* 89. *Limba Pol.* RZASZCZYNSKI p. 197.

*Pinus foliis quinis levibus* LINN. p. 1419. *It. Scan.* 32.

In alpinis frequens, altius, quam Abietes. Reperi in adscensu montis *Enzeindaz*. Inter *les Barmes & Forclettaz*; integram sylvam in adscensu *Grimfula* supra *Guteudannen*, cis *Haudek* percurri. In valle *Grindelwald*, & circa rupes glaciales, in monte *Intrame*: circa thermas *Leucenses*. In montibus *Fouly, Arbignon, &c.* SCHEUCHZER. Supra *Celerinam* in sylva *Stazz.* In *Maloja* monte.

Arbor difformis, humilior. Cortex ob tubercula quinquefolia scabrior. Vaginæ foliosæ juniores cylindricæ, transversim ductæ, filamentosæ, inde minuuntur. Folia quaterna, quina, ex eodem nodulo, multo validiora, quam in vulgari, quæ continuo dicitur (e), congesta, triquetra, hinc depreffione divisa, inde linea eminente bipartita. Vaginæ fibrosæ longiores, & tria quatuorve magna sicca folia subspadicea habent, similia. Conus femininus ovatus, non acuminatus, crassus & brevis, sub conis feminis congestis, fature purpureis. Gluma exterior minima, brevis, ferrata, & dentata, purpurea. Interior magna parte nuda, quadrangula, intus fere cordiformis, crassa, extus subhirsuta. In parte cava duo nidi ovaes, septo distincti, pro duobus feminibus parati: etiam unicus. In parte convexa etiam duæ leviores scrobes a vicinis feminibus impressæ; pars eminens, seu finis glumæ rhomboideæ crassa. Nuculæ basi acutæ sursum lateffcentes; petiolus in parte crassissima brevissimus, utrinque compressus, lateribus convexioribus. Intus femina ovatum edule. Hi strobili inter folia sessiles. Mares juli ovati, in summis ramis congesti.

Tota arbor plena est terebinthinato, sed gratiori odore. Ex eadem etiam arbore in Carpathicis montibus nascente, aqua de contulis & per quatuor septimanas maceratis furculis igne abacta, adscendit oleum fragrans seu *balsamum Carpathicum*

CURII

(o) PLIN. L. XVI. c. 9.

(p) HART. *Essays of husbandry.* p. 149.

(q) PLIN. L. XVI. c. 19.

(r) GMELIN. *Reis.* III. p. 412.

(s) CRAMER.

(t) HEUCHER. *Oper.* p. 1003.

(u) JUL. CÆSAR. PALEADIUS m. Novembr. & nuper KUSTERUS.

(x) SCALIGER *Exerc.* 156. BELLON. *conifer.*

p. 236. MATTHIOL. p. 256. STAHLBERG. SIMLER. du HAMEL. p. 356.

(y) MATTHIOL. p. 105.

(z) PLIN. L. XVI. c. 39.

(a) MATTHIOL. p. 329.

(d) ZARAWBAR *Pinum Arabibus dicitur CÆSARUS Hierob. l. n. 112.* Sed STRAPPIO ex ARUMANISA Zonobar esse taedam fructum non facientem *Simpl. c. 63.*

(e) *Emend. l. n. 15.*



*cum* (f), quod pro insigni remedio vulnerario venditur, ulcera mundare creditur (g), & calculos cum urina pellere (h).

Semina edulia sunt, nobisque ad eosdem usus servantur, ad quos veteres (i) suis Italicis edulibus Pini nucleis utebantur, ad ulcera mundanda, ad morbos pectoris, ad phthisin, sive ab ægris edantur, sive emulsio ex iis nucibus paratur (k). Oleo super omnes alios fructus abundant, ut libra feminis lini duas uncias det cum dimidia, libra nucum Pinearum uncias quinque (l). Obstructos renes aperire RHAZE (m) ex CRATEVA; ad hæmorrhagias CÆLIUS (n) laudat; ad tussim & phthisin Hyoscyamum MARCELLUS addit (o). Etiam fani homines alpini in cibum recipiunt (p). Venereis rebus augendis diaphatyrion ad-jiciebatur (q).

Materies boni odoris asseres dat (r), nostri ob locorum asperitatem vix utuntur, molle cæterum lignum est, & facilis laboris (s).

Vulgo cum Sibirica Pinu quinquifolia nostra (t) conjungitur, quam AMMANNUS (u) descripsit, & quam vulgo Cedrum in Sibiria vocant (x), quam ipsam in tota Sibiria in mensas recipiunt (y), & ad scorbutum etiam laudant (z). Mihi neque id placet, quod alta & enodis arbor sit (a), neque nucs eadem videntur, quæ nobis rufæ, Sibiricæ Cedro cinerei coloris (b) & majores sunt, lignumque in-odorum Sibirico, nostro fragrans. Separat etiam Cl. du HAMEL (c).

1660. PINUS foliis binis, convexo concavis, conis masculis solitariis alaribus.

*Picea* BELLON *Singul.* p. 175. *conif.* p. 16. 19.

*Pinus sylvestris Genevensis* & *tæda* J. B. I. P. 2. p. 252.

*Pinus sylvestris vulgaris seu Pinaster* BARRELIER. *ic.* 279.

*Pinus sylvestris* BLAKWELL. t. 190. *seu Pinaster* AXI. *conifer.* c. 3.

*Kiefer* CRAMER. t. 26. CARLOWIZ.

*Kiehnbaum* LENGEFELD. t. 5. 6.

*Pinus foliis geminis, primordialibus solitariis glabris* LINN. p. 1418.

In collibus arenosis (d) passim.

Arbor nobis nunquam procera, raro recta, sæpe varie distorta. Vaginæ foliorum cylindricæ, transversim fibrosæ. Folia glauca, binata, hinc convexa, inde concava, in ora subtiliter ciliata. Juli mares (e) erecti, conici, de summo ramo emergentes. Squamæ fuscæ obvolventes, plumosæ, revolvunt apicem suum, & alix breviores basin excipiunt. Ille araneosa lanugine cohærent. Coni minores numerosi; ovati, fiunt glutinis ovato cordatis, absque clypeolo, interne duas antheras adnatas habentibus. Sub novis germinibus coni penduli, ovati, purpurei. Petiolus curvus, plenus squamis fuscis, lanceolatis. Glumæ florum feminarum superiorum interiores (f), deorsum lunatæ, sursum breviarista mucronatæ; inferiorum florum muticæ fere similes sectori circuli vel flabello. Semina jam nunc adparent, & gluma exterior emarginata, margine rubro, in principio glutinum aristatarum constans. Maturæ glumæ feminales finiuntur quadrangulari, rhomboidea (f\*) crassitie, sub qua feminum nidi sunt. Totus strobilus ex ovato conicus, multo crassior & rigidior, quam Abjeti. Semina nucs sunt, quarum putamen de femine facile secedit.

Super

(f) BRUKMAN. *Eph.* 89.

(g) BREYNE *Eph. Nat. Cur. Cont. VII.* obs. 2.

(h) RUENNER. *Cent. IX.* obs. 97.

(i) Cum Marrubio ad asthma Janu DAMASCENUS p. 239. Ad pleuritidem ABET. *Cur. acut. l.c.* ult. Arteriacis ATHENÆUS adnumerat. II. c. 28.

(k) MESUE p. 124. b.

(l) SPIELMAN. *Instit. chein.* p. 75.

(m) *Arbor. IV.*

(n) *Tæd.* L. II. c. 3.

(o) p. 117.

(p) BELLON. *neglect. cult. stirp.* p. 228.

(q) MESUE p. 94. b.

(r) MATTHIOL. p. 103.

(s) GMELIN.

(t) BRUKMAN. *Suppl.* p. 17. GMELIN. LINNAUS.

(u) *Plant. Rusten.* p. 178. n. 257.

(x) STRAHLENBERG.

(y) *Isbr. Ides* p. 52. BELLON. *Voyag. I.* p. 139. GMELIN. p. 180.

(z) *Natur bist. of Kamtschatka* p. 82. GMELIN. p. 181.

(a) BELLON. GMELIN. I. p. 179.

(b) Figura satis convenit GMELIN. t. 39. sed nostræ conus multo plures squamas habet.

(c) I. p. 119.

(d) In Helleponte nascitur BELLON. *Singul.* p. 275 in monte Libano RADWOLF *Flor. Orient.* p. 120. *Πικύνη* quæ tædam habet THEOPHRAST. *caus.* L. VI. c. 15.

(e) LEDERMULLER *Ergoz. II.* t. 68.

(f) TERW f. 36. 37.

(f\*) TOUENEF. t. 355. G. t. 356. H. I. P. Q. R. S.

Super conos femininos, in fummis germinibus foliosis, sunt conimares purpurei. Dicotyledonem esse ADANSON (g).

Planta tota resina odorifera & aromatica turget. Corticem interiorem viridem ficcant in Suecia (h), & molunt, panique admiscunt, tum in Kamtschatka (i). Resinam Lappones mandunt, dentesque suos ab odontalgia defendunt (k).

Ex strobilis cum vini spiritu egregiarum virium spiritus stillat (l). Oleum etiam aureum ex iis ad ignem elicitur, simile olei terebinthinæ, diureticum, ad tendinum puncturas & ad ulcera manantia utile, etiam veterinariis notum (m). Aqua simplex urinam & sudorem movet (n). Extractum resinofum ad mala venerea laudatur, & multa habet balsami peruviani similia (o). Decoctum adversus scorbutum valet (p). Eodem sudorem rustici Poloni excitant, morbosque varios curant (q).

Incisæ arbores resinam fundunt, ad decem libras una, cujus pars crassissima *Gallipot* vocatur, & optimam resinam siccam dat, quæ vel in panes funditur (r), vel cum aqua igne supposito urgetur; ita aqua cum oleo essentiali ascendit, deteriori, quam terebinthinæ oleum, quod in Thuringia parant (s). Eo balsama & olea destillata adulterantur (t). Ejus olei internus usus nimium calefacit (u). Equifones eo ad vulnera & ad varios equorum morbos utuntur (x). Sed alio modo (y), & faciliori, in Valesia pix fabricatur. Truncus & rami Pini concisi, sed inprimis radices in bacillos concisæ, in furnos ovum referentes fasciculatim dimissæ, simili ligno tectæ, incenduntur. Ita pix liquida, per tubulos, in doliola defluit, obducendo navium ligno, ipsisque funibus navalibus destinata (z).

Paulo alio modo, viridi cum ligno & sicco & resina mistis, igne suppresso, pix liquida, sed pinguior (a) obtinetur, tantum ut ignis vehementia etiam magis subprimatur.

Ex fordibus resinæ, in clausa camera, charta vestita, incensis (b) fuligo colligitur.

Resinæ copia sæpe tanta in arbore est, & potissimum in radice, ut arbor proprio in adipe suffocetur (c): id aiebant veteres in tædam (d) abire, quæ non lignum est, sed vitium arboris (e).

Pix varia emplastra ingreditur. Pix simplex dorso imposta aquam ciet, & ad rheumatismum longum valet (f). Ejus infusum *Teerwasser* ante viginti annos ex optimi BERKLEYI commendatione parabatur, pice cum aqua per viginti quatuor horas concussa. Id remedii genus ad expellendas variolas, ad phthisin, ad ulcera sananda, tamquam potentissimum balsami genus adhibebatur. Nunc fere in desuetudinem abiit.

Lignum pini facile deflagrat; ad tubulos aquam ducentes nobis vix sufficit, neque in architectura adhibetur. Facile nigrescere, & ob eum finem ab Ebenitis adhiberi, du HAMEL (g).

Copiosissimus antherarum pollen, verno tempore a ventis difflatus, pluvias facit sulphureas (h). Sationem, quam nos negligimus passim scriptores describunt (h\*).

β. Pinus

(g) Préface p. CCCV.  
 (h) BODING. *Disp.* p. 19.  
 (i) *Natur. hist.* p. 47.  
 (k) HARMES *Medic. Lapon.* p. 20.  
 (l) HOPPE *Erdapf.* p. 28.  
 (m) LANGE *Remed. Brunsvic.* p. 138. 139.  
 (n) FORTIUS *Medic. milit.* p. 92.  
 (o) HIRSCHL von *Sublim.* p. 9.  
 (p) Ad *SINAPII Parad.* P. II. p. 20. SCOPOLI p. 402.  
 (q) HELWIG *Exot.* p. 91.  
 (r) Conf. du HAMEL.  
 (s) TRICHMEYER *Chem.* p. 69.  
 (t) ROHR *Bäume* p. 3.  
 (u) LANGE *Medic. Brunsvic.* p. 231.  
 (x) IDEM. p. 235.  
 (y) Du HAMEL.  
 (z) Ut fiat pix liquida PLIN. L. XVI. c. XI. Conf. in Misnia LEMMAN *Meissn. Chron.* p. 102. In Asgerma-

nia BODING. *Disp.* p. 21. Ex tæda accensa in Carolina CATSEY II. *Append.* p. XXIII.

(a) Cedria a pice liquida parum differt, & ab omnibus arboribus coniferis provenit BELLON. *Fam. Med.* III. c. 1. Etiam ex tæda in Turcia paratur IDEM *Singul.* p. 175. Cedria cadavera Ægyptii condiebant BELLON. *conifer.* p. 146.

(b) Hæc omnia ex Cl. Francisco du HAMEL.

(c) Hæc in radice tædam habet, & pene tota in tædam mutata emoritur THEOPHRAST. *caus.* L. VI. c. 15.

(d) BELLON p. 175. VI. Pini genus tæda PLIN. L. IV. c. 9.

(e) BELLON *conifer.* p. 22.

(f) Conf. etiam SCOPOLI.

(g) *Exploit.* I. p. 311.

(h) NEUMAN *Chym.* p. 1773. BERGER *Begebenh.* 1

(h\*) *Svensk. Vetenska Acad. Handl.* 1748. P. 48. *Leipz. Saml.* V. n. 52. du HAMEL. KRAMER &c.

β. *Pinus sylvestris Mugo* MATTHIOL. p. 101. LOBEL *lc. II.* p. 227.

*Pinus sylvestris altera Mugo dicta* CAMERAR. *Epist.* p. 41.

*Pinus Mugo* LOBEL. *Advers.* p. 449.

*Pinus sylvestris Mugho seu Crein* J. B. I. P. 2. p. 255.

Missi mihi *Aldorfio* J. GESNERI beneficio, ubi populare nomen *Crein* retinuit, nihil visa est diversi habere a Pino vulgari; folia simillima, coni pariter sessiles & cernui (i).

Cum ei peculiariter tribuatur, absque caule ramos ex radice (k) emittere, erit eadem omnino *Krumholz* (l), late patens frutex in *Sudetum* montibus, utique a *Pinastro* BELLONII diversus (m).

γ. *Pinaster pumilio* CLUS. *Pannon.* p. 15.

*Pinus conis erecta* SCHEUCHZER. *It. VI.* p. 460.

Sedem ei facit SCHEUCHZERUS descensum montis *Bernardini* Rhætorum, HUBERUS humilem Pinum ad fontem *Oeni* legit, prope *Sils*.

Eam Pinum pariter ex radice continuo ramos dividere; folia vero esse firmiora & breviora quam vulgari *Pinastro* & saturatius virentia, conos Lariginis non majores lego, turbinate magis & erectos, quales etiam icon demonstrat.

Ego in paludosis circa *Cellam*, & Cl. GAGNEBIN in paludosis circa *Montmolin* & à la *Chaux d'Abelle* ejusmodi humilem Pinum reperimus, foliis dimidio brevioribus. Multi coni mares in vertice congesti, coni feminae minores globosi, squamis in apice crassescens, parte aspera quasi trifoliata, hinc semilunari, inde modico acumine. Sed nostra certe varietas est.

Hybridam ex Pino & Abiete ILL. LINNÆUS vidit *Flor. Suec.* p. 344.

### JUNIPERUS TOURNEFORT. t. 361.

LINN. n. 1134.

Maris character est ejusmodi, ut coram video. Juli mares ovati, sessiles (a). Eorum quæque gluma petiolata, fungi similis, triangula (b), ad basin adhærentes habet antheras uniloculares, globosas, quatuor & quinque (c), raro tres: paulo vero interius duas & tres alias absconditas, ut numerus a tribus ad octo ludat, raro ad novem. Nullo modo possunt tres flores admitti, qui tribus antheris præditi sint: Glumæ cæterum de more ad axin firmantur, & basis rami foliola subjecta habet imbricata. Juniperi feminae calyx trifolius, foliis ovato lanceolatis, cavis, conniventibus, intus in pulpa femina tria triquetra, cum perobscuris tubis (d). Per ætatem producta segmenta calycis se adtingunt, & claudunt, inque rotundam baccam fiunt, in qua tria dura femina, globosus nempe calyx, coalescens, ut vix signa trifida prioris divisionis maneat. Sub calyce aliquot ferries foliorum ovato lanceolatorum, viridium. Flores mares a femininis tota planta separati (e).

1661. JUNIPERUS (g) foliis convexo concavis, aristatis, baccis alaribus, sessilibus.

*Juniperus* MATTHIOL. p. 121. CAMERAR. *Epist.* p. 53. BLAKWELL. t. 184. PASSEI *ic.* 42.

*Juniperus vulgaris, baccis parvis purpureis* J. B. I. P. 2. p. 293.

*Wachholder* CRAMER t. 44.

*Juniperus foliis ternis mucronatis, bacca longioribus* LINN. p. 1470.

β. Arborca

(i) Etiam in CAMERARII iconc.

(k) MATTHIOL. p. 101.

(l) *Hamburg. Magaz.* T. XI. RZASCYNSKI II.

p. 281.

(m) BRUKMAN *Epist.* 89.

(a) GLEICHEN l. 23. f. 13. TOURNEFORT A. B.

(b) GLEICHEN 3. 4. Melius TOURNEFORT. D. E.

(c) Quatuor GLEICHEN, quinque TOURNEFORT.

(d) Habet GLEICHEN f. 9 12.

(e) CORDUS. RUEL. l. c. CAMERAR. *Epist. de*

*sex. plant.* p. 22. CASALP. L. 9. c. 58.

(f) Juniperi duo genera, alia floret, neque fructum

fert, quæ vero non floret, baccas fert biennio hærentes PLIN. L. XVI. c. 25.

(g) Junipero pro foliis spina PLIN. L. XVI. c. 25.

lignum rubet IDEM L. XVI. c. 39.

β. Arborea (b), ad 30. & 40. (i) pedes alta, quales passim in sylva *Bremgarten* vidi, & quales erant in aditu ad prædium *Hollingen*, tristissimæ mihi memorie, cui fuerat suavissimum.

*Juniperus vulgaris celsior, arborescens* CLUS. *Hist.* p. 38.

γ. Mac. sola BROMEL. &c. & in arborea varietate PONTEDER. *antholog.* p. 223.

Vetustas Juniperos florere tantum absque fructu (k).

δ. Alpina (l), habitu humiliori, foliis minus expansis, magis congestis, latioribus, bacca paulo longiori, & dulci (m).

*Juniperus alpina* CLUS. *Pannon.* p. 26. C. B. p. 301. SCHEUCHZER. *It. V.* p. 325. &c.

ε. Baccis albis KLEIN *de Juniper.*

Vulgaris in acclivibus macilentis ad vias, & in ultimo borea superest (n).

Alpina altiorum alpium, *Grimfule, Jugi, Gotthardi, Furcæ.*

Frutex difformis, diffusus. Folia per verticillos ternatos patula, latiuscula, lanceolata, rigida, superne convexa, oris contractis, inferne cava & glauca. Juli mares ovati, in alis foliorum sessiles: bacca perinde altero demum anno matura, cerulea, subnigra.

Tota planta aroma spirat, gratior autem in ligno odor est, quod fragrantem ignem alit: in baccis subingrata vis est, certe mihi. Ex ligno tinctura spirituosa habetur mallichis sero sapore, & simile extractum: oleum vero multum (o). Bacca gummeam dulcem naturam cum odorata resinosa conjungunt (p). Extractum resinofum subfidet, & dulce gummi, & tenax aromatica resinosa massa. Aqua de baccis etiam fragrans, post quinque dierum infusionem stillat, & oleum ad drachmas (q) tres ex libra una elevat. Aliud oleum expressum bacca dant, postquam vaporem bullientis aquæ exceperunt (q\*). Spiritus ex baccis confusis & fermentationi permixtis in Thuringia validior paratur, & iisdem baccis spiritus (r) frumenti in Belgio vulgo fucatur.

Bacca aromaticæ, stomachicæ, urinam absque violentia movent, & commode in rob (s) seu electarium rediguntur. Id ad morbos pectoris & viscera obstructa (t), & ad calculum amoliendum (u) in usu est. Infusum, ad Theæ modum, etiam calculosam materiem expellit, menses ciet (x) & urinam. Aquam cum baccis Juniperi fermentatam, in Carniola bibunt (y), & in Gallia, & vinum inde parant in Gallia (z) & in Suecia, calculum vesicæ expulsum (a). Extractum stomachium, bonum dat tincturæ genus *ratafia* (a\*). Eisdem baccas, cum armoracia confusas, pro potu ordinario ad hydropem DIPPELIUS (b) adhibebat. Cum cerevisia bacca infusæ lotium (c) potius nimis pellunt, ut cum dolore stillent. Oleum ex baccis stillatitium vires in urinam tradit, ad gonorrhœam (d), externo etiam usu in cutaneis morbis (e), in doloribus arthriticis (f) utile. Ad morbum epidemicum hominum & brutorum KALMIUS laudat.

Fronde Juniperi decoctæ ad lac augendum vaccis propinantur (g). Eadem alvum (h) ducunt.

Ligni vis odora, & siccans, exoticis lignis, adversus veneream luem (i), in (k) scorbuto, adque pellendum sudorem valet, inque catarrhis (l). Decoctum balnea dat (m), ad podagram utilia.

Lignum

(b) In Tuscis arboreæ MATTHIOL. p. 121. In Hispania vastissime PLIN. L. XVI. c. 39.

(i) BRADLEY *new impro.* p. 87.

(k) KRAMER p. 114.

(l) In summo Olympo cum nivibus crescit POCCOK. *Reis.* II. P. II. p. 121.

(m) KRAMER *Elench.* p. 30.

(n) In Islandia AÏ. *Hafn.* IV. obs. 7.

(o) CARTHEUSER *mat. med. P. post.* p. 146. 147.

(p) IDEM p. 135.

(q) IDEM. Ad sex libras, ex libris sedecim NEUMANNI. P. II. p. 331.

(q\*) DE JEAN *des odeurs* p. 378.

(r) TRICHMEYER *chem.* p. 77. *Eph. Nat. Cur. Cent. IV. obs.* 199.

(s) Etiam ex Ocycedro, suavius Hort. *Florent.* p. 147. app.

(t) Pulvis in Soda LANGE p. 129.

(u) Cor. PISO HILDAN. *Epist.* 73.

(z) *Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann.* 8. app.

(y) VALVASOR. *Ebre dei H. Crain.* I. p. 354.

(z) DU HAMEL I. p. 124.

(a) CHOMEL. *plantes usuelles Suppl.* p. 93. *Comm. Lit. Noric.* ann. 1719. hebd. 13.

(a\*) BAUME' *Elem.* p. 442.

(b) *Vit. anim. morb. & medic.* p. 172.

(c) *Bresl. Saml.* ann. 1720. m. Novembr.

(d) LANGE *Remed. Brusovic.* p. 130.

(e) MESUE p. 191.

(f) LANGE.

(g) *Al. Liter. Suec.* ann. 1721. p. 138.

(h) WELSCH *midomim.* p. 29.

(i) SCOPOLI p. 405.

(k) *Provinc. med. bevättelt.*

(l) SCOPOLI p. 404.

(m) MATTHIOL. p. 122.

Lignum subrubrum ad minora scrinaria (u) opera valet: sic ad ædificia, si satis pro-cera arbor obtigerit, neque trabes (o) cariem sentiunt (p).

Inter lignum & corticem nonnunquam boni odoris resina colligitur, quæ ex Africa advecta *Sandaracha* dicitur *Arabum*. Ad albos vernices intervrit (q).

\* 1662 JUNIPERUS foliis cauli adpressis lanceolatis, alterne conjugatis.

*Sabina* (r) DODON. *pempt.* p. 854. BLAKWELL. t. 214. CAMERAR. *Epit.* p. 55.

& *Sabina sterilis* CAMERAR. p. 56.

*Sabina ερεπτεροσπονης* RICHER.

*Sabina foliis oppositis, erectis, decurrentibus, oppositionibus pyxidatis* LINN. p. 1473.

Multis in Helvetia locis, in monte *Fowly*, au *rocher du Tremble*, supra *les Plans*: in valle *St. Nicolai* abunde. Circa *Sondrio* vallis *Tellinæ* ad rupes. Cum torrentum aqua nonnunquam in planitiem descendit, & in insulis *der Hunzikerau* re-perta est, haud longe *Berna* (s).

Arbusecula humilis, ligno duro. Rami toti tecti foliis adpressis, alternis paribus lanceo-latis, ramis planis, catenulatis, alterne pinnatis. In ramis altioribus laxantur ead- dem, & exstant, & denique secedunt, subulata, lanceolata, disticha. Hæc est *Sabina folio Tamarisci*. Baccæ inter folia caruleæ, trispermæ, aut uno semine abortante dispermæ, etiam monospermæ.

Tota planta graviter odorata, & acris est. In medicina exhibentur decocta folia ad semun- cem (u), aqua stillatitia ad uncias (x) duas, scopo emmenagogo, etiam feбри- fugo. Cum Allio ad cochlear ad vermes optima (y). Vis est in oleo, inque parte resinosa (z). Olei dat dimidio parciolem, quam Juniperus (u), dosin sed calidissimi, & vehementissimi, ad ulcera luxuriantia utilissimi, uti & folia porra venerea dissipant (b).

Tota planta ad movendum abortum ab impiis miserisve matribus adhibetur; & pro- pterea pharmacopolis per leges vetitum est *Sabinam vendere*, ut etiam multat- us (c) sit, qui vendiderat, & exempla legantur, aut ante partum ea fronde sumta, aut post partum, miseris perisse (d). Non immerito tamen alii mōnent, frustra ad hunc detestabilem finem adhiberi (e). Vidi enim puellam post pluri- mum *Sabinæ* usum nihilo debiliorem fetum legitimo tempore peperisse. Pe- ctori utique nocet, & ipsum sanguinem de pulmonibus ciet, ut in eadem puella vidi.

T A X U S (f) TOURNEFORT. t. 362.

LINN. n. 1135.

Duo sexus florum in diversis plantis. Flores mares conici, gemmam habent squa- mosam, viridem (g): calycis glumas quatuor, ad septem usque: earum exte- riores duræ, interiores teneræ sunt, & quasi argenteæ. Intra eas glumas stylus est, quem, spongiosum, hæmisphæricum, capitulum (h) terminat. Ex eo capitulo undique prodeunt septem, octo, novem, decem fere petioli (h\*) florigeri, quorum quisque suum habet scutulum, obscure hexagonum, heptagonum, & octogonum

(u) Du HAMEL *exploit.* I. p. 323. *Arbr.* I. p. 323.  
 (o) Du HAMEL.  
 (p) PLIN. L. XVI. c. 39.  
 (q) Du HAMEL.  
 (r) *Sabina* duorum generum est. Una foliis Cupressi  
 Emillis, spinis horridior, graviter olens, acris, & fer-  
 vens, coactæ brevitatis, quæ se magis in latitudinem  
 fundit [nostra] DIOSCORID. L. I. c. 88. *Atbel*  
 AVICENNA *Canon.* II. tr. 2. c. 5. Est inter arbores,  
 etsi herba dicitur PLIN. L. XVI. c. 20.  
 (s) In Sibiria GMELIN. I. p. 181.  
 (t) Arbor nonnunquam proccia SLEVOGT. TOUR-  
 NEFORT *Voyag.* I. 3.  
 (u) *Demonstr.* Botan. II. p. 541.

(y) GIBSON. *oper. anat.* p. 284.  
 (z) CARTMEUSER *mater. medicæ* P. post p. 108.  
 (a) NEUMAN *Chem. ed. Kassel* T. I. P. 2. p. 331.  
 (b) FABRE *malad. venter.* p. 355.  
 (c) AMMAN *med. crit.* c. 66.  
 (d) STORCH *Hebammenb.* p. 210.  
 (e) ALBERTI *Med. Leg.* T. V. c. 7.  
 (f) *Taxus* similis *Abietis*, magnitudine & foliis;  
 baccis venenatis DIOSCORID. L. p. 359. PLIN.  
 L. XVI. c. 9.  
 (g) Quatuor TOURNEFORT. A. B. Quatuor SCHMIE-  
 DEL. ed. GESNER. t. 13. h. 3.  
 (h) TOURNEFORT. SCHMIEDEL. D. II.  
 (h\*) SCHMIEDEL p.

octogonum (*i*), intus in totidem ovatis antheris (*i*\*), polline spermatico plenum. Hi sunt flosculi (*k*) rotati, TOURNEFORTII (*l*), nimis eleganter ad effotam plantam picti. Flos femininus fit gemma squamosa (*m*). Placenta per ætatem succulenta fit (*n*), baccamque refert excavatam, & ex medio semen unicum (*o*) profert, dum calyx immutatus superest.

## 1663. TAXUS baccifera.

Taxus MATTHIOL. p. 199. CAMERAR. Epit. p. 840. J. B. I. p. 241.  
BLAKWELL.

Taxus lutea foliis & ramis PLOT. Natur. hist. of Staffordshire p. 207.

Eibenbaum CRAMER.

L'if Spectacle de la Nature II p. 92.

Taxus foliis approximatis LINN. p. 1472.

Non rara in obscuris sylvis, ut in monte *Belpberg*, in dumetis prope *Villeneuve*, versus *Chatelur*, à la porte du *Sex*, in præcipitiis supra *Urban* fluv. prope civitatem cognominem. Circa *St. Imier*, *Valangin*, *Motier Grandval*. Circa *Schauenburg*, & *Frenkendorf*.

Arbor ex topiariis ornamentis nota, sæpe fruticosa, tamen alias sesquipedis diametro. Folia pectinata, planissima, satore viridia, nitida, linearia, lanceolata, aristata, linea divisa. Ex foliorum alis flores mares & feminini. Bacca rubens, dulcis, fatui saporis, mucilaginei.

Vetus (*p*) fama est, baccas frondesque hujus sempervirentis arboris veneno plenas esse. CATTIVULCUS (*q*), ARMINII avunculus, Taxi succo sumto se dicitur interemisse. Ex usu baccarum diarrhoeam & ardentem febrem secutam esse MATTHIOLUS (*r*). Semina alvum dicuntur movere (*s*), quæ amara sunt. Passim legitur equos (*t*), vaccas (*u*), capras (*x*), frondibus Taxi pastas periisse.

Alii contra negant aut umbram (*y*), aut baccas (*z*), venenum habere, neque de quoque audivi, qui quidquam ab eo fructu sinistrum passus sit.

Succo CLAUDIUS IMPER. ad viperarum morsum eximiam vim esse edicto monuit (*a*).

Lignum rubrum, durum, constans, pulcherrimum est ad fistulas, ad torneatorum & Scriptoriorum opera. Tincturam etiam nigram recipit, & Ebenum æmulatur. Tonsionis patientissima, ad sæpes & ornamenta hortorum aptissima, exosa PAPIO, qui funeream dixit.

E P H E D R A (*b*). TOURNEFORT. t. 477.

LINN. n. 1136.

Multa ad Equisetum accedunt, folia teretia, caulis similia, vaginæ, quæ per intervalla ad diaphragmata caulem dividunt. In flore mare, qui in propria planta habitat, vidi flores in globulos congestos. Sub floralibus conis stipulæ. Calyx glumofus, latus, exterior unifolius, cavus; interior bivalvis, foliis æqualibus, latis, concavis, obtusis. Filamentum unicum de flore eminet, & antheras sefiles.

(*i*) SCHMIEDEL m. l.  
(*i*\*) Anthera octofida LINN. Quinque antheræ  
BADCOK. Phil. Transf. n. 481. t. 1. f. 4. 5.  
(*k*) SCHMIEDEL n. n. l. o. p. BADCOK. ibid.  
(*l*) A. B.  
(*m*) SCHMIEDEL ad r.  
(*n*) G. SCHMIEDEL q. t.  
(*o*) E. SCHMIEDEL q. t.  
(*p*) Bacca venenata esse PLIN. l. c. & lignum,  
etiam umbram DIOSCORIDES l. c. add. l. VI. c. 12.  
(*q*) CÆSAR. Bell. Gall. l. VI.  
(*r*) p. 1416.  
(*s*) FLOYER. pharmacopœian. p. 189.  
(*t*) BIRCH. Hist. of Royal Soc. l. p. 454. SCHWENKE  
cicnt. p. 53.

(*u*) COLER. art of Simpl. p. 59. PECHRY herbal.  
p. 196. FLOYER. pharmacopœian. p. 189.

(*x*) SCHWENKE.

(*y*) Per experimenta TAGLINI lettra supra argum.  
dilet. p. 90.

(*z*) LOBEL. RAJ. THREEKELD. MARTYN. Georg. p. 195. qui alias species putat venenum habere.

(*a*) SUTTON.

(*b*) Ephedra, anabasis, scandit arbores, & extantia pendet, folio nullo, cirrhis numerosis, qui sunt juncti geniculati PLIN. l. XXVI. c. 20. Nostra frutescit, & easdem voces de Equiseto habet DIOSCORIDES.

files, ovales, magnas, septem(c), octo, ad duodecim gerit. Flos femininus conus est, calyce factus, cujus bina folia, basi conjuncta, alternatim sibi infinuantur, eo majora, quo interiora & media magis. Semina in centro duo continent, hinc convexa, inde plana(d), planis faciebus sibi obversa. Per maturitatem calyx pulposus fit, & baccæ speciem exprimit. Tubæ duæ, fine obtuso.

1664. EPHEDRA petiolis maribus repetito ramosis.

*Polygonum IV. Plinii majus CLUS. Hisp. p. 184. icon plantæ maris, & minus p. 189.*

*Flos femina.*

*Uva marina Monspeliensis LOBEL. ic. p. 796. Sexus uterque.*

*Tragum, uva marina circa Monspelium CAMERAR. Hort. ic. XLVI. bene & sexus uterque.*

*Polygonum fruticans, botryoides, Narbonense, minus II. CLUS. BARRELIER. ic. 731. n. 2.*

*Ephedra pedunculis compositis, amentis geminis LINN. p. 1472.*

In arce Tourbillon olim legi, nunc etiam circa Fouly lecta est. Ex *Valesia* olim GESNERUS habuit, Hispanicam plantam, quam CLUSIUS circa *Salamanticam* legerat.

Caulis tripedalis, ramosus: folia & rami similes, teretes, similes, nulla folii distinctione. Sub spicis stipulæ duæ, siccæ, lanceolatæ. Flores mares conjugati, flavi, ad foliorum alas in suis petiolis sessiles. Flores feminae conjugati & verticillati, petiolati, solitarii. Vaginæ cylindricæ, perforatæ, bicornes.

Succus baccæ maturæ dulcis, acidus, non ingratus. Frutex tonsionis patiens, ad operam topiaria adhiberi potest.

(c) 7. 8. Du HAMEL. Septem LINNÆUS.

(d) TOUENEFORT. p. 9.

FINIS TOMI SECUNDI.

TOM. III.

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

THE ...

...the ... of ...

...the ... of ...